39 Pu. in suo tra. sindi. in ver. confes. ei r. med. ꝙ † dēt iudex inquantū potest, verificare delictū confessum, esse verum: per

no.

no.per Bart.in l.1.§.sed si sibi,ff.ad Syl. & si aliter fieret, se-
queretur,ꝙ quis esset dñs membrorum suorum, & ꝙ absque
eo.ꝙ delinqueret,asserendo se deliquisse,posset facere se ad
pęnam mort.condẽnare,cõtra tex.in l.liber hõ ff.ad l.aquil.
& in l.non tm̃,ff.de pœn.Hinc dixit Ang.in tract.mal.in ver.
& vestem celestem abstulit,ver.q̃d si quis confiteatur, quod
in hoc iudex debet esse bene cautus,ex quo datur sibi caute
la,vt non debeat stare nudæ cõfessioni inquisiti.sed si inqui
retur de furto mittere exploratores ad verificandum furtũ:
alias sępe condemnaret in nocẽtes: & sic damnaret animam
& corpus suũ.Et idẽ dixit ipse Par.in suo trac.fin. vbi sup.&
Aug.ari.in add.ad Ang.in d.trac.mal.in ver.fa.publ. Dec.in
c.dilecti, de iud. in prin.Mar.in suo cons.8. in cã magistri
Ioan. & ideo singulariter dixit Bal.in auth. sed nouo iure,
3.col.ver.sed pone quod si aliquis confitetur,C.de ser.fug.ꝙ
si non aliter constet de furto vel hom. nisi per solam con-
fessionẽ,non debet inq̃situs puniri. Idẽ voluit Bal.in add.
Spec.in ti.de sen.in 4.col.ver.Titi. fuit confessus se occidis-
se.Idẽ Bal.in c.bon.8. col. in fi.de elec.& in c.vt si clerici,3.
col.ver.3.not.in fi.extra de iu.Ang.in l.1.C. de conf.Bald.in
add.Spec.in tit.de conf.ver.Tit.confitetur, Et tãto magis ap-
paret fatua & erronea confessio p̃fata,tum quia nulla appet
verificatio eius:& ꝙ ipsa noluisset recedere à seruitijs ipsius
patroni,vel ꝙ sñiam petijsset ab eo:nec ꝙ patronus ipse re-
cusauerit eandẽ dimittere à suo seruitio. Tũ ẽt quia ex co-
mestione longe maioris ptis,q̃ i p̃sam comedi de malo p̃fa-
to,si ibi ipsa imposuisset sublimatũ,p̃culd.non comedisset.
saltem pp eius amaritudinẽ non cõglutiuisset,& si pur cõe-
disset, remansisset necata & venenata;& tñ nullũ apparuit
in ea nocumentum:sicq; liquet hmõi eius cõfessionẽ fatuã,
41 & non verisimilẽ, & † confessio nõ verisimilis non nocet
cõfitẽti,vt d.Bal.in l. si quis in hoc genus ,§C. de epis.& cle.
Pet.de Anch.in suo cõs.23.visa inquisitione formata &ideo
dixit idẽ Petr.Anch in suo cons.257.extra ord.cõtractuum;
42 ꝙ iudex † non verisimilibus non debet fidẽ dare.Et idem
consuluit in alio suo cons.157.visa facti narratione, 7.col.
in fi.vbi dixit,quod allegans non verisimile audiri non de-
bent,vt d.Bald.in l.fin.C.de ed.dum inquit,q̃d probatio de-

bet esse verisimilis: al ias ei standum non est & tanto magis, quia pluries expientia comprobatū extitit: quod in malis cuiuscunq; generis plerunq; reperiuntur quędam maculæ corruptæ intus, inducētes amaritudinē intollerabilē: sicque ex pmissis & eorum singulis dixi, minus bene fuisse iudicatum per magnam cur. Vic. quo ad pęnā morti naturalis, sed ipsam eē condemnandam ad seruiendum infirmis & languentibus in hospitali incurabilium, eius vita durante. Et in hanc partem concurrit maioris pars votorū dominorū sacri regij consilij vtriusque aulæ accidente etiam voto excellentis domini Cicci de Loffredo viceprotonotarij ac presidentis sacri regij consilij. Et sic fuit lata sententia. & executioni demandata. & licet fuisset per regium procuratorē fiscalem habitus recursus ad Illust. Proregem & collaterale consilium tunc in terra summę degentem, facta relatione p me, cum interuentu sacr. cons. fuit idē cōprobatum.

1 *Incendium licet præsumatur factum culpa inhabitantium in domo tamen culpa illa præsumitur leuissima, nu. 2.*

3 *De incendio ad hoc vt quis teneatur, oportet probari culpa certi & determinati hominis, nu 4.*

6 *Gl. in. §. præterea instit. quibus. mo re contrahi. obl. quæ voluit incendium præsumi ortum culpa leuissima inhabitantium, reprobatur communiter.*

9 *Dominus tenetur culpa operariorum quorum opera ipse vtebatur.*

10 *Damnum, quod sentimus culpa alterius, ab eo repetere possumus.*

11 *Conductor tenetur ad emenda domus combustæ, quam ipse cōduxit.*

12 *Incendium si processit culpa familiæ, quando in off familia deliquit cuius opera dominus ipse vtebatur, dominus ipse tenetur.*

13 *Conductor debet probare se vigilem. & diligentem in domo conducta fuisse, ad hoc vt possit ab incendio excusari, nu. 14.*

15 *Incendium, licet præsumatur culpa leuissima inhabitantium processisse. & non teneatur de incendio conductor: tenebitur tamen ad emendum damni.*

17 *Conductor domus combustæ, licet in foro conscientiæ non teneatur: tamen inferens damnum, tenetur nedum de lata culpa, verum etiam de leui & leuissima.*

18 *Incendiū quocunque sit cōmissum siue dolo, siue lata, siue leui, aut leuissima culpa, semp illud cōmittentes tenetur ad emendā dāni.*

De-

DECISIO III.

IN causa magnificæ nobilis Hiero.de Ang.cũ magnifico Capit.Roboles,cõductore domus ipsius nobilis Hier.existẽtis in platea Vlmi.& inceñd.combustę. & introducta cã ipsa p remedium appellatio.à snia lata per magnã Cur.Vic.cõtra ipsum Capitaneũ,referẽte Mag.Ant.Baraptutio regio cõsiliario, & cãæ commissario. Considerabam prima † fronte pro pręfato Capitaneo, ꝙ licet incendium pręsumat causatum culpa inhabitantium in domo ipsa,per l.si vendita,ff. de picu.& com.rei vend. per l. qui insulam.§.fi.& ibi Bar.ff. loca.cum vulg.tñ talis culpa non ꝑsumitur, nisi leuissima. nisi aliud in oppositum ꝓbetur.gl.est sing. in §.pręterea,ver. debet instit.qbus modis re cõtrahi.oblig.quam not.sequitur Sal.in d.l.1.quæ fortuitis.Ale.in cõs.l.visis & opportune con sideratis,& ẽt in 6.col.idem sequitur Ias.in l. sed & si quis.§. quæsitũ,9.col.ff.si quis cau.vbi dixit, ꝙ ex hoc not. sequitur

2 † ꝙ si quis cõduxerit domum, vel apothecã, vel sit fictabilis vel emphyteota,& conduxit domum cum prędijs, & domus incendio consumetur,conductor ad nihilum tenetur: quia licet præsumatur incendium factum culpa in habitãtium, tñ talis culpa censetur leuiss. & conductor non tenetur, nisi de dolo,lata,& leui culpa,& non de leuissi. per l. si vt certo, §.nunc videndum,ff.com.& ratio est,quia talis contractus celebratur gratia vtriusque.& idem tenet Ias.in l. si quis ex argu.§.prætor ait,ff.de eden.vbi plus subdit, quòd doctrina illa Bar.idem vult quòd incendium pręsumatur factum culpa inhabitantium,intelligitur procedere in casibus in qbus quis tenetur de leuissi.culpa,vt in cõmodatario,per d.l.glo. in §.præterea,q̃ glo.pro sing.tenet Io. de Ana. in suo cõs.71. visis & diligenter ponderatis,& ibi plus subdit,ꝙ ad hoc vt

3 quis de † incendio teneatur, oportet probari culpa certi & determinati hoĩs.quia licet præsumatur culpa inhabitantiũ tamen absque culpa certæ & determinatæ. personæ fieri nõ potest:& ideo quando habuit causam ab incerto auct. non debet imputari habitanti: vt probatur in dicta.l.si vendita. Ita consuluit Bald.in suo cons.273. quædã magister Grãmaticę.Et ideo dixit idẽ Bal. in l.quę fortuitis,C.de pig.actio.ꝙ certi hominis factum requiritur probari, sed non pręsumit culpa

culpa determinati hominis, prout dicit esse tex. expressum in d.l.si vendita. Ita dicit tenere Sal.ibi in d.l.quæ fortuitis,
4 quia quãdo nõ†probat culpa certæ & determinatæ psonę, remanet incertitudo: & sic non potest sequi condemnatio, l.licet, §.fi.ff.nau.caupo.stabul.Ad hoc ẽt allegat Bal. in l.si creditor,& in l.pignus, 5.col.C.de pig.act.vbi plenius p cũ, qđ valde d.Ias.esse nota, p defendendo amicum & in materia est ẽt pulchrum consilium Iac.de Puteo, Papiensis,inter cons.Calca.nu.61, Ventura & fratres. vnà cũ alio seq.cons. nu.62.ꝙ est do.Rolãdi decu.Cunctis,& plenè secundũ pdicta consuluit Cur.iunior,in l.Dominus horreorum. ff.loca.
5 Et quando†conductor tenetur ad emendam domus combustæ & pignorum combustorum in ea, videri poterit optimũ consi.Bar.Veron. 70.circa primum dubium. & ibi tenet, ꝙ non teneť conductor.& idem tenet Pet de Vbal.in suo trac. de duob.frãt.in 8.parte,q.18.versi.quæro inciděter. Alex. in d.l.si domos,3. col.ff.de leg.1.Verum reperio,ꝙ † illa gl.in §.præterea,instit. quib.modis recontrahi.obli. dum inquit, ꝙ incendium præsumitur ortum culpa leuissima inhabitantis,nisi aliud in oppositum probetur.reprobatur per Bal.ibi. & est alia gl.contraria in l.qui duob.§.damna,ff. p soc.Ang. aũt de Aret.in §.præterea.dicit,ꝙ gl.in d.l.quæsitum reprobatur per l.creditor,C.de pig.act.& in l.si insulam §. fi.ff.loca.& loquitur de creditoribus,quo ad pignus, & de conductore & emptore d.Ang.ꝙ de facto habuit dictã gl. reprobãdã. Imò & plus qñ clare non constat de principio ignis, dẽt
7 conuentus absolui: scđm Lud. Ro. in cons.401.Et p † ista parte,vz ꝙ cõductor non teneatur de incendio domus cõbustæ,consuluit ẽt Bal.in cons.442. quidam nomine Ristorus de Cortona. Pro parte vero locatoris conductorem, ad-
8 ducit l.3.ff.de off.pręfecti vigil.quæ dicit, ꝙ in†dubio semper præsumitur incendium processisse culpa habitantium. Facit l.qui ædes,& l.si fortuito,ff.de incend. rui.naufr.& in l.si seruus seruum.§. si quis insulam & §.si fornicarius. ff.ad l.aqui.& no.gl.in l.si domus,cũ l.seq.ff.de leg.1.vbi expres-
9 se dicit gl.ꝙ non fit quasi vnquam incendiũ sine culpa†alicuius,hoc est habitantium, & propter culpam operariorum quis teneť,quorũ seruitio ipse vtebatur:ut in dictis iuribus,
& l.si

& l.si quis fundum.§.si colonus,ff.loc.& est bonus tex. pro operarijs,ꝙ inhabitator teneat,in l.1.ff.furti aduersus naut.
10 caupon.stabula, & damnũ † quod sentimus facto alterius, ab eo repetere possumus,vt in l.igitur:§.ff.de lib.cau.& in l. fi.& in aut.ibi posita, C.ne vxor pro mari. & in l.imperatores,§.si magistratus,ff.de appel. & faciunt no.per Bar.in l.2. ff.de verb.obl.in q.de represal.Et ita ex præmissis contra cō-
11 ductorem,ꝙ teneatur†ad emendam domus combustæ,consuluit præclarus doct.d.Sal.de Perusio: cuius consilium habeo ad pēnam:& ipsum exemplando à suo originali,scripsi manu propria inter cōsilia Bal.in margine,in 3.vol.& idē reperio consuluisse Fran.de Rāp. in suo consil. q.talis est.& Ang.in consi.197.vbi idem tenet & concludit per optima iura & rationes,& idem quoq; reperio consuluisse do. Dion. de Perusio,in suo consi.incip.incendium. Quorum omniũ præfatorum præstantissimorum doc.consilia habeo ad pennam in lib.meo diuersorum consil.& ibi tenet prefatus do. Dion.ꝙ præsumitur incendium ortum culpa inhabitantis in domo,& ꝙ culpa præcedat casum, l.nam & salutem,ff.de of.præf.vig.nō aūt dr̄ proprie casus fortuitus:&indubio p̄sumitur culpa eius qui rem debuit custodire.Facit l.contract. de reg.iu.& qui præcauere debet,ne damnũ detur, damnũ dare videtur,l.si ex plagijs,§.fi.ff.ad l.aqui.l.qui damnum,ff. de reg.iu.& in d.l.si vendita,sæpius sup.allegata:& si proces-
12 sus à †familia quādo in officio familia deliquit,cuius opera dominus vtitur,dominus ipse tenetur:vt in l.1.§.familiæ, ff.de publi.ad qđ facit l.pen.ff.nau.caupo. stab.& quando in domo consuete fuit res, damnum ad dominum pertinet,l. damnum,C.loca.In istis.n. casib. vel contractibus multum est considerandum,de quo casu custos, vel quis teneatur, vt probatur in d.l cōtractus,de reg.iur.& in l.si vt certo. §.nūc videndum,ff.commodati.& tractat plenè Io.And.in regula, contractus,de reg.iur.in 6.in mercur.Adstringitur ēt dominus,vt ædem ab igne custodiat:vt in d.l.si vendita.& facit ꝙ not.in l.si duob.§.dāna.ff.pro soc.& sic præmissis primo loco per me relatis,ac bene ruminatis per sac.Con.cum mihi
13 me capitaneus ipse se vigilem † ac diligente probasset,put tanquam conductor domus combuste probare debebat, ad

excluden-

excludendum negligentiam;cum in dubio præsumatur incendium ex negligentia cõmissum per habitantes: per d.l.2.
§.1.ff.de of.pf.vig.& per l.si vẽdita & ibi cõiter doc.& firmat Bal.in suo cons.175.vol.1.ad euidẽtiam pmitto,& cons. 37. casus talis est eo.vol.& in cons.430. in 3. vol. Ang.in cons. 197.in q.proposita dubium facit. Imò si non constat conductorem consueuisse ibi ignẽ facere ne teneatur ipse de incẽdio,debet probare se vigilem, & diligẽtem in domo fuisse, & eo casu non tenebitur: arg. ff. de re mil.l. non omnis,§.à
14 barbaris,alias si † erat hõ parum circunspectus; vel constat q̃ ignem fecerit in domo, tenebitur,l.si quis fundũ,§.si colonus,ff.loc.debuit.n.esse diligens in se,& in familia sua,l. si seruus,§.Proculus,ff.ad l. Aquil.l.1. ff.furti aduersus nau. caup.Et tandem facta relatione de meritis cãe. per pfatum magnificum Antonium Bataprucium causæ relatorẽ, dixi,
15 q̃ licet incendium † psumatur processisse culpa inhabitantium,& culpa illa psumatur leuissima;tamen pt agi ad emẽdam damni aduersus exñtem in leui, vel leuissima culpa,& hoc ex l.Aquil. quę tendit ad conseruationẽ patrimonij; vt in l.Aquil.ff.ad l.Aquil.ita dicit Inn. in c. sicut dignum de hom.quẽ refert,& sequitur Panor.in c.1 col 4. ver. hinc singulariter not.d cõst.& not.per Bar.in l.imperator, ff.de iur. fisc. Abb.in c.quoniam contra de probat.& l.c. si gressus.extra de iureiur.& in c.si,eo.tit.& in c.psbrm. de homi.& in c. 1.de cust.euch. & in c.audiuimus de simo.Et in locis palle-
16 gatis subdunt pfati Inn. & doct.q̃ † inferens damnum ex leui culpa,non ex proposito, aut ex lata culpa, non tenetur in foro conscīæ hmōi dãnum resarcire, sed satis est, vt de eo pnĩam agat,licet aliud sit in foro contentioso. vt per to-
17 tum tit.ff.ad l.Aquil.quia inferens damnum† nedum tenetur de lata, verum ẽt de leui,& leuissima culpa, per d.Inn.& sequacium vbi supra, & Dyn.in l.1.§.an bona,ff.de iur. fisc. refert,& seqtur Steph.const. in suo tract.de ludo. in cons.15. ver.& vnũ volo te nõ ignorare.subdens,hoc esse singulariter not.Idẽ seqtur Ant.curs.in sing.suo,in verbo,forum conscięti supra,vbi subdit hoc dcm esse perpetuo menti tenendum
18 tũ maxime,qa quocunq; † sit cõmissum.incendiũ,siue dolo siue lata,siue leuissima culpa,semp illud cõmittẽtes tenẽtur

ad

ad emendā dāni, vt ꝓbaẽ in l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis, & tenet Sal. l. q fortuitis, ff. de pign. actio. & facit bñ d. l. vendita. Ita expſſe firmat Bal. in l. data opa, & patet in l. qui ædes: ff. de incend. rui. & naufr. & ſequiẽ in particulari Affl. licet ꝑmiſſa nõ viderit, ĩ cõſt. ſup inviſionib. arb. 2. & 3. no. vbi formaliter inq̃t, ꝙ ſiue lata, ſiue leuiſſima culpa ſit incendiũ cõmiſſum ſemp dẽtur emẽda dāni. & tandẽ ita ꝓnunciatum fuit cõi voto p ſacrum conſiliũ, & confirmata ſententia magnæ Curiæ Vicariꝭ. Thomas Grammaticus Regius conſil.

1 *Omnia, ſeu omnibus eſt clauſula vniuerſalis & omnia continet.*
2 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
3 *Dictio, & ponitur inter diuerſa.*
4 *Concedens quod eſt magis, videtur conceſiſſe q̃d ẽ minus. num. 5. 6. 7.*
8 *Verba generalia appoſita p Princip ẽ in ſuo priuilegio, tu non debes ſtricte, aut tenaciter interpretari.*
9 *Beneficia Principum ſunt latiſsime interpretanda.*
10 *Princeps cũ remittit delinquẽtib. abolito crimine, nõ perdũtur eorũ (bona.)*
11 *Accuſatus ſi moritur ante lapſum anni, non perduntur eius bona.*

DECISIO V.

Cæſarea Maieſtas conceſſit inclytæ ciu. Neap. indultum de quibuſcunq. delictis, & pœnis. Inſurgit dubium, an ſubintelligaẽ pœnꝭ peruentꝭ ex contumacijs ac obligationib. accuſatis, & pñtationib. inſtrõrum, & habitat. longa diſcuſſione in ſacro conſilio, etiam cum iudicib. Magnæ Curiæ ibidẽ aſtantib. & votantib. pœnas ꝑfatas nõ includi. & ſic exigi poſſe p fiſcũ: ego aut dicebam, prout dico, ꝙ decretatio Cæſ. cātat, videlicet placet Cæſ. & cath. maieſtatib. oĩb. delinquẽtib. inquiſiis, & nõ ĩquiſitis, & bānitis, foriudicatis, & cõtumacib. indultũ gñale cõcedere, & ſic indulgẽdo foriudicatis. apparet ĩdulgere cõtumacib. rõne delicti, qa foriudicatio fit rõne cõtumaciæ: vñ ſubdit foriudicatis, & contumacibus q̃ clauſula cõtumacib. non eſt referenda ad clauſulā ꝑcedẽtẽ foriudicatis, qa cõtumax foriudicaẽ nõ cõparẽs, dũ citaẽ, & ꝑſiſtẽs ĩ cõtumacia p annũ: & iõ dũ decretio ĩ ipſo c. ĩdultus ſubdat, & contumacibus intelligi debet circa petita, & ſu-
1 pra relata, circa pœnas ciuiles contumaciæ. Quod † quidẽ ſatis probatur ex præcedi clauſula omnibus quæ eſt vniuerſalis, & oĩa cõtineas ſub ſe, ut dicit Bar. ĩ §. oẽs, 11. conſt.

ftorum, nam qui omnem dicit, nihil excludit,† aut excipit,
2 vt dicit Spe. in tit. de syn. vers. quid si in aliquo. & est bonus tex. in l. Iul. ff. de leg. 3 nam ibi iure cons. decidit, quod si testator omnem fundum Seianum reliquit Titio, cuius fundi dimidiam partem duntaxat habebat, aliam vero obligatā retinebat, certe non venire aliam dimidiam dixisset, nisi per dictionem, omnem, per quam de toto fundo testatorē sensisse apparet. Idem in terminis decidit Bar. in l. serui elect. ff. de leg. 1. in fi. & est bonus tex. in l. à procur. C. mand. Itē cōsidero, & plus,† quod hic ponitur dictio &, dum dicitur, & con-
3 tumacibus, & sic delinquentib. & inquisitis, & separatim cōtumacib. remisit, cum dicta copula &, ponatur inter diuersa, vt dicit gl. & Bar. in rub. ff. de iur. & fac. ignor. vbi Bar. dicit not. d. gl. & probat bene Iureconf. in l. si quis Titio. ff. de vsufr. accr. vbi si quis Titio, & hæredib. vsufructum legauerit: dimidia pars vsufructus erit Titij, & dimidia hęredum, ob illam copulam &. & idem probat tex. in l. si hęredi plures, ff. de cōd. insti. Et hæc maxime considerandā sunt, cū Cæs. no
4 strum ita sensisse liqueat, concedendo longe maiora, &† cui longe maius concessum est, videtur etiam quod minus est, fuisse concessum: vt in materia iurisdict. firmat Bar. in l. 1.
5 ff. de iuris. om. iud. & satis videtur† hoc æquitati conformari, vt qui consensit maiori, & grauiori, videtur leuiori, & minori consentire. & dicit And. de Iser. in c. imper. de prohi. feud.
6 alien. per Fed. & alibi cui. n. † quod plus est, conceditur, non debet denegari quod est minus, testante iuris regula. cui quod plus est. & ita dixit Paul. de Leaz. in suo trac. de torm. vers. sed quod
7 de qō. de facto. & alibi, cui † licet quod est grauius, debet posse licere quod est leuius, l. seruitutes, §. stillicid. ff. de seru. l. cui pacto. ff. de seruit. expot. & l. non debet ff. de reg. iur. Et ideo
8 succedit quod† verba generalia, quæ Princeps in suo priuilegio apposuit, tu non debes stricte, aut tenaciter interpretari, gl. est in c. alligant. in ver. tenax, 6. q. 8. Imò illa debemus conformare æquitati, ēt quod verba illud non patiantur, vt inquit gl. in c. paratus. 23. q. 1. & sequitur Old. in consi. 268. quæstio est, vtrum per patruum. & ibi loquitur de concessione exēptionis decimarum facta monachis cuiusdam monasterij de bonis, quæ possident, nam debet intelligi de omnib. bonis,

nis.& ibidem idem refert,& sequitur Ias.in l.beneficium,2.
9 col.ff.de const.princ.Benefacit,quia † beneficia Principum sunt latissime interpretanda,vt dicit gl.& Bal.in d.l. beneficium.maxime contra ipsum Principem concedentē, l.nec auus,C.de emanc.liber. Ita magistraliter Io. in c.cum dilectus.de don.& in c.cum olim. de verbo. significa. & dicebat magnificus Io.Martial.Regius consiliarius, ꝙ cum Princeps
10 ps remiserit delinquētib.aboleto†crimine, non perduntur eius bona,seu eorum bona:ꝓut in simili dicit And.de Iser.
11 in const.Regni grandis vtilitas. in fi.ꝙ si†accusatus moriē ante lapsum anni,non perduntur eius bona,vt in l. 1.§ fi.ff. de requir.reis,& idem,quod supra tenet And.de Iser. in tit. quæ sint regalia. in ver.& bona committētium, & etiam in §.pręced.& sic pro maiori parte dominorum ipsius sacri Regij Consilij,fuit etiam cum voto meo conclusum ꝙ indultu Cæsareo sit comprehensa abolitio, nedum contumaciarum descendentium ex delictis,verum ēt e x causis ciuilib. & mistis, vt perueniētes ex pręsentationibus instrumētorū ac pœnarum abolitionum accusatorum, vbi tamen interuenit concordia partium.Verum ꝙ ante omnia consuleretur Illustri.dominus Prorex, suffragante maxime vlt. c. Neap. concesso,ꝙ si super aliquo ex capitulis obtentis per eandē vniuersitatem Neap.resultaret,dubium illud semper interpretari debuisset in fauorem ipsius vniuersitatis, & tandem nullą alia facta declaratione voti pręfati indultus, ita serua tum fuit,& seruatur,prout supra dictum fuit. Thomas Grāmaticus.Regius Consiliarius.

1 *Dolor iustus facit,vt pœna ordinaria ex dolore causata temperari debeat in delictis.*
2 *Minæ quomodo;& quando inducant iustum metum.*
3 *Metus iustus causatur.si minans fuerit consuetus illas exequi,& si id facere potest,quod minatus est.num.4.*
5 *Metu quòd quis aliquid fecerit,sufficit probari,quod probabiliter dubitare poterat de offensione.*
6 *Metus violentiæ inferendæ, est iustus metus.*
7 *Metus qđ quid gestū sit,sufficit probare subesse iustā cām metus.*
8 *Metus iustus est,vbi iusta suspicio inest.*

9 *Suf-*

9 *Sufficit timere saltem probabiliter, licet non iuste.*
10 *Metus iustus est timor amissionis bonorum.*
Metus iustus, est timor amissionis honoris, ibid.
11 *Quæ per iustum metum fiunt, excusationem merentur.*
12 *Iniuria facta vni ex agnatis, toti agnationi facta censetur.*
13 *Homicidium dum quis fatetur factum ad defensam, licet aliter nō probetur, quod ad defensam: tamen respectu qualitatis partis, non debet pœna mortis puniri, nu. 14.*
15 *Minæ probantur etiam per testes singulares.*
16 *Minans, si est potens ad occidendum minatum, & est solitus percutere. & ita quòd verisimiliter de eo timeri poterat, facit ut minatus possit præuenire.*
17 *Minatus præuenire potest, quando minasse esset in actu offendendi, & ibi præsens, nu. 18.*
19 *Insultatus non debet expectare, quòd vulneretur ab insultante, sed debet ipse incipere.*
20 *Minæ sunt tales, quòd ex sola minantis iactantiæ quis potest præuenire.*
21 *Homicida licet puniri debeat pœna mortis, tamen est in potestate iudicis ipsum non condemnare ad mortem, si ex iracundia, vel dolore, orta aliter, quàm ex facto offensi, homicidium commisit.*
24 *De muliere, quæ virum, & proprium filium præ dolore interemit, quid sententiauit senatus.*
25 *Delictum committens, etiam ex iniusta causa motus, non tenetur ad pœnam mortis, vbi aliàs teneretur: & hoc ratione illius causæ licet iniustæ.*
26 *Causa quælibet, etiam iniusta, excusat à pœna ordinaria, & etiam à dolo.*
27 *Excedens modum in se vindicando, tenetur de culpa, & nō de dolo.*
28 *Iudex interdum mitigat pœnam statutam à lege, etiam in doloso, quando fuit minor dolus.*
29 *Pœna corporalis tunc imponitur pro delicto, quando dolo fuit commissum.*
30 *Delinquens motus aliqua causa efflictionis ad crimen cōmittendum, debet sibi pœna minorari.*
31 *Pœna debet esse tanta, quanta æquitas humanitasq; patitur, mediocris, & delicto congruens, & ratione rusticitatis. Item ex rei conditione, & peccatorum qualitate, nu. 32.*

33 *Dominus*

33 *Dominus omnipotens voluit incarnari, & sic hominem redimere: quia minor, & ignobilis creatus non tam grauiter peccauit, non autem Diabolis, qui nobilissima, & immortalis creatura, ex angelica natura, grauius excessit, quam homo.*
34 *Iudex nedum potest, imo debet in pœnis legalibus interdum dispensare, & misericordiæ gratiam impendere.*
35 *Deus quosdam sub aliorum esse potestate permisit, vt sub acqua moderatione seruentur vtilitas disciplinæ, & mansuetudo clementiæ, & nemo audet alterius delictis veniam denegare, qui pro suis optat accipere.*
37 *Delinquens semel non debet æqualiter puniri, atque delinquere consuetus.*
38 *Princeps quilibet terrenus Principem debet imitari cælestem.*
39 *Iustus nimis quis esse non debet.*
40 *Misericordiam debet iudex habere in iudicando, aliàs ipse iudex misericordiam non reperiet.*

DECISIO V.

IN causa Pauli, & aliorum inquisitorum de villa S. Antami cum regio fisco. Producuntur tria ad eorũ defensionem, vt à pęna rigorosa, mortis naturalis, ad quam condemnati fuerũt per magnam curiam Vic. excusari possint. Et in primis, ꝙ frater consobrinus præfati Pauli, & sociorũ per, prius occisus fuerat ab eodem nunc interfecto, & præfatus Paulus insimul cum illo vulneratus. Secundo, ꝙ ipse vltimo loco interfectus, pluries minatus fuerat velle vnum ex dictis fratribus interficere: concurrente quoque eius praua consuetudine vulnerandi, occidendi, & iugulandi alios. Tertio, quia alias tentauerat, ꝑut ipse se iactauit velle, oĩno per vim carnaliter cognoscere sororem p̃fatorum inquisitorum. Et quo ad primum, inficiari nõ põt, qñ p̃fati inquisiti ex cã ipsius Pauli aggressi & vulnerati p ipsum nũc occisũ, & pariter ex nece alterius eorũ fratris occisi p illum, & socios, & ex inculcatis minis de occidẽdo aliquẽ ipsorum, nõ dicant̃ esse in iusto, imò in iustissimo metu, necnon & in iusto dolore. Iustus. n. dolor
1 † facit, vt pęna ordinaria tẽperari dẽat ex dolore causata: vt firmat Abb. in c. olim 2. col. de resc. p illud, § imp. de adul. vbi dat hoc ꝑ regula. & suffragantur bñ dicta Bald. in c. 1. §. 1. de

pace iura fir.Aug.Arim.in add.ad Ang.in ver. dictus Titius concurrente. maxime comminato metu ex minis præfati occisi hominis malæ conditionis, & vitæ,vt probatum est. ꝙ satis constat,& considerat prudenter Alb.in l. metu. ff.qd metus cau vbi allegat d.Guid.dicentem considerandam esse personam,quæ minas intulit:vt si erat malæ conditionis nam iustus metus est,vt firmat etiam Cyn.in l. 1. C. si quis
2 imp.maled.Bal.in cõs.schimatis,& ĩ.l.interpositas,C.de trãs. in d.l.metũ,& iõ in proprijs terminis voluerunt Bal.& Imo.
3 in l. fi.ff.de hær. inst.ꝙ ad inducẽdũ iustũ metũ † pp minas sufficit,quòd minans fuerit consuetus illas exequi. idẽ refert,& sequitur,d.Ant.de Alex.in l.metum. C.de his qui per
4 metum Inde est,quòd si minæ proferantur † per eum qui id facere potest,id qd dixit facere velle, timendæ sunt, l.quæ situm,ff.ad Turp.& in l.nisi, §.si legatarius ff. si cui plus, q̃ per l.Fal.ita Alb.in d.l.metum.C.de his qui per metum. vbi
5 allegat d.Gui.dicentem,vt supra. Constat † autem, quod ad hoc vt quis excusetur quòd metu fecerit, sufficiet probari, quòd probabiliter dubitare poterat de offensione, vt dicit Inn.in c.si vero.extra de sen.excõm.refert,& sequitur Ang. de Are.in §.ius autem gentium,inst.de iur.nat. gen. & ciuil.
6 maxime cum metus ille violentiam inferendi, iustum metum sibi præbuerit: vt consulit Alex.in cons. 99. quoniam per excellentiss.in 3.vol.cum timendum sit,quod absq; periculo esse non potest,c.1.de baptismo,in cl.secundum Bal.
7 ibid.in 3.coi.& ideo ad iustificandum,quòd qd metu factũ sit,sufficit subesse iustam causam metus dixit Bal.in l.fin.C. de iure del.1.col.& consuluit Alex.in consil.144.vol. 2. vbi
8 dicunt,† quod iustus metus est,vbi iusta suspicio inest & idẽ dixit Inn.in c.cum olim de elect.& alibi dixit Luc.de Pen.
9 in l.si coloni.10.col.C.de agric.& cens.lib.11. quòd † sufficit timere saltem,probabiliter, ẽt si non iuste, l.recte, cum ibi no.C.qd met.cau. Quis ergo tã cõstantis,& fortis aĩ, quòd proposito sibi mortis terrore,non exanimetur? certe nemo. Habuerunt quoq; præfati Paulus, & fratres iustum metum honoris,dum occisus viuens se iactasset & pluries,velle eorum sororem violentare & stuprare,qd de facili contingere potuisset, cum mulieres rusticæ vt plurimum accedant

ad eorum possessiones extra habitationes, deferendo come stibilia cultiuatorib.& secanti bus messes, & pariter vindemiatorib.tempore vindemiarum, prout quotidie experien-
10 tia comperimus. Vnde succedit quòd timor † amissionis honoris,est iustus metus,l.isti quidem,ff.quod met. cau.& cõsuluit Lud.R.in cons.30.in 9.col. & est bona gl. in c. dilectus.extra qd' met.cau.Bal.in l.vt vim,ff.de iust. & iur.& ea
11 † quæ per iustum metum fiunt,excusationem merentur:vt in c.fi.cum vulg.extrà de appell.Nec suffragaretur fisco dicere,quòd Paulus licet fuisse vulneratus, & sic offensus ab interfecto,ob qd' aliqua excusatione tueretur,non sic cęteri duo inquisiti cum ipso,qui in d.homi. interfuerunt.Nam respondeo, quòd in pari causa omnes tres esse apparent, cũ omnes sint fratres consobrini defuncti, & de vna eademq.
12 agnatione:quo casu dum vni sit iniuria,toti agnationi censetur esse facta.dixit Bar.in l.lex Corn.ff.de iniur.Imo iniuria cõmunis esse videtur omnibus de agnatione: dixit Bal. in l.vnica.C.de rap.vir.Sal.in l.parentes,C.de test.plenè Fel. in c.cum oporteat.de acc.& si diceretur non liquere ex meritis processus,nisi per vnicum testem de præfata eius iactãtia circa deliberationem stuprandi,& violandi eorum sororem,& pariter nec de minis præfatis apparet concludens ꝓbatio,nisi per testes singulares.Respondetur,ꝙ dum in tortura confessus fuisset Paulus ipse interuenisse in dicto homicidio ex causis in themate,ꝓpositis,inter quas assignauit dictã iactantiam,& minas p̃fatas:succedit confessionem ipsam esse qualificatã,& licet aliter non probaretur,data qua-
13 litate p̃fata † confessata,non posset pœna mortis naturalis puniri,& sic pœna ordinaria.Ita singulariter voluit. Panor. in c.auditis.extra de præscrip.quem refert, & sequitur Fel. asserens esse stuprendum dictum,& menti tenendum in c.
14 significasti,el.2.de hom.dum in simili dicunt,quòd † si asserens se homicidium commisisse, tamen ad sui defensionem, & aliter non probetur de defensione, non poterit tamen pœna mortis naturalis puniri. Idem refert, & sequitur Ias. in l. vt vim, ff. de iustific. & iur. in 5. columna, subdens doctrinam præfatam Abb.in actu practico fecisse sibi honorem.& idem sequitur Felyn.in præfato c. auditis.

subdens hoc esse dictum sing.& alibi non repetiri,& quòd apud practicos est in solenni cultu. Idem ante eos sequitur Alex.in l.non solum, §.sciendum, ff.de noui oper. nuncia. Idem sequitur Marf.in suo sing.185.confessio inquisiti,&c. Quo vero ad probationem minarum factam per testes singulares,vt per fiscũ dicebatur, respondebat magnificus Antonius Baraptutius, & collega ipsius causæ relator, ꝙ minæ ipsæ probari possunt per testes singulares : pront in simili specie cõsuluisse allegauit Pet. de Anc.in cõs.257. & in cõsil.299. & Fulg.in cons.177.& sic Paulus ipse, & fratres aduersus minas ipsius occisi per eos non debebant expectare se percuti : sed potius ante tempus occurrere,quam post tẽpus vindicare:vt dicit Bal.in l.1.C.quando liceat sine iud.se vind.Io.Fab.in §.ius autem gentium, inst.de iur. nat.gen.&
16 & ciu. vbi subdit Ang.de Are. ꝙ † si minans erat potens ad occidendum illum minatum, & consuetus percutere, ita ꝙ verisimiliter timeri poterat: tunc potest præueniri.Ita declarauit Paul.de Cast.in d.l.1.quando licet.dicebant autem iudices magnæ Curiæ Vic. ꝙ hæc præuentio aduersus minas
17 locum habent,quando † præferens minas,est in actu ostendendi,& præsens,& allegabant ita tenere Ias.& Clau.de Sciscello in præfata l.vt vim. qui salua eorum reuerentia non
18 recte senserunt,cum ẽt non minans,siquis est in actu† ostendendi me seu præparatione vt me offendat, licitũ mihi erit ipsum præuenire,& occidere:dixit Bal.in l.in leg.per illum tex.in lect.ant.ff.locati.subdens ita fuisse de facto iudicatũ. refert,& sequitur Ias.in d.l.vt vim,3.col vbi dixit,se putare
19 hoc esse ꝑ rõnẽ,quia † non dẽt insultatus expectare ꝙ vulneretur,sed dẽt ipse incipere,vt declarat Bar. in l.1.C. vñ. vi.& subdit ẽt,ꝙ ista pars tanquam humanior est amplectenda, & sic non est necesse,ꝙ minas inferat ad effectum vt ipsum offendã præueniendo, vnde decisio Bal.& aliorum inseruirẽt nobis de vento,tũ maxime,quia salua prædictorum modernorum,& ipsorum magnificorum iudicum eos sequentium reuerenria id firmare,esset contra gl.magistram in l.1.
20 C.vnde vi.Quæ voluit ex sola† iactantia minarum posse ꝑuenire,& ipsam gl.sequitur Alb. de Rosa.magnus doc.ibi.& subdit,ꝙ semper vidit d.gl.indistincte seruari per rationem,

maxime

maxime quia difficile esset scire, an minas inferens, velit p̄cutere vel non, & q̄n. Preterea dicebat præfatus magnificus
21 Baraptucius, causæ relator, ꝙ licet † homicida tam de iure communi, q̄ questionum regni debeat pœna mortis puniri: per tex. in l. 1. ff. de sica. & in l. nemo, C. de Epis. aud. attamen est in potestate iudicis non condemnare ad pœnam mortis homicidam, quem compulit dolor seu iracundia orta, ēt aliter quam ex facto offensi, per tex. in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iuliam repetund. ita dixit singulariter Ro. in l. cū mulier 32. col. ff. solu. matr. vers. aduerte tamen, quia & offensa. Ego tamen dictum hoc Rom. reperio pro valde no. & mirabili relatum per Fel. in c. dilecti 8. col. vers. 2. declaratio. extra exceptio. vbi Fel. subdit re vera dictum hoc esse mirabile, & ꝙ ex hoc multa homicidia possent à iudicibus excusari, saltem quo ad pœnā mortis, & perquirendo multa, reperio ꝙ hoc dictum Lud. Roma. sequitur Alex. in l. Iulia. ff. ad leg. Iul. repet. & ideo Iac. de Aren. prout refert Ant. de But. in c. olim lo. 1. in fin. de rest. spol. & ibi pulchre Abb. dixit in 4.
22 col. ꝙ licet occidens aggressorem, non † se defendendo, non excusetur vt ibi, attamē mitius punitur, & idē sequitur Fel. vbi suprà, & tamen opinor ꝙ dictum hoc Rom. ambos nos docuit. Mars. in sua practica causarum crim. in §. quoniam 17. col. vers. & teneas, ne auctorem taceamus, & idem consuluit Pau. cons. 192. in causa carceratorum & idem Marsil. in l. 1. §. diuus Adrianus, ff. de sic. & in sing. 270. Adducebat
23 insuper magnificus Baraptucius, † Val. Max. in 24. c. lib. 8. narrantem de muliere, q̄ virum, & filium interfecit, dū formaliter dicit, eadē quoq; hesitatione Publij quoq; Dolabellę ꝑ cōsolari impio Asiā obtinētis aīus fluctuatus est, materfa. Mirnea virū, & filiū interemit, cum ab his optimę indolis iuuenē, quē ex priore viro genuerat occisum cōperisset, quā rē Dolabellā ad se delatā Athenas, & Areopagi cognitionem delegauit, quia ipse neque liberare cędibus duabus contaminatā, neq; punire cum iusto dolore impulsam sustinebat: Cōsiderāt, & māsuete populi Ro. magratus, sed Areopagitę quoq; non minus sapienter, q̄ inspecta causa te accusatorē, & reū post cētū annos an se reuerti dixerūt, eodē affectu moti, quo Dolab. sed ille trāsferendo questionem,

nem,ij differendo dānandi,atq; absoluendi inexplicabilem cantationē mutabāt.Et ego dū in fonte lib.Valerij inspexissem non minus ad hoc facere ꝓcedens capitulū visum fuit. dum cōmemorat mulierem,q̄ matrem occiderat hoc modo Atq; vt nos quoq. referamus ꝑ indiscrimen capitis adducti
24 neq; damnari,neq; absoluti sunt † apud Marcū Popil.Lena tā ꝑtorē,q̄dam q̄ matrem pcussam fore interemerat,causam dixit,de qua neu trā in partem latę sniæ sunt,qa abunde cōstabat eandem veneno necatorū & liberorū dolore commotam;quos auia filię impensa sustulerat,particidium vitā parricidio esse,quornm vltione, alterum absolutione non dignū iudicat. Ad ꝑmi ssorū corroborationē adduco,qd voluit Ang.in l.ait ꝑtor.§.ad actione.ff.vi bon.rap.vbi dicit,ꝙ si aliqs commisit delictū ex aliqua cā ēt iniusta motus,ex quo de
25 licto veniebat imponenda pœna mortis naturalis seu corporis afflictiua,nō tenebat ad eā respectu illius causæ, licet iniustæ. Idē cōsulēdo refert,& sequit Ale.de Imo.in suo cons. 127.in 4.vol.Fran.cur.senior in suo cōs.69.in col.vlt. vñ cōcurrentib.causis,&de quib.ī themate,& sic necdū vna cā,sed q̄ plurib.nullus iudex rectè sentiens,duci potuisset ad puniē
26 dū † ꝑfatos pęna ordinaria homicidij.i. mortis naturalis, prout magna Curia ipsa ꝓnunciauit:Cum q̄libet cā,ēt iniusta ipsos excuset à dolo,ꝑ no.iūcto tex.in l.plagij.ff.ad l.Flauiā de plagi,& in l.cū igr, C.de lib.causa concurrente † ma-
27 xime,quia excedens modum in se vindicando, puniendus est de culpa,& non de dolo,vt dicit Ioan.And.in add.Spe.in rub.de hom.in fi.consuluit Pau.de cast.in cōs. 194. vlt.col. vers.ꝑterea,posito ꝙ sibi licuisset īcipiēte,qm̄ violentia īferi iuste refert & sequit Lud.Bonon.in suo cōs.63.& ideo dicit Bal.post gl.in l.& si seuerior, C.de infam. quòd iudex inter-
28 dum mitigat pœnam † statutam à lege, etiam in doloso, quando fuit minor dolus, vt in l.vbi.C.de fal.& consuluit Franc.de Aret.in suo consi.80.in fi.vbi subdit, quòd quando causa,ex qua delinquo,habet initium ex iusta defensione,quæ in aliquo permittitur,excessus non punitur pro toto,sed pro tanto,tanquam minor dolus,vel tanquam culpa
29 cōcurrente,maxime q̄a tunc locū † hēt pęna corporalis, q̄n dolo fuit commissum delictum,vt dicit Ioā.And.in c.signifi-

cauit ĩ nouel.de pœ.& remiſ.Bal.in c.1.§.in fi.de pace iura. fir.& in c.1.in prin.col.3.de pace tenent Cęp.in conſ.29.col.
30 fi.& conſ. 30. in fi.Et ꝙ † delinquenti moto aliqua cã affectionis ad crimen committendũ,ſit minoranda pœna, tenet Luc.dé Pen.in l.2.C,deſerto lib.12.col.13.p tex. in c.1.extra de apoſt.ſubdens,ꝙ talis culpa facilius abſtergitur. c.ſi quęlibet.23.q.2.& ſic excuſabiť a tãto,& nõ à toto.l. 1. §. ſed cũ claua.ff.de ſica.l.3.§.ex ſenatuſc.ff.de re mil.& iõ Cic. in 2.
31 off.inquit,ꝙ tãta debet eſſe pœna,q̃ta æquitas† humanitaſq. patiť,vñ dẽt eſſe mediocris,clemẽs,& delicto congrues.§.illud aũt ĩ auth.de trien.& ſemiſ.vbi aũt extremũ,ibi,iniuſtitia,vt hř in 5.Eth.Sic n.p iudices ꝓcedẽdũ eſt,vt nec patientiæ noĩe torpeatur,nec diligentię obtẽtu ſæuiatur,c.quidam cũ bonorũ,in fi.23.q.4.ita adſit in hoc iudicib.iuſte cõſulẽs miſericordia,& pie ſenſus diſciplina,c.diſciplina,45.diſ.&c. ſi adeo,vt iuſtitiæ zelus in crudelitatẽ non trãſeat, neq; pietas in remiſſionẽ,c.ſępe.41.diſt.Accedit inſup ptãs iudicis ſibi à iure tradita,vt poſſit oĩno deminuere pęnã à lege ſtatu
32 tam ex cauſa & maxime ratione ruſticitatis.Itẽ † ex rei cõdi ione, item ex prędictorum qualitate. Ita in particulari declarat Luc.de Pen.in d.l.2.C.deſertor. nam, & dominus
33 operis † voluit incarnari, & ſic hominem redimere, quia minor,& ignobilis creatus,non tam grauiter peccauit, non autem diabolum,qui nobiliſſimus,& immortalis creatus ex angelica natura grauius exceſſit ipſe,quam homo, vt not. Arch.in cap.ex his alias,denique de pœnit.diſt. prima poſt gl.in verſ.remediabile, & plus ſubdit Luc. ꝙ iudex nedum poteſt,immo debet,in pœnis etiam legalibus interdum di-
34 ſpenſare † & miſericordiæ gratiam impendere,cap.domino ſancto 50.diſtin.& in cap.ſi quis Diaconus,& 1.q.7.diſpen-
35 ſationes. nam ad hoc † Deus quoſdã in aliorum eſſe ptate permiſit,vt ſub æqua moderatione ſeruentur, & utilitas diſciplinæ,& manſuetudo clementię,& nemo audeat alterius delictis veniam denegare,qui pro ſuis optat accipere, vt inquit Leo Papa in ſermone quadrageſimę 6.præſertim cum
36 † ſcandalum ſit,aliquem alias inoxiam,ſtatim pro vno delicto capitaliter punire, prout iſti qui alias nunquam deliquiſſe probatur. Qua re magis expectandi ſunt,& corripiẽ-

di,quam illico puniendi,c.licet plerunque.45.dist. ita dicit formaliter Luc.in præallegata.l. 2.vbi plus subdit,nõ.n. esse
37 † suppliciũ,sed beneficiũ nuncupandum, vbi ex commutatione pœnæ,sæuiendi non relaxatur audacia,nec pœnitendi salutaris subtrahitur medicina 24.q. 5.c.circuncelliones,vñ
38 iudex,† & omnis princeps terrenus iudicem , & principem dēt imitari cælestem.ſ.Deum.§. arripiat. in auth.vt oēs obe. iud.,puin.sed nã diuinitatis,clemēs est, & pia, magis ad clementiam, q̃ ad vindictam pron. nec nimis iustus esse cone-
39 tur,cum scriptum sit per Salomonem,noli † esse nimis iustus quia,quandoque nimis iustus in sua iustitia perit, vt ē tex.iuncta gl.in c.nisi cum pridem extra,de renuncia.& iō
40 dicit tex.in c.quia plerunque in §.his ita 2.q.7.Qui † putāt misericordiam negandã esse peccantibus , & de iustitia sua præsumunt,à domino percussi intereunt,nec misericordiam cum iustitiam sustinebunt, qui nequeunt facere misericordiam delinquentibus.Ex quibus omnibus concludo meo iudicio non bene fuisse iudicatum per magnam Curiam Vicariæ circa mortem naturalem,sed bene ipsos condemnandos ad remigandum in triremibus regnis,vniuscuisque ipsorum vita durante, & in hanc sententiam concurrit maior pars dominorum sacri consilij Thomas Grammaticus , Regius consilarius.

1 *Vassalus qui præstitit homagium hosti sui domini, vel tenuit contra suum dominum castrum rebellatum,aut equos,vel arma in fauorem hostis transmittit,seu uictualia,crimen per duellionis incurruit, & crimen læse maiestatis,nu. 2.3.*

4 *Crimen læsæ maiestatis quis incurrere dicitur,quis iurisdictioni ac potestati imperij suppositus,ab eius obedientia se subtrahit, & cōtra ipsum se præparat,nu.5.*

6 *Crimen læsæ maiestatis committit,qui aliquid committit contra regem,seu eius statum, num.7.*

8 *Crimen læsæ maiestatis committit subditus,dum vadit cum armatis contra tuitionem vrbis.*

9 *Memoria rebellis defuncti quando dicatur damnata,nu.10. & ibi, an exprimi debeat in sententia,quòd memoria sit damnata,*

11 *Rebellis filius est incapax successionis.*

Index

12 *Iudex non in omnibus exprimit pœnam in sententia, sufficit tamē quòd pronunciet crimen esse commissum, quia subintelliguntur impositiones pœnæ, quæ ratione delicti uniebant imponendæ.*

14 *Pœna patris rebellis nocet filijs, quo ad successionem, in his quæ descedunt ex persona patris. Secus in alijs, quæ aliunde obuenerūt filijs.*

15 *Memoria defuncti, vt possit dici dānata, dum in sn̄ia id non exprimitur, non sufficit probari, quòd quis reus fuerit criminis læsæ maiestatis, sed requiritur expresse probari ipsum crimen fuisse commissum aduersum ipsum principem.*

Pœna imposita per l quisquis ad l. Iul. maiest. solum habet locum in primo capite læsæ maiestatis, & non in alijs capitibus ibid. 1

16 *Crimen læsæ maiestatis non committitur ex eo qđ quis aduersatur principi, & recedit ab eo, sed tunc demū, quando insurgit contra ipsum principem.* 2

17 *Crimen læsæ maiestatis solum committitur contra personam principis, & eius officiales.*

18 *Crimen læsæ maiestatis committitur nedum contra principē, sed ēt contra inferiorem à principe.*

19 *Crimen læsæ maiestatis committitur ēt contra dominum recognoscētem superiorem tamen pœna eo casu non extenditur ad libros.*

Memoria defuncti rebellis pōt damnari in duobus tantum casibus, videlicet primo, quando committitur tale crimen contra personam Imperatoris. Secundo, quando contra remp. In cæteris alijs casibus dicitur hoc non esse ibid. 4

DECISIO VI.

MAgnificus Hector Piscellus, dum viueret tempore vltimi aduentus Gallorum, & inimicæ ligæ, adhærendo hostibus præfatis contra Cæs. maiestatis, hostibusq. tandē profugatis, suis, bonis omnibus destitutus fuit, tanquam rebellis, inter quæ bona reperiuntur duo fundi, vnus in pertinentijs Puteolorum, alter terræ summę, qui ex successione magnificæ Isabellæ auitæ magnæ ad Lucium filium prædicti quondam Hectoris, & pupillum peruenerant, & dum reperirentur penes magnificum don Sauciū de Arcone impetra-

petratorem bonorum præfati quondam Hectoris; dum Lucius ipse fundos p̃fatos vendicare tentasset, vt ab indebito possessore, re in iudicio sacri.cons.deducta, & corã me ipsius causæ commissario formato processu, dicebatur principaliter p̃fatum Hectorem homagiũ Duci Gallorum præstitisse, existentem nedum feudatarium, sed hominẽ ligium Cæsaris, Castrum Roccæ Piemontis, quod in feudum retinebat contra Cæsarem rebellauit, equos, & arma p̃fato Duci Gallorum contra Cęsarem transmisit, vna cum annona, & victuarijs ad castra Gallorum in subsidium, & alia de quibus in
1 toto tit.ff.ad leg.Ial.maiest.Ex qbus † prædictus Hector per duellionis crimẽ incurrit, vt firmat gloss.in l.fi.ff.ad leg.Iul. maiest.in verb.remp.& ponit aliqua Luc.de Pen. in l.deuo-
2 tum, C.de met.li.12.& talia † ppetrans, dicatur incurrisse crimẽ læsæ maiestatis, consuluit in specie Bar.Cæp. in suo cõs. 17.col.7.ver, præterea illud, col.9. Et pariter q. dicatur crimen perduellionis committere, tenet Azo in sum.C.ad l.Iuliam maiest.& vltra q. constat significasse p̃fato Duci Gallorum aduentum magnifici Fabricij Maramaldi aduenientis cum exercitu Hispanorum contra Gallos, & ipm Ducem,
3 & quod sic † etiam perduellionis crimen incurrit, vt inquit And.de Iser.in c.1 in ver.& bona cõmittentium, col.7.ver.
4 item mittere quæ sint regalia. Ex quo † is dicitur crimen læsę maiestatis committere, qui iurisdictioni, & p̃ati imperij suppositus, ab eius obedientia se realiter subtrahens, hostis animum assumit, & se dño suo aduersarium parat, & ideo tales pduelles vocantur.i.perfecte ad duellum, siue bellum clãdestinum, vel publice parati, accincti, & dictum est crimẽ pduelliones, vt magistraliter declarat Oldra. in cons.43.col. 6.& sequit Barb.cõs.70.col.13. in 4.uol.& Boer.in trac. suo de seditio.vbi subdit illum dici contra statum principis fa-
5 cere.† q vult dirigere statum ad aliud regimẽ, puta ad aliũ regem, alleg.Bal.in l.1.§.huius studij 2.col.ibi, & dicitur status, ff.de iustitia & iur.& Mar.de Land.in suo tract.de crimine læsæ maiest.12.no.vnde resultat oĩno crimen lęsæ maie.
6 commissum, quia † is q committit contra regem, & eius statum, dicitur in tale crimen incidere, per tex.in d.l.quisquis, & in const.ad reprimendam, in tit.qui sint rebel.& licet nõ fuerit

7 fuerit princeps † præsens, sufficit tamen contra eius officiales fuisse commmissum, per tex. in d. l. quisqs, & plenè Ioan. Fab. in proœ. inst. in ver. Imperatoriā maiestatem, & plenè Bel lamera in suo cōs. 15. col. 5. ver. iuxta ꝙ ad propositum. vbi in specie loquitur de rege præsentis regni, & de eius subdi-
8 to, inferens in ver. 3. quęro, ꝙ subditus † dum vadit cum armatis contra tuitionē vrbis, dicitur committere crimen lęsę maiestatis, ꝙ probatur plenè pręfatum Hectorem fecisse. Ita punctualiter, & latissimè p̄missa sequitur, & firmat Ioan. de terra rubea, in suo tract. contra rebelles, in tit. de pę. eor. vnde
9 succedit ex tunc præfatum Luciū eius filium fuisse, & esse inhabilem effectum ad successionem, vt per tex. in d. l. quisquis tenet in terminis Soc. in cons. 275. col. 6. ver. 3. principaliter 2. vol. & ideo cum lata fuerit sñīa contra ipsum Hectorem cum publicatione bonorū feudalium, & allodialiū pro dicto crimine læsę maiest. succedit ꝙ fuerit eius memoria damnata, ad cuius finē succedit, vt dicatur in sñīa, Hectorem fecisse contra imperium, & ideo bona in fiscum trās
10 ferri † Ita formaliter dicit gl. in §. interdum, in ver. damnata. inst. de her. quę ab intest. defer. Nec est necesse exprimi in sententia, ꝙ sit dānata memoria. Et ita sequendo gl. illā, declarat Bal. in cons. 60. purities, seu factæ, in 2. vol. secundum antiquam impressionem, & plene Aret. in d. §. interdum vbi ponit istam practicam in præsenti cā seruatam, imo in casu præsenti, cum probata sint supra mentionata, contra ipsum Hectorem, perduellionem reddiderunt, & agitur contra possessores, sufficit probare ꝙ commissit contra principem, nec requiritur sñīa. Ita in specie And. in c. 1. ver. & qui vt indi-
11 gnus col. fi. quæ sint regalia, & sic infertur ꝙ hic † Lucius filius actor, sit in capax successionis, per tex. in d. l. quisquis, & in proprijs terminis, quando est seruata forma glo. in d. §. interdum tenet ibi. Ang. in d. §. interdum, col. fin. ver. quæro an filij, & Soc. in cons. 22. ver. ex quibus cōclusionibus, vol. 1. & licet in sñia sit facta condemnatio, quo ad infrascripta, nec expræssa sit damnatio memoriæ, attamen facta declaratione ꝙ commisit contra Cæsarem, & demum confiscando, virtualiter ex sñīa infertur damnatio memoriæ: nam licet
12 iudex non † in omnibus exprimat pœnam in sñīa, sufficit

tamen

tamen quod pnunciet crimen esse commissum, quia subintelliguntur impositę oēs pœnę, quæ ratione delicti veniebāt imponēdę, per tex. in l. si expilasse, vbi Bar. C. ex quibus cau. inf. irrog. Bar. in l. 1. col. 2. vers. venio ad 3. partē, ff. ad Turp.
13 nec præsumendum † est iudicem voluisse ex verbis illis pœnam minorare, qa ipse incideret in delictum. Ita in specie And. in c. 1. ver. & bona col. 3. ibi, nā si occidendum mutilaret, q̃ sint regalia. Et quia alias esset reddere sñiam nullam, ꝙ non est dicendum. Ita in spē And. ibi in 4. col. ver. & est attendendum, q̃to magis, quia nūc excipiendo, vt dixi, pōt de nouo probari, & obijci. Et sic ex maiori pte præmissorū concludebat magnif. Ioan. Ang. Pisanellus, aduocatus magnificorum don Sancij, & Ferd. memoriā Hectoris defuncti dānatam, & pfatum magn. Lucium filium oīno ad successiones incapacem. Quibus quidem non obstantib. dixi aduertendū esse, quia hic filius Lucius nō venit ad successionem patris in aliquo, sed ad successionē istorum bonorum, tanq̃ in bonis auiæ maternæ remanentium, post mortem suæ auiæ pfatæ eidem Lucio, vt propinquiori, quæ successio sibi dene-
14 gari non potest, cum † pœna patris noceat filio tm̄ in his, quæ descendūt ex persona patris, secus in alijs, quæ aliū de obuenerūt ipsis filio, vt dicit tex. in l. 2. ff. de interd. & rel. & facit tex. in l. emācipatum, in fi. Et ꝙ ibi no. de senato. ita Bar. in suo cons. 118. Edil. com. 2. col. sequr, & refert Cast. in cons. Burg. ver. quę aūt indicia, & ver. 53. quia vidimus, quòd ad hoc vt dici possit memoria defuncti damnata, dum in sñia aliter expræsse damnata non appareat, non sufficit probare, quod quis fuerit reus criminis læsæ maiestatis, sed requiritur in specie probari huiusmodi crimen fuisse cōmissum aduersus ipsum principē, put ēt in simili doctores, dūt
15 quod pęna imposita per l. quisquis solum habet † locum in 1. c. læsæ maiest. & non in alijs capitibus, siue capituli vt no. Sal. in d. l. quisquis, in 1. opp. post. Cyn. & ibi Paul. de Castr. & in l. 3. C. de episc & cleric. & tradit Soc. in cons. 275. in causa fratris, col. 2. & Bar. Veron. in cons. 79. Ego consultus, & plenè Dec. cons. 409. vbi allegat inter cętera Bald. in cons. 149. quæro vtrum 1. vol. dicentem, quod non omnis q̃ aduersa-
16 tur † principi, & recedit ab eo, dr̄ committere crimen læsæ

maie-

maiestatis,sed tunc demum,quando insurgit contra ipsum principem,& iō Bar.in tract.q sint rebel. vers. rebellando di
17 cit,ꝙ solum † crimen læsæ maie. cōmitit contra personam principis.& eius officiales,& idem tenet And. de Iser.in tit. quę sint regalia,in ver.& bona.col.5.& plus subdit Decius, vbi supra,ꝙ dato ꝙ cōmittatur crimē lęsæ maie.non ex hoc infert ꝙ memoriam dānari possit, quod licet crimen læsæ
18 maiestatis † cōmittatur,nedum contra principem,sed ēt cō tra inferiorem à principe.vt concludit Paul.de Leaz.& cęte ri post ipsum in cl. pastoralis de re iud. ꝑ c.in primis 2.q.1. ver.qd nunc dr̄ prætерq̄ contra tyrānum, secundum eos,q̄a non habet legitimū dn̄ium,idē tenet Arch. in c.felicis,vers. læsæ maiest.de pœ.in 6.quē ibi sequit Ioan.And.& nihilominus distinguit: Aut dominus contra quē cōmittit crimē læsæ maiest.non recognoscit superiorem,& tunc iudicandū est de eo,prout de principe,ꝑ no.per doc.in l.hostes.C.de capt.& postli. reu. & p Guliel. in l. ex hoc iure gentium, ff.de
1 liter†inquit,ꝙ si ipse haberet talẽ stuprantem immaturam præ manib.eundem suspẽderet.Idẽ reperio tenuisse Io. Fab. in §.item lex Iul.inst.de publ.iud.& ibi subdit,ꝙ consuetudinarij dãt pœnam mortis,& eãdẽ opi. secutus est Frã.Gur. iunior in l.transigere.C.de transact.intelligẽdo tñ d.Bal.vbi interuenit violentia,& non aliter, & subdit, ꝙ ita intelligẽdus est tex.in l.si quis aliquid, §.quod nondum,ff.de pæn. & ita dictum declarari per Io.Bap.de S.Seu.in rep.l.si qua illustr.ad Orficia.Ego tamẽ dixi non esse recedendum à Pau.iurecõ. celeberrimo in d.l.si quis aliquid dum ibi formaliter
2 dicit,q̃ nondum viripotentis virgines corrumpunt,humiliores in metallum damnãtur, honestiores in insulam relegãtur aut in exilium mittuntur, & idem cum Pau. iurec.concordat Gulie.decuriæ,auctoritatis non modicæ in præfata l. si quis non dicã rapere. Reperio insuper ꝙ Guid.Papæ præsidens parlã.Graciono. in sua dec. seu q. 550. dicit se vidisse dubitari in camera d.consf.in anno 1451 in quo parlamento tunc præsidebat Io. Baiuli.V.I.D.qui dicebat huiusmodi delictum non potuisse perfici in talẽ puellã nõ viripotente, allegando.l.1.§.fi.ff.de var.& extraor. cog.& subdit insuper ita fuisse iudicatum in Breduno, tempore quo ibi residebat. Aliqui tñ ex dñis parlamẽti dixerũt fore puniẽdũ,ac si pfectũ fuisset,cũ in talib.attẽdi deãt ẽt voluntas cũ aliquo actu extrinseco,licet actus nõ pficiaẽ,d.l.si qs non dicã rape subdit tñ ipse Guido se fuisse opi. pfati dñi pſidẽtis,nõ tñ p d l. q̃ allegauit,sed p tex.q hoc clarius ,pbat in d.§.nõdũ,ff.de p. & in l.si stuprũ,ff.de iniu.& ꝙ tales nõ deãt capite puniri,& ꝙ ita fuit cõclusũ,put in tex.pfato.Vnde ex pmissis fuit per sac.reg.cõsf.cõprobatũ decretũ ipsius mag. curiæ,& executũ.

1 *Iniuria,pro qua non conueniret adire præsidẽ, vt quia forte poneretur res in derisum,& iniuriatus reputaretur vilis, operatur vt quis possit propria auctoritate se vindicare,licet modum excedat.*

2 *Iniuria factà uni de agnatione, toti agnationi facta uidetur.*

3 *Iniuria si communis esse videtur in agnatione, satis apparet tractari de proprio interesse cuiuslibet de agnatione.*

4 *Iniuria facta patri, dicitur filio econtra.*

5 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona, propter connexitatem, quæ est inter eos.*

6 *Homicida licet quod fecit. semper expectet, tamen est in facultate iudicis ipsum non condemnare ad mortem: sed deportare si vult: maxime, quando ex iracundia, & sic ex non leui causa motus homicidium commisisset.*

Delinquens dum est persona honesta, nec alius solita delinquere, potest sibi pœna ordinaria diminui imò indulgeri.

8 *Crimen committens ex aliqua causa motus, licet iniusta, ex quo deberet capitaliter puniri, excusabitur à pœna prædicta, ratione illius causæ, licet iniustæ.*

9 *Nobilitas alleuiat pœnã delicti delinquenti intantum quòd pœna minoratur.*

10 *Nobilis in pœnis criminalibus mitius punitur, quàm popularis.*

11 *Pœna delicti mitigatur minori ob minorem ætatem, etiam in delictis grauibus.*

12 *In pœnalibus omnibus iudicijs, ætati, & imprudentiæ succurritur.*

13 *Minor delinquens dolose, & in delicto, in quo maiori veniret imponenda pœna mortis naturalis, attamen minori minorabitur. Imò iudex minorare tenebitur, & aliter faciendo, erraret, ibi.*

15 *Salamon dũ immane illud commisisset delictum, vt mille mortib. dignus haberetur propter Dauid tamen concessurum se Dominus regnum eius integrum dicit.*

Ezechias cũ in pericula, extrema venisset, quãuis & ipse iustus esset, tamẽ pro beato Dauid dicit se Dominus ei auxilium laturum, ibi.

15 *Pœnæ diminutio in delinquente erit causa, iusta, propter multa seruitia præstita principi seu reip.*

16 *Pœna, quæ datur minori pro delicto capitali mortis naturalis, in maiore erit deportatio, nu. 18.*

15 *Virtus nulla in principe generosior est misericordia, vel admirabilior clementia, iuxta dictum, ibi.*

DE-

DVM fuisset mihi noīe regio iniunctum p litteras illustr.Proregis,mihi directas, vt statim me conferre debuissem ad administrationem officij iudicatus magnæ curiæ vicariæ, in locum Poli Hisp.regij cons.& ibi tanq̃ regius cons.& iudex eiusdē magnæ curiæ illud exercere debuissem p annum vnū integrū, ex quo ita complacebat regio seru.Et dum libenter paruissē, inde ad paucos dies contigit casus,ꝙ magn.don Cęsar spes filius Capitanei spes,carceratus & inq̃situs in eadē magna curia de homicidio in psonā p̄sbyteri,eius vasalli,quod de plano confessus,ēt ratificauit.Et dum in collaterali consilio, & corā illustriss.dño Prorege ibidē assistente de pœna pdicti ad missi discuterēt,& ipsa relata p magn.Hectorē de Iesualdo.fuit dicē,& quarto loco votassē,post tres iudices consocios dicebā,pmittendo in facto verificatū,ꝙ p̄fatus p̄sbyter pluries de nocte in iniuriā p̄fati capitanei spes,& eius domus lapides pieciisset aduersus ianuas domorū eiusdē,necnon,& fenestrarum,in q̃b.Capitaneus ipse cū eius vxore, & filijs degebat, vocando vocib.& clamorib.altissimis eundē cornutū,& eius

1 vxorē meretricē. † Vn̄ succedit iuris dispō ꝙ cum de hmōi atroci iniuria non conueniret adire p̄sidē, q̃a fortè poneret rem in derisum, & iniuriatus reputarēt vilis, operatur vt q̃s possit ppria auctoritate se vindicare.,licet modum excederet.Ita singulariter cōsuluit Pau.de Ca.in suo cōs.1 40. in cā. carceratorū,& refert & sequit̄ Aug.Ari.in add.ad Ang.in tracta.malef.in ver.And.auxiliatorē.Nec posset obstare, ꝙ iniuria hmōi non inferebatur eidē don Cęs.sed eius parentib. cū satis afficiebat̄ ipse iniuria,dum fiebat p dicti p̄sbyteri verba filius cornuti patris,& matris meretricis,& nihilominus in-

2 iuria † facta vni de agnatione,toti agnationi, & consanguinitati facta dicit̄ ac censetur.vt pbat tex.in l.vnica,& ibi Bal. C.de rap.vir.in §.no.Bar.in l.lex Cor.ff.de iniu.& facit vrgēs

3 rō:quia cum iniuria † cōis esse videatur, satis verti dicit̄ de pprio interesse ipsius don Cæs.Ita in spē consulendo tenet Dec.in cōs.1 3 3.j.no.nā eo casu cā ppria dicitur, vbi appeat versari de vindicta iniurię.Idē tenet Sal in l.parentes de test. Anto.de Butr.in cap.cum oportet.& ibi Fel. extra de accus. & consuluit Socin.consi.17.vol.4.Bald. in l. cum scimus,C.

de agr.& cenſ.lib.11.& in l.vn.C.ſi quac.p̄d.not.& plenè Iaſ.
4 in l.ſi ita ſti.§.Criſog.ff.de ver.obl.& maximè,quia † iniuria facta patri,dr̃ facta filio,& econtra,l.j.§.& ſi fortè, & §. vſque adeò,ff.de iniur.l.ſed ſi vnus.§.filiusf.eo.tit.& §.patitur:inſti.
5 eo.tit.quod ẽt comprobat † ex connexitate inter patrẽ,& filiũ,q̃ cenſentur vna,& eadẽ pſona,vt in §.hac auct.35.q.3.& l.cũ ſcimus,circa fi.C.de agr.& cẽſ.lib.11.Nec pariter mili ta ret,ꝙ talis vindicta nõ fuit in cõtinenti,ſed longè poſt annũ die illatæ iniuriæ,cũ plenè doctũ fuerit p̄sbyterũ ipſum nũq̃ rediſſe ad habitandũ in terra B_uini,'& ſic p̄ manib.haberi non potuiſſet ante tp̃s p̄fatũ,& ſic ſe vindicauit,quãprimũ
6 habuit facultatẽ vlciſcendi,& licet † homicida , ꝙ fecit ſuper expectet,p l.3.C.de epiſ.aud.tñ eſt in facultate iud.ipſum nõ condẽnare ad mortẽ:ſed deportare ſi vult,maximè qñ ex iracundia,& ſic ex non leui cã motus,id faceret,vt voluit ſingulariter Ro.in l.cũ mulier,ff.ſol.mat.p tex. in l.lex Iul.C. ad l. Iul.rep.quem tex.ꝓ valde no.alle.Bal.in l.addict.C. de epiſ. aud.& ꝓ mirabili ſequit̃ Fel.in c.dile.fil.de exc. qđ maximè
7 concedendũ eſt in caſu p̄miſſo,ĩ quo † lique t ꝙ pſona ipſius delati eſt honeſta,nec alias ſolita delinquere:quo caſu põt iudex pœ.ord.minuere imò,& indulgere,vt in l.ſi poſt idoneũ & l.& ſi ſeuerior.C.de infa.& l.qđ ergo,§. pœ.gra.ff. de his, q no.inf.& in l.in ſeruorũ,ff.de pœ.Ita inquit pulchrè Gãd. in trac.male.in ti.vtrum pœna poſſit augeri. Qui b.ẽt accedat, quod dixit ſatis pulchrè Ang.in l.p̄tor ait.§.hac actio.ff.ĩ bo.
8 rap.quod † cõmittens crimen aliqua cã motus,licet iniuſta, ex quo crimine veniret,aliàs imponẽda pęna mor.excuſabitur à pœna p̄dicta rõne illius cãæ,licet iniuſtæ. Idẽ ſequitur conſulendo Alex.de Imo.in conſ.127.vol.4.Fran. de Are.in conſ.69.Conſiderandũ inſup,ꝙ iſte magn.inquiſitus, eſt nobilis,& gnoſæ ꝓſapiæ,ꝓut cõſtat vobis excellẽtib. ac magn.
9 dñis Hiſp.& p̄ſertim veſtræ illuſtriſſimi dñationi † & clariſſimi iuris eſt,ꝙ nobilitas in delato,eſt cã potiſſima minorationis pœnæ delicti patrati, adeo ꝙ ob nobilitatẽ pœna minoratur,vt pulchrè tenet Lud.de Pen.in l.2.C. de deſer. lib.12. Hinc Cic.in li.Rhe.dũ de deprecatione docet, inqt, vt hæc ignoſcendi rõ q̃reretur ex his locis ſi plura aut maiora officia,quã maleficia videbunt̃ conſtare,ſi qua virtus aut nobilitas

litas erit in eo, qui supplicabit facit tex. in l. splendidiores, C. de diue. off. li. 12. vbi crimina nobiliorum facilius occultãtur, & dixit ẽt Luc. de Pen. in l. nobiliores, in 2. prin. C. de dig. e. li. hinc tex. in l. nemo, & ibi Cy. C. de sum. tri. & fid. cat. ꝙ in
10 pœnis corporalib. † mitius puniunẽ nobiles, q̃ populares, & facit l. edictali. §. j. de pace iur. fir. & tenet Alb. de Ros. in l. p̃sbyteri. C. de epis. & cle. Luc. de Pen. in l. j. C. de cond. & ꝓc. lib. 11. & sequitur Paris de Put. in suo trac. find. in ver. iustitia. Et est bonus tex. in c. fi. de pœn. & in c. q contra 24. q. 1. & ꝙ nobilitas sit cã minorandi pęnam, apparet in l. eiusdem, §. pen. ff. de adult. & quod no. in l. si adulterium cum inces. in prin. ff. eo. ti. & sequiẽ Mars. in l. si q̃s viduam, in fi. ff. de q. vbi subdit ꝙ ita ibi sol. gl. ex qua no. & tene menti, ꝙ dignitas seu nobilitas est cã minorandi pœnã, vt hic, & in d. l. eiusdẽ, vbi videas gl. no. hoc lim. in ver. deportanẽ. Accedit deniq; miseratio ætatis, cum plene inq̃situs ipse docuerit tunc tp̃is delicti patrati, ac ẽt hodie, non excedere ætatẽ 17. anno. & aspectus corporis ꝓbationi hmõi suffragaẽ, & notissimi iuris est,
11 ꝙ † minor cõmittẽs delictum, ẽt dolosè ꝓut hic, ex quo maiori veniret imponenda pœna mortis naturalis, attñ minori minorabiẽ pœna, intm̃ ꝙ nedum põt iudex, verum ẽt teneẽ pœnã ipsam minori minorare. & licet Bal. in l. qcunq;. C. de ser. fug. aliter senserit. Et ꝙ in delictis ẽt grauib. pp minorẽ ætatẽ debeat pœna mitigari, facit tex. in l. auxilium, §. in delictis. vers. nisi quatenus, interdũ miseratio ætatis ad mediocrẽ pœnã pduxerit iudicẽ. Ita consuluit dec. in cons. 535. req̃si-
12 tus a mag. domino 3. vol. circa fi. cons. & ibi subdit, † quòd in omnib. pœnal. iudicijs, ætati, & imprudentię succurritur, p̃ regulam iuris, quòd ferè & pp imprudentiam videtur quis obligari ex quasi maleficio, l. fi. ff. de var. & extraord. cri. per l. ex maleficijs, §. si iudex, ff. de act. & obl. Ita Dec. ibi. Et quòd iudex cessante dolo possit pœnam minorare, si voluerit, attamen quòd ipsam minorare omnino teneatur, tenet, Bal. Sal. & Pau. de Cast. in l. & si seuerior, C. ex qui. cau. inf. irro. Sal. & Pau. de Cast. in l. j. C. si minor adue. del. & plenè Alex. de Imo. in d. l. & si seuerior refert, & sequitur ibi. dom. Anton. de Ale. insignis docto. & Viceprotono tarius ac præsidens sacr. reg consil. in dicta l. & si seuerior. asserens ita tenere, & melius

melius modernos Bonoñ.i.ipsum Alex. qui tunc temporis mod.Boñ.erat.& idem d.Ang.in l. 1.C.si minor adu.delictũ & rectè iuuenti idem apparebit tenuisse Bar.in d.l. quid.§. pœna grauior.ff.de inf. & consuluit pulchre Lud.Bol.in cõs. 37.aliàs in pñti casu.& ista est cõis opi. quam cõmunem firmat Ang.in trac.mal.in ver. ad hoc colloquiũ,& trac. 8.col. subdens ꝙ licet minor dẽat criminaliter puniri, nunquam tñ punietur l.Corn.de sic.sed mitius,& aliter faciendo,erraret,& est optima gl.in l.impunitas, C. de pæ.idẽ consulendo tenuit Cuma.in cons.95.& idem repio tenuisse Aug.Arim. in add.ad Ang.in ver.scienter, & dolose, vbi formalr, & in pticulari dixit,ꝙ si minor occidit, non credit decapitari debere.sed rõ ætatis iusta erit cã dispensandi cum eo, ꝙ min. pœna afficiat.& dicit ita dixisse Bar.in terminis in l.administrantes,§.fi.ff.de excus.tutorum ꝙ quidẽ non valui reperire in Bar.meo.& Bal.in d.l. & si seuerior. addit id probari per tex.in l.si adul.cum incestu.§ imper.ff.de adult.quia qñ in delicto est minor dolus,mitius punit : sed in minore nõ est tantus dolus,q̃tus in maiore:ut dicit Bal.in d.l.& si seuerior.ergo.&c.Et sic ex pmissis infero ad verissimã iuris conclusionem,ꝙ vbi ex aliqua causa minorari debet pœna,il-
3 la † minorata non dẽt.esse corporis afflictiua. vt dixit Bal. in l.data opa,C.qui accus.non poss.Ang.in trac. mal.in ver. psente Caio,& app.refert ẽt sequit Mar.in sua practica causarum crim.subdens id esse ppetuo menti tenendũ.& idem consuluit Mar.in cons.24.viso puncto. quasi psentiens casũ hunc subdens pro his facere,quæ dñr in minore delinquente,qa licet commiserit delictum puniendum pœ. mor.tñ ob min.ætatem non punietur tali pœna, nec alia corporali, vt habetur in l.1.§.impuberes,ff ad Sylla,& in l.excipiuntur,e. tit.& in l.de minore,in princ. ff de q. & in c.1. & 2.extra de delic.puerorum.Suffragantur vltimo,pfato inquisito, merita,& sæuitia pfati magn.Capitanei spes eius genitoris,q per tps ferè 40.annorũ inseruiuit regi catholico gloriosæ mẽ.& successiue Cęs.maie.& fidelissime ac solertissime vsq; in hodier.diẽ,cuius quidẽ merita,&seruitia nõ modicũ ei suffraga
14 ri debẽt ad pęnę diminutionẽ,nam† & Salomõ cum imane illud admisisset scelus,vt mille mortib.dignus hretur,pp ex
Dauid

Dauid tamē concessurum se dominus regnum eius integrū dicit. Ait n. scindens scindam regnum de manib. tuis, & dabo illud seruo tuo, veruntn̄ in dieb. tuis nō faciā pp David patrem tuū. sed de manib. filij tui accipiā illud. Sed & Ezechias cum in picula extrema aenisset, q̄uis, & ipse iustus esset, tn̄ pro B. Dauid, dicit se dominus ei auxilium daturum. Ait n. protegam ciuitatem hāc, & saluā faciam eā pp me, & propter Dauid puerū meum. Et sic cum decet Cęs. nostrum,
15 † & successiue tuam excell. cuius & bene merito vices gerit, principem imitari cœlestem, potissime cum iusta cā minorandi seu remittendi pœnam delinquenti sit, pp multa ser uitia pstita Ptincipi, vel reip. p tex. in §. sed q Principi. in fi. iuncta gl. in ver. ob merita. q̄ ibi seq. doc. inst. de iure nat. gē. & ci. & ibi eā no. Ang. dicens, q est iusta cā minuendi, seu remittendi pœnā. Ita in spē voluit Bar. Cassan. in suo tract. gloriæ mundi, in 6. par. ver. 19. considet rō. & magistraliter infra in ver. 28. consideratio. in fi. d. 6. par. & iō Affl. in pœ. cō sti. regni. in §. itaque nos. dicit, q nec ēt iustitiæ derogatur, si iudex remittit pęnā legalē delinquenti, q multum inseruiuit reip. alleg. tex. in l. siquis, §. hoc quoque, ff. ad Syllā. maxi-
16 me, q̄a non Christianus, sed Paganus Demosthenes, ad Alc. dixit. Non hēs Rex, vel fortuna tua manus, q̄ ut possis, vel nā tua melius, quam vt velis seruare plurimos. Nulla. n. de
17 virtutib. † gnosior misericordia, vel admirabilior, clemētia nec per aliud proprius Deo accedere potes, q̄ vt salutem cō feras hominibus, vel dando si eguerint, vel parcendo si delin querint, vel indulgendo si supplicauerint, vt habetur Prou. 20. &. & refert Cassan. in trac. gloriæ mundi. in 5. par. in 6. cōsideratione, circa fi. Ex præmissis concludendum arbitror (re seruato vestræ excell. ac tantorum prm conscriptorū huius sacri collateralis Cons. saniori iudicio) hunc dō Cęs. minorē 18. annis esse p decenniū in insulā deportandū, prout in par ticulari in proprijs terminis minorem deportat nobiliss. &
18 insignis doct. Raphael Cumanus. Ita minorando † pœnam min. capitaliter delinquenti in p̄alleg. cons. 95. in fi. sed qa, inquit pœnam prædictam non esse hodie in usu, cuius consilium obseruauimus vsque hactenus, sum voti ipsum esse deportandū, p tantum de temporis spatium ad seruitia Cęs. maiesta-

maiestatis super regijs triremibus, vt illis prout suæ nobilitati cõuenit, inseruire debeat proprijs sumptib. ita quod in factionib. necessarijs descendere possit ad terram, cum cæteris militib. pugnare volentib. aduersus hostes, durante decẽnio prædicto. Ita fuit comprobatum, & executum etiam accedente uoto illustriss. domini Proregis & Regij collateralis Consilij.

1 *Verba narratiua in sententia inducunt præsumptionem, & ius inter patres iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, nisi per confessionem patris.*

2 *Sententia propter longinquitatem temporis præsumitur infra instantiam lata, licet de ea non appareat.*

3 *Sententia non probat acta iudicij præcessisse, & processum, nisi transiuisset in rem iudicatam, quia tunc habet præsumptionem iuris pro se, quo ad rectitudinem processus, & etiam quo ad iustitiam, num. 5.*

4 *Sententiæ dicitur quis acquiescere, si per lapsum 10. dierum non appellauit, siue fuerit lata in præsentem, siue in absentem contumacem.*

6 *Sententia postquam transiuit in rem iudicatã, cuiuscunque iudicis fuerit, habetur pro veritate.*

7 *Sententia si est lata, maxime contra absentem, & elapsum fuisset biennium, post sententiam tunc præsumendum est pro sententia, etiam, sine actis.*

8 *Sententia executionem petens, licet vltra productionem sententiæ teneatur producere etiam acta, tamen si transactum fuerit biennium post sententiam, non tenetur acta producere, quia tunc pro sententia transacta in rem iudicatam præsumitur, etiam pro rectitudine processus.*

9 *Sententia post biennium, dicitur antiqua, & sic lata de longinquo.*

10 *Tempus breue dicitur ante biennium & post biennium, dicitur longum tempus, & vetus.*

11 *Tempus decem annorum, etiam dicitur longum tempus.*

12 *Tempus decennij facit vt diuturnitate tanti temporis præsumatur in actu gesto solennitates interuenisse.*

13 *Pro sententia quæ transiuit in rem iudicatam præsumitur, siue lata fuerit in præsentem, siue in absentem, & contumacem, verum vel fictum.*

DECI-

ANDREAS de maxo, propter homicidium foriudicatus per magnam curiam vicariæ, sunt iam anni elapsi duodecim, dum nouissime peruenisset infortiã ipsius magnæ curiæ, ut res protraheretur, & periculum vitæ in quo constitutus erat prospiciens, excepit de nullitate snĩæ foriudicationis,& actorũ,petẽdo instãtissime acta,& processus exhiberi,ex quib. potest de nullitatibus apparẽtib.ex eodem,& processu, & actis demonstrare. Replicatur per magnif.Fisci patronum snĩam ipsam trãsiuisse in rem iudicatam,sunt iã elapsi anni 12. nec ab ea fuisse aliter reclamatũ seu de nullitate dictũ, sicq; mandari oĩno debet deditæ executioni tũ maxime,quia ex tenore,& verbis snĩæ liquet oĩa solenniter de more iudicij processisse,& citationes,& probõnes,& contumaciã & banna,ac cætera incũbentia, ob ꝙ verbis ipsius snĩę cuncta acta narrantib. standum est,& præsumendum omnia legitime processisse, licet de eis aliter non appareat ꝑ processum, nõ reperiatͬ,ex quo condemnatus ꝑ ipsam snĩam,cum eidem nõ contradixerit, aliter impugnauerit,consensisse vr̃, ac eidem acqeuisse, per regulã,qui tacet de reg.iur.& idem dicendũ erit, siue pręsẽs snĩę,siue absens snĩatus fuisset,&post longũ interuallum nõ
1 contradixisset, cum ex decursu,& † antiquitate tpis omnia necessaria requisita interuenisse,& solenniter processisse pręsumatur,cum verba narratiua in sententia inducãt præsumptionem,& ius inter ptes,& iuris & de iure, q̃ non admittit probõnem in contrarium, nisi ꝑ confessionem ptis, secundũ gl.no.in aut.de ęqual.dot.§.1.hinc dixit Bal. in c.1.§.san-
2 cimus,quo temp.mil.ꝙ lata† snĩa contra aliquem si obijciatͬ ipsam nõ fuisse infra instantiam lata, tñ propter antiquiorẽ tpis præsumetur infra instantiã lata licet de ea nõ appareat. & istud ẽt tenet idem Bal.in c. 1.de mil.,vasal. qui cõt.est,&
3 in c.qm̃ contra,de probat.Nec obstaret dicere, ꝙ snĩa † non probat acta iudicij præcessisse & processum: quia cum transiuerit in rem iudicatã,hẽt præsumptionẽ pro se,quo ad rectitudinẽ processus, & ẽt quo ad instantiam:vt no. gl.inno. Ant.de But.& cæteri doc.in d.c. quoniã contra falsam. Inn. in c.bo.el.1.de elec.& in c. cum in iure.de of. del.Fed.de Senis

nis in cõſ.165.Gul.de Cu.in l. 2. ff. de in ius voc.dñi.de rot. in dec.417.& vř caſus,in d. c.bonæ.& Bald.in l. 1. in fi.C.de
4 exc.rei iud.nam† p lapſum 10.dierum in non appellando,di citur qs aquieſcere ſñiæ,l.ad ſolutionem. cum ibi not. C.de iud.Bar.& doc.in l.ſi qs ſeparatim, in fi.ff. de app. ergo non appel lans vř tacite in ſnĩam conſenſiſſe,l.ab eo,C.quõ & qñ iud.c.quo ad conſultationẽ,de re iu. & ſic cum de dicta ſnĩa non fuerit aliter prouocatũ, pro veritate ſeruanda eſt.l.inge
5 niũ,ff.de ſta.ho.c.cum inter vos,de re iu.& ſic† oĩno pro ſnĩa ipſa à qua non fuit appellatum , & quæ tranſiuit in rem iu. p̃ſumendum eſt,vt ſupra , & idem ẽt firmat Inn.in c.cũ inter nos,& in c.ſicut,de re iu.& in c.paſt. §.qa vero,de of.del. Rot.in concl.216.Item,ſi petaĩ executio, vbi indiffinite firmat,ꝙ ſiue ſnĩa fuerit lata in præſen tẽ,ſiue in contumacem abñtẽ quocunq; quia abñtia contumacis replet̃ rei p̃ſentiæ, c.veritatis,de dolo & cont c.2.de arb.in 6.l. properãdũ,§.ſin aũt reus.de iu.Ita decidit Ant. de But.in p̃all.c.quoniã cõtra falſam,vbi oñdit eſſe caſum. in d. c.bo & tenet Spe.Io.And. in ti.de ſen.prola.§.vt autẽ,Io.Cal. in d.c. qm̃ contra,Imo.& Ro.in l.4.§.condẽnatum,de re iu.& in c cum in iure,de of. del.& ibi ſubdit Io.de Imo.qđ illa eſt cõis opi. & idẽ firmat
6 Imõ.& Ant.de but.in c.in præſentia , de renunc. poſtq̃ †.n. ſnĩa tranſiuit in rẽ iud. cuiuſcunque iudicis fuerit, habetur pro veritate,l.res iud.ff.de reg.iu.c.cum inter , ff.de re iud.& ex ea reſultat præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittiĩ probatio in cõtrarium, niſi per confeſſionem ptis. Bar.in l.Iul.verum debitorẽ,ff.de cond.ind.Bal.in l.quis,C. de iur.& fac.ign.Bal.in l.filium, C.fam.her.Cæp.in caut.24. ſi ſnĩa lata,qa poſtq̃ tranſiuit in rem iu. p̃ſumitur ꝓ rititudi ne & rectitudine,qñ non fuit ab ea appellatum. prout hic: quia oĩa præſumunĩ rite,& recte & iuſte facta, ſecundũ Inn. Pan.& oẽs in c.bonæ,de elec.& plene conſuluit Cur.ſenior,
7 in cõſ.65.16.col.ver.poſtq̃.n.tranſiuit. maxime† ſi eſſet lata contra, abſentem,& elapſum fuiſſet biẽ.poſt ſnĩam:qa tunc præſumit pro ſnĩa ẽt ſine actis,ſecundum Hoſt.in c.cum in ter.de re iud.& in c.p̃ſentia de renunc. quẽ ſequitur Ioann. And.& Car.in c.qm̃ contra falſã de prob. Bal. in c.1.de mil. vaſ.qui contumax eſt , & in l.emancipato,C.de fi.inſtr.& in

l.1.

l.1.ver.extra quatro,C. qñ liceat tertio ꝓu. Ioã.de Imo.in l. ex hac scriptura,C.de don.& ita cõsulẽdo tenet Ale.de Imo. in cõs.22.vol.2.subdens opin.hãc se solitum tenere sp in legendo & cõsulendo qñ biennium esset elapsum a tpe sniç,anteq̃ contra eã opponeretur,per dcm̃ Host.in d. c. in p̃sentia, & idẽ consuluit ipse Ale.in cons.136.in c. vol. nam eo casu post biennium dicitur snĩa antiqua, & sic lata de longinquo & ista est verissima opi.q̃ etiã tenet Franc. de Aret.in cõs.36. & plene Calc.in cons.15.præsertim, qa appellans à snĩa,docere dẽt se iuste appellasse,c. cum in ecclesia. de app. & satis ꝓbatur rite lata,eo maxime, quod non ꝓbatur contrarium arg.l.super seruis,C.qui mil.nõ po s.li.12.& facit,q̃a licet pe
8 tens†executionẽ snĩæ, debeat vltra snĩam producere acta tñ si transactum est biẽnium post snĩam, nõ tenetur acta ꝓducere.Ita Bal.in l.1.ver.extra q̃to ne liceat tertio, ꝓu.quia tunc pro snĩa transacta in rẽ iud. p̃sumitur ẽt pro rectitudine processus.Ita Ale.in l.aliud in add. ff. qñ app. sit.Facit ẽt
9 bene,†quia breue tp̃s dicitur,quod est ante biẽnium,& post biẽnium dicitur longum tp̃s,vel vetus, Ita Io.And.in c.clerici.de vita,& honest.cl.in gl.in ver.breuiori.& idẽ,vt supra, quod p̃sumitur pro snĩa lata post biẽnium . sequitur Guido Papæ in suo tract.de p̃sumpt. quia eo casu dicitur de antiquo lata.& etiã plenissime tenet Bertrãdus moder.doct.Gallicus,in suo cõs.232.addẽdo elegãter, in 3. vol. idem ẽt tenet Affl.in const.regni,vniuersos,4. not.& recte dixit Host. originaliter post biẽniũ,qa.tunc snĩa dicitur fecisse transitũ in rẽ iudicatã cum instantia cãç appellationis de iure cõi sit annus,& ex cã bienniũ. vt in cle.sicut.& in clem.q̃uis.de re iud.& in auth.itẽ si de temp.app.& tenet Cõpostul.in c.cum dilect.de cõsuet.Inn.c.innotuit.de his,q̃ fiũt à p̃l.sine cõsensu c.Et ideo siue pars fuerit p̃sens tpe snĩæ , & non contradixerit incõtinenti,aut post modicũ interuallũ , videtur eo casu huic cõtradictioni, vel appositioni renunciasse,& ideo amplius nõ est audiendus.Si aũt fuerit abñs , & post longũ interuallum non contradixit,eodem modo uidetur aqeuisse dictis verbis narratiuis snĩæ,& sic post biennium p̃sumitur ꝓ snĩa,& processu; p dictũ Hostiẽ.ubi supra in c. in præsentia.de renun.& in c.Alb.de test. Et tamẽ sumus in sentẽ-
tia

10 tia lata supra iam sunt 13.anni elapsi,ꝙ † etiam dicitur lō-
11 gum tempus.nam tempus 10.annorum duntaxat,dicitur lō gum tempus,l.3.§.seruus,ff.de acq.pos.ꝑ gl. in l. 1.C.de ser. fug & ibi doc. & sequitur Are.in ꝑallegato cons. 36.& idem Are.in c.qm̄ contra.de prob.dicit formaliter.Imo possumus
12 dicere† ꝙ sufficiat tempus decennij, quia talis diuturnitas facit præsumi solennitatē interuenisse,l.qui in alienam,ff. de acq.her.in prin.c.ea noscitur de his, q̄ fiunt à præl.Idem tenuit And.Barb.in suo cons.18.vbi dixit,ꝙ iudex debet interpretari sn̄iam suam esse ualde antiq̄, si post eā lapsi sunt 10.anni arg.l.filius,& quod ibi Bal.ff.de pet.her. & sequitur Bertr.in supradicto suo cons. 232.ubi subdit, qđ multi sunt & quidem doctissimi uiri,& magnę auctoritatis,dicentes,ꝑsumi,pro sn̄ia,quæ transiuit in rē iudicatam, siue lata fuerit
13 de ꝑsenti,siue non : † siue lata fuerit in præsentem,siue in absentem,& cōtumacem uerum, uel fictū. Ita in particulari Abb.Panor.& Imo.in d.c.qm̄ contra,& ibi etiā subdit Imo. hanc opin.esse cōem,in d.c.cum in iure,de offic.del.col.12. & in d.c.in præsentia de remissi.& latissime Ro.in lasciendū de uerbo obl.& Imola in l.ex hac scriptura de don.& in l.4. §.cōdemnatum,ff.de re iud. Ex quib. infertur uera cōclusio, quod cū constet de corpore foriudicati, ꝓut ipsemet condēnatus fatetur se esse illum Andræā de Mazo, de quo in sn̄ia & ꝓcessu,iuxta doctrinā Bar.in l.Diuus,ff.de cust.eo.sn̄iam ipsam esse exequendam, & sic executa fuit. Et hinc sumpta occasione, fuit mihi iniunctum, ut compilare debuissem pragmaticā sanctionem,quod lata sn̄ia foriudicationis,magister actorum, sub pœna priuationis officij,dēat ponere infra biduum processum,& sn̄iam,omnib.actis in archiuo ipsius magnæ curiæ,in arca ad id deputata,duntaxat cum duabus clauib conseruāda,quarum unam tenere debeat magnificus Fisci patronus,& aliā regens ipsius magnę curię,q pro tpe fuerint, quæ pragmatica per me edita, & scripta manu Virg.de spenis,ac signata manu illustriss.Proregis, nomine regio & dominorū collateralis cōsilij,publicata,& lecta fuit curia pro tribunali sedente in palatio eiusdem magnę curię de mense Sept.1541.

1 *Socius rixæ non est idoneus testis.*
2 *Socio itineris credendum non est, quia iniuria illata alicu, videtur etiam illata socio itineris.*
3 *Auxiliatores in delicto, vt dici possint, requiritur quòd ad delictum illud committendum fuerint deliberate coadunati.*
4 *De homicidio contra aliquem, per alium perpetrato, tanquam auxiliantē non est inquirendum, nisi expresse dicatur, quòd sciebat homicidiū cōmittendū: secus si ignorabat, & talis ignorantia poterit solo iuramento probari. nu. 5.*
6 *Occisus si quis fuerit in rixa casualiter, & constat de vulnere illato per vnum ex pluribus ibidem astantibus, non tenentur alij.*
7 *Malus semel, semper præsumitur malus, & in eodem genere mali: & intelligendum est in eadem qualitate delicti, & ideò si quis aliàs verberauit aliquem, talis verberatio nō faceret præsumptionem in causa homicidij.*
8 *Vnus, ad hoc vt teneatur pro delicto alterius, oportet quod præcesserit tractatus & ordinatio de conueniendo insimul ad illud maleficiū committendum aliàs vnus non tenetur pro delicto alterius.*

DECISIO XXV.

MAgnificus Pyrrhus de Loffr. dū de mense Iulij, ꝓxime decursi, post solis occasū, sisteret cū Mag. A. Filiomarino, & Io. Vincentio eius cōsobrino, in quadā porticu prope S. Sophiā, p quā ptrāsiēs Ant. de Leone, cū Io. Bernardino eius socio, & eos respiciēs nobilis Marc. de Sylua, q cū ipsis aderat, dixit transeuntib. che voi misser Agresta, Illis aūt progredientib. respondit, ex eis, che voi messer Acito. ꝙ ægre ferens prædictus Marcell. euaginato ense se contulit aduersus p̄fatos, plures ictus admenādo, qd̄ p̄dicti nobiles ꝓuidētes p fiscū p̄tendit, & ipsos quoq. arma extraxisse in fauorē p̄fati Marcelli, eodē mag. Pyrrh. clamante cum ense in manu, & dicēte p̄fatis vt arma in vaginam reponerent. quid cūm facere cœpissent, vnus ex eis p̄uentus Marcello p̄dicto magis agili, vulneratus extitit in capite: & successiuè post paucos dies mortuus. Inq̄sitis igitur p̄fatis, instante fisco, per mag. cur. de auxilio & ope p̄stita ad cōmittendum homic. p̄fatum, hæsitaī mō p magnam curia, qd̄ dicēdum in casu p̄fato, eisdēiā in fortiā curiæ exn̄tibus. Et p̄misso, ꝙ hōi. armorum extractio in fauorē præfati Mar-

ti Marcelli non probatur, nisi per Io. Ber. vnum ex præfatis duobus, qui se socium itineris præfati Antonij facit, & se pariter aggressum & insecutum per ipsos deponit, & sic videt

1 † q fuerit socius rixæ, quo casu non potest esse idoneus testis, l. qm liberi. & ibi Bal. C. de test. & in c. veniens & ibi no. e.t. Spe. in tit. de teste, §. 1. ver. itē, q est socius. Præterea tanq̃

2 socio itineris p̃fati Antonij minime credi pōt nec † dēt, quia iniuria illata alicui, vt etiā illata socio itineris, gl. est singularis. in l. itē apud Labeonē, §. tenetur, ff. de iniu. & ideo credi non dēt, tanquam deponenti in causa propria. Ita singulariter consuluit excellens doct. do. Argentinus filius Ray. de Forl. ita vidisse de facto obseruari, quē refert & sequitur Bar. Cæp. in suo cōsi. 32. Idē tenet Bal. in d. l. qm liberi. Alex. in d. l. apud Labeon. §. fi. Bart. in l. 3. § si tutores de suspe. tut. Nūc aūt dato absq; veri præiudicio, q ipse q vnicus est testis duntaxat in d. suo, nec hēt alium contestem, fidē faciēt nō poterit mag. Pyrrhus, & pariter nec eius socij, q ibidē interfuerūt inquiri tāquam auxiliatores in rixa, quia ad hoc,

3 vt quis teneri possit vt auxiliator, requiritur † q ad illud delictum committendum fuerint exp̃sse ac deliberate coadunati, vt probat tex. in l. 3. §. homines, ff. vi bon. rap. quem ad hoc alleg. Pet. de Anc. in cōsi. 216. nos Bar. de Sal. Idem sequ tur Fel. in c. extra de of. deleg. alleg. Lud. Ro. in consi. 473. cir propositū &c. & Bar. in l. omnes. C. de agri. & censi. lib. 10. qd.

4 † nō est inquirendum contra aliquē de homicidio per aliū perpetrato tāquā auxiliantem, nisi exp̃sse dicatur, quòd sciebat homicidiū cōmittendū. Idem sequitur Fel. in c. sicut di-

5 gnum. extra de hom. & in tm dnt † hoc p̃cedere, qd si ignorabat homic. cōmittendum, non tenetur de auxilio, & talis ignorātia potuit solo iuramento probari. Ita in proprijs terminis tenet Ias. de May. in §. sed isto. inst. de actio. p gl. singu. ita dicentem in l. si cui, §. si ijsdem, ff. de acq. & gl. in c. 1. de temp. ord. in 6. & sequitur idem Ias. in rep. l. admonendi, ff. de iureiu. & ita post omnes consulendo concludit do. Bar. Cast. in suo cons. 58. licet pro parte discreti. vbi post cons. factum p tres excellentes doct. de quo per Petr. de Anch. vbi supra in

6 suo consil. 216. nos Bar. de Sal. concluditur, † quòd in rixa, quæ casualiter euenit si occiditur vnus, & constat de vulnere illato

re illato per vnum ex pluribus ibi astantibus, non tenentur alij, vt ipsi dñi in consil. præfato. Nec militaret, quod præsumendum esset contra alios, maxime cõtra magnificum Pyrrh. tanq̃ rixosum, cum adhuc non est annus elapsus qđ dedit alapã cuidam famulo capitanei intus eccl. S. Mar. Magdalenæ, ob qđ detentus, & carceratus fuit per multos & cõplures dies, & sic à solitis arguendo. Nam recte considerãdo,
7 regula quæ se habet, & semel malus † semper præsumit malus, & in eodem genere mali, intelligenda est in eadem qualitate delicti. nam si quis aliàs verberauit aliquem, talis verberatio non faciet præsumptionem demum, quoad homic. in alterius personã, vt firmat pulchre Bal. in l. fi. ff. de hęred. inst. & ideo talis verberatio non faciet præsumptionem in causa homicidij ita in particulari decidit Fel. in c. afferte extra de præs. & cõsuluit Bart. Cast. in pallegato cons. 58. & eãdem opi. de qua supra, tenet & sequitur Mar. in sua practica cãrum criminalium. in ver. seu. § cõstante, vers. & sic. sed qđ
8 ad hoc vt vnus teneatur ex facto † alterius, oportet quòd pcesserit tractatus, & ordinamentum de cõueniẽdo in simul ad maleficium committendum, alias vnus nõ tenetur, p delicto alterius, & insup subdit, q ea q̃ casualiter fiunt, nõ ex pposito, non sunt in consideratione, & per cõsequẽs nõ puniuntur. Ita dixit Abb. in cõs. 62. in controuersia in fi. vol. Ex quibus concludo, psatos magnificos nobiles, aliter de ptensa ope seu auxilio minime teneri, maxime cum probauerint arma extraxisset ad sedendum rixam, acclamando pluries, fateue adrieto, fateue adrieto, & per consequens ipsos esse sub fideiussoribus à carceribus liberandos, & ita executum fuit per ipsam magnam curiam communi voto.

1 Iudex domicilij siue originis de quecunque crimine alibi commisso siue graui, siue leui, cognoscere potest, sicut ratione contractus alibi gesti, siue ratione rei alibi sitæ potest cognoscere, nu. 2 2

3 Remissio in delictis hodie de consuetudine non fit, & an valit consuetudo teneat.

4 Remissio in delictis debet peti per iudicem loci delicti, alias posset de delicti ipso alibi cognosci.

5 Remissio debet peti ante quam inquisitus sit condemnatus, quia con-

demnatus non remittitur. Remißio hodie non fit, nisi in locis subie-ctis vni præsidi. ibid.

6 *Iudex domicilij seu originis, non potest inquirere seu cognoscere contra subditum suæ iurisdictionis de delicto alibi commisso, nu 9.*

7 *Iudex domicilij, siue originis, si haberet in fortiam delinquentem extra suum territorium, teneretur illum remittere ad iudicem loci delicti si ipsum repeteret, nu. 8.*

10 *Aretinus deliquit in Marchia, & ibi conuentus fuit, & fuit contumax, an posset Aretij pro dicto delicto conueniri aut opponere de litis pendentia in Marchia, nam ratione dictæ suæ contumaciæ nō poterit vti beneficio dicti processus, in quo fuit contumax, nisi cōpareat, & expensas reficiat.*

11 *Iudex domicilij quòd possit de quocūque crimine alibi commisso inquirere, communis opinio est in contrarium.*

DECISIO XXVI.

MIchael Hebręus originarius ciuitatis Lanciani, 8 habitator ciu. Anchonæ, quæ est de dnio sanctæ Ro. ecclesiæ, dum se contulisset ad hanc ciuitatem Neapolis, pro suis negocijs peragendis, ibidemq. arrestatus fuisset, ad quæreļā Abrahę Hebræi patrui quondā Simonis, interfecti per eundem Michaelem in ciuit. Anchonæ, vt publica ac iudiciaria documenta producta, & gesta, ac fabricata in curia Anchonitana, de homicidio ipso testantur, ad effectum concessa per dictam curiam Anchonæ, vt vbiq; locorum capi potuisset. cum obiectū fuerit, minime posse per magnā curiā de delicto pfato extra territorium cognosci, aut iudicari, hæsitatum fuit, an debeat ad pro testatem ipsius ciu. Anchonæ remitti, vel per eandē magnā curiā iudicari. Et dubium faciebat, q posset magna curia ipsa, de præfato homicidio adita, cognoscere, & iudicare, cum

1 ex iuris † dispositione de quocunq; crimine alibi commisso possit iudex domicilij seu originis, siue graui. siue leui, co-

2 gnoscere: nam sicut rōne † contractus alibi gesti, seu rōne rei alibi sitæ, potest iudex domicilij cognoscere, ut in c. dilecti de foro cōp. & no. gl. in l. fi. C. vbi in rem act ita, & pariformiter rōne delicti, alias frustra foret forus domicilij. Ita decidit

dit punctualiter Io. de Ana. in c. 1. extra de rapto. vbi subdit hoc specifice probari in c. cum contingat, de foro cõp. Nec militaret, q iura loquẽtia de remissione, videlicet, q criminosus remittẽdus sit ad locũ cõmissi delicti, qa remissio fiet si petita fuerit & sic ad requisitionẽ iudicis delicti, & eo nõ reqrẽte, poterit iudex, q habet criminosum in fortiã ipsum
3 punire, pſertim † cũ hodie de consuetudine nõ fiat remissio. Et licet dubiũ sit, an talis consuetudo de non remittendo teneat, Cal. in pſato c. 1. firmat, q in iudice domicilij vel delicti tenet, sed in alieno secus, & hoc per rõnẽ, qa pri. casu delictũ non remaneat impunitũ, qa forte iste q se trãstulit ad aliũ locũ, nunq̃ rediret ad locum domicilij, vel delicti, & sic nõ fieret remissio, & delictũ remaneret inultũ, ergo cõsuetudo rõnabilis subsistit, & p cõsequẽs inpræscriptibilis, vt in c. fi. de cõsu. Et circa materiã istã remissionis, dñt gl. & doc. in
4 d. l. 1. vbi crim. agi oporteat, q † ad hoc vt talis remissio fiat, dẽt peti p iudicẽ loci delicti, alias posset de delicto illo alibi cognosci, & hæc opi. est satis bona, vt inquit Bal. in pallegata, l. 1. & pbat optime tex. in §. si vero allegato in d. gl. & hoc
5 intelligẽdũ est, vbi remissio petita † fuisset añ cõdenatiõnẽ criminosi, ex quo condẽnatus nõ rem itti. Ita Sal. in l. si cui. §. si ff. de accus. vbi ẽt subdit, q Bal. in l. executorẽ, C. de exec. rei iud. refert Cyn. ita tenuisse, per l. relegatorũ, §. interdicere, ff. de interdic & releg. facit l. addictos, C. de app. & plus in specie. d. Ang. in auth. si vero. C. de adul. q hodie ista remissio non sit in locis subditis vni Presidi. Attñ pmissis nõ obstãtib. videtur contrariũ, & verius, de iure dicendum. Et q iu-
6 dex domicilij † seu originis nõ põt inquirere seu cognoscere cõtra subditũ suæ iurisdictionis de delicto alibi cõmisso extra territoriũ suũ, tenuerunt omnes antiqui doc. maxime Old. in l. cũctos populos, C. de sum. tri. & fid. ca. Odof. & Iac. de Bel. in l. fin. C. de iur. omn. iud. & ibi Gulie. de cun. & hoc per rationem: quia sua resp. non est offensa ob delictum alibi commissum & suffragatur insuper alia optima ratio: quia ex quo deliquit extra territorium, non ergo subijcere foro illius, iudicis, vbi non deliquit. per d. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & c. vt aĩat, extra de cõst. tũ ẽt, qa dicit. iudex incõpetẽtes rõne delicti extra territoriũ suũ cõmissi. Imò eo casu

 su

7 sui, † si haberet reum in fortiã, teneretur eundẽ remittere ad iudicem loci delicti commissi: vt tenet gl. in cle. past. de re iu. & no. oẽs scribẽtes in d. auth. qua in puincia, vbi de cri. agi opor. Reperio tñ q̃ Cy. Bar. & Bal. in d. l. cunctos populos. te
8 nuerunt contrarium, & facit optima rõ, nã licet † rõne delicti q̃s efficiatur de foro: non tñ ppriè dicitur subditus, vt d. gl. in c. j. de fo. comp. in cle. super ver. subditos, quę gl. est multũ no. & idem reperio consuluisse Bal. in suo consi. 313. in 5. vo lu. inci. excellen. doc. &c. & idem tenet Bal. in d. l. fi. ff. de iu. om. iu. Attñ, q̃ non possit iudex originis seu domicilij cognoscerę † de delicto commisso p subditũ suũ extra territorium, & sic in alieno territorio, tenuit in particulari Io. An. referens solẽ doct. ita tenuisse in add. Spe. in ti. de compe. iu. adit. §. j. Bal. in l. j. C. de ędi. act. & latè Sal in l. seru. C. ad l. Iul. de vi. Alb. de Ros. in 3. parte statu. q. 19. Ang. pater practicæ, & iudiciorum auriga, in tract. mal. ver. quæro an in delictis, vbi refert q̃plures doct. ita tenuisse, & idem tenet Aug. ari in addi. ad Ang. ibi, & idẽ ẽt sequitur Marsi. in sua prac. in verbo, constanter ver. põt ẽt q̃ri. vbi relatis infinitis doct. opi. tenentib. p & contra, decidit q̃ magis cõis opi. sit, q̃ non põt iudex cognoscere in subditum suum de delicto commisso in alieno territorio. Vñ credit, q̃ si fuit inquisitũ & pcessum cõtra talẽ delinquentẽ p iudicem loci delicti q̃ iudex loci originis non poterit inquirere, cũ de delicto eiusdẽ hoĩs nõ debeat sæpius q̃ri, vt in l. licet, §. fi. ff. nautæ, caup. & stab. cũ vulga. Sed quid opus est ire p mendicata suffragia, ex quo cũ similis casu tpe Ang. de Perusio contigisset in eadẽ met ppria ciu. Anchonæ, cuius iudex seu Potestas ptendebat cognoscere de quodã homicida, noĩe Victore castri Sicardi, habitatore ciu. Anchonę, p homicidio, quod cõmiserat in castro Sicardi, & sic extra Anchonitanũ, nam in casu pfatio, cõsuluit Ang. Ptãtẽ Anchonę non posse de dicto hom. cognoscere, sed iudicẽ delicti, videlicet castri Sicardi, ex quo licet criminosus vbi reperitur iudicandus sit, vt in l. j. C. vbi de cri. agi opor. tñ illud pcedit, si talis delinquens reperit. in loco, in quo ex aliquo cap. do mic. sortiatur, vel saltem vagabundus esset, secundum gl. & Bar. in l. cunctos populos, & ita consuluit in proprijs terminis Ang. in suo consi. 28. seu 27. incip.

quidam

quidam Victor de castro Sicardi,sicq; non concurrente aliqua qualitate prædictarum fuit mihi visum,prædictum Michaelem homicidam esse remittendum,prout cum voto totius magnæ curię remissus fuit ad iudicem Anchonitanum tñ.Post quam remissionem reperi Bar.in l.sepulchri,ff.de se
10 pul.viol. dicentem, † quid si Aretinus deliquit in Marchia, & ibi conuentus fuit,& non comparuit, sed fuit contumax, an possit Aretij de dicto delicto conueniri?& ibi tenet,quod non,nec poterit opponi de litis pendentia in Marchia,quia ratione dictæ suæ contumaciæ,non poterit vti beneficio dicti processus,in quo fuit contumax nisi comparcat, & reficiat expensas p l.sancimus.C.de iud.& sic non pōt vti bñeficio.l.vbi cœptum,ff.eo.& idem no.Bar.in l.quamuis, ff. de dam.infect.& idem esset,si in Marchia fuisset cōdemnatus, tñ illi condemnationi seu sententiæ non paruisset, sed fuisset contumax,tunc non poterit se tueri dicta sñia condemnationis in eius fauorem,cum ei non paruerit,l. euidenter, ff.de excep.rei iud.& sic poterit in loco suæ originis,seu domicilij conueniri,& idem refert,& sequitur Augu. Arim. in add.ad Ang.in trac.malef.in ver.hæc est quędam inquisitio. in ver.adde hic quæ dixi.in fi.dictæ rub.& ante ipsum idem tenuit Ang.in eodem verbo,hæc est quædam inquisitio.Nec militabat quod primo loco dictum fuit , de quocunque crimine alibi commisso,posse iudicem domicilij inquirere,per supra allegata,nam magis communis opi.est in contrarium, vt tenet Io. An.in add.ad Spe.in tit.de comp. iud.adit.§.1. in add.antequam exeamus.Bal.in l.j.C. de ęd.act. Sal. in l. seruos,C.ad l.Iul.de vi.Alb.in 3.parte stat.q.19.alias 33.& Marsil qui dixit istam opi. magis communem in pract. causarũ
11 crim.in vers.constante in col. 19.† Vnde concludo , quod dum hæc præmissa vlt.loco concurrerent contra prædictum criminosum,si proprius vidissem , maturius considerassem super remissione prædicta.

1 *Notarius cõficiens falsum instrumentum,debet vltimo supplicio cõdemnari,& an idem erit in magistro actorũ falsificãte acta,nu.2.*
3 *Notarius conficiens falsum instrumentum, quod instrumentum erat alias nullum,non ex hoc punietur de falso.*

Testis scienter deponens falsum vltra cap. & si in hoc eius dictum non valet, non tamen punietur de falso, ibid.

Non nocet conatus, cum iniuria non habuerit effectum. ibid.

4 *Instrumentum dicimus, quod est ualidum, & rite perfectum.*

5 *Condemnatum dicimus, rite condemnatum, nu. 6.*

7 *Statutum pœnale non comprehendit mandantem.*

8 *In pœnalibus durum est legem extra casum in iure expræssum extendere.*

9 *Pœna falsificantis literas regias in const. regni contenta, habet locũ quando falsificasset literas, & sigillum regium, secus si non vtrunque, nu. 10. 11.*

10 *Falsificans literas Proregis, non punitur ac si falsasset literas regis.*

DECISIO XXVII.

FERRANTELLVS de ciu. Auersæ, scriba fiscalis in magna curia Vicariæ, ordinauit notario Laurentio, vt quandã cõmissionẽ, noĩe magnæ curię fabricaret in pſonã cuiusdam Cingari, seu Aegyptiaci, p q̃. solutis duc. 10. eisdẽ Ferrantello & Laurentio cõcederet̃ eidẽ iurisdictio in oẽs Cingaros, seu Aegyptiacos mandando oĩbus, & singulis officialib. regni, vt commissionẽ p̃dictã obseruarent, nec contrauenirent sub pœna. &c. q notarius Laur. cõmissionẽ ipsam scripsit, contrafaciendo in ea subscriptiones iudicũ regentis, eadẽq; sigillo erepto ab alijs ꝓuisionib. eiusdẽ magnæ curiæ roborando. Quo detecto. & Ferrantello in fortiam curiæ peruento, & de plano p̃missa cõfesso, excitat̃ super ipsius pœna. Et ꝓ parte regij fisci, dicebat̃ ipsum dicere vlt. supplicio condẽnari, p cõsti. regni, iudices per† quã notarius falsum instrumentũ cõficiẽs,
1 vltimo condẽnatur supplicio, ego tñ prima facie dicebã, idẽ ꝓcedere in falsificante acta, per id quod dicit Bar. in l. instrumenta, ff. de iure fisci. vbi proposita q. ꝙ si quis confecit instrumentũ falsum, cõburat̃. Et cõtingit aliquẽ falsificare acta an ex hoc dicatur confecisse falsum instrumentũ? & decidit
2 ꝙ sic, ex quo testimonium. i. † testiũ dicta, q̃ constant esse de actis, dñr instrumẽta. Pro quo ẽt facit l. emãcipatio. C. de fid. instr. vbi appellatur instrumentum emancipatio, & tamen constat ꝙ illud est dę actione curatoris. Ita Bar. ibi, vbi multa bona similia adducit. Quibus non obstantibus, præmitten

do Ferrantellum præfatum non fuisse, nec nuncupari posse actuarium, seu scribam fiscalem magnæ curiæ, prout infra, dico quod alia pœna mulctandus venit. Nam vltra quod minimè appareat ipsum fuisse creatum scribam fiscalem, seu actuarium, iuxta formam regiæ prag. quæ requirit dñe esse notariũ, & alias qualitates, adhuc non erat ipse creatus, sed receptus p scribam fiscalem in eius bancha p scriba, seu discipulo, & tñ ab antiquo vsq; nunc sancitum est p regias puisiones, & ita seruatum est, similes scribas scribarũ fiscaliũ non aliter creari aut admitti, seu recipi in banchis fisc alib. nisi p̃cedentem electione vnius ex excellentib. regentib. cancellariã, vna cum magnificis regente, & iudicib. magnæ curię, cũ interuentu regij fisci, put anno px. decursu 1541. executũ fuit, cũ interuentu meo, tunc fisci patrono, post quod nulla alia creatio, nec admissio scribarum facta fuit, & tamen inter illos scribas creatos, & approbatos, non adest nomẽ ipsius Ferrantelli, put ex lista registrata, tunc in libris inferui eiusdem magnæ cu. de facili dignosci pōt. Vñ cum appareat receptus, seu admissus in aliqua bancha scribarum fiscaliũ p carentem ptãte seu facultate eundem recipiendi, nulliter se ingessit, & nulla dñr gesta per ipsum, & signãter cõmissio præfata, tum maximè, cùm dato absq; veri præiudicio, quod cõmissio p̃fata esset verè expedita p eandem magnam curiam, cum magna curia ipsa nullam habeat ptãtem creandi officiales in regno, nec eis iurisdictionem tribuere, cũ id principaliter ad regem spectet, seu eius vices gerentem. Nulliter ergo apparet dicta commissio expedita, & sic data nullitate personæ ipsius, qui non erat, nec esse poterat scriba fiscalis, nec habere facultatem similes puisiones faciendi, & successiue data nullitate ipsius commissionis expeditæ, succedit quod falsificans commissionem nullam, non tenetur pœna falsi, si
3 cut † in simili dicimus de notario, q conficit falsum instrm, & in eo omisit apponere diem vel locum, vel aliud, ob quod instrumentum non valet, vel si aliquis testis sciẽter deposuit falsum vltra capitula, & sic in hoc eius dictum non valet, nõ tamen punientur prædicti pœna falsi, ex quo factum p eos non valet nec tenet, cum non noceat conatus cũ iniuria nõ habuerit effectum, l. j. in fi. ff. quod quisq; iu. l. ea quidem. C.

si manc. ita fu. ali.& est optimus tex. in l. puberé, §. si ei seruô.
4 ff. de fal. Et quia instrm dicimus † qd est validum, & rite per-
5 fectum, sicut † condénatum dicimus esse rite condénatum,
l. 4. §. condénatum, ff. de re iu. Ita in particulari dicit Alb. de
Rosa in 2. par. stat. q. 147. incip. Item quo meis q. & ibi alleg.
Gad. dicentem, qd eo assidente Bononiæ consulti fuerût Lab.
de rapo. Bládonius de Maluoltis q deliberato cons. dixerût
tales testes puniédos pœ. extraor. salté stellionatus, l. 3. in prin.
ff. de cri. stel ver. aut gnaliter, l. hoíe ff. de pœ. & subdit plus idé
Alb. qd istas q. disputauit Ric. Malúbi. & Io. And. in Merc. sub
6 ti. de crim. fal. & ét in reg. nô est sine culpa de reg. iur. & † côi
ter, subdit vidisse teneri, qd testes, & tabellio non puniunt pœ-
na falsi, sed alia extraordinaria. Ité ex relatione magnifici re
latoris pcipio, qd Ferrantellus ipse non falsificauit, seu côtra-
fecit manus, & sic subscriptiones iudicût sed notarius Lauré
tius, cui ipse id cômisit, & sic const. regni puniens falsantes,
seu mutantes lras regias, nô extendit ad ordinâtes, seu mâ-
dâtes illas mutari, seu falsificari, vt consimili pœna affici pos
sint, qua & illi, qui vere fecerunt. Ita firmát oés antiq. quos
refert, & sequitur Alb. in 3. par. stat. q. 15. vbi subdit ita Bono
7 niæ fuisse decisum. † vide licet qd statutum pœnale non cô-
prehendat mandâte. Idem tenuit Ang. in trac. malef. ver. Sé-
pronium mâdatoré. & ibi plené Ang. ver. 14. Sal. in l. non ió
minus. ver. 5. quero, C. de acc. Ale. cons. 65. vol. 4. visa quadá
const. Afsl. in côst. regni, si quis aliquem, vlt. q. Pro quib. ego
8 adduco qd in pœnalib. † durú est legem extra casum in iure
expssum extendere. l. 3. in fi. ff. de priuari. §. cú aút, ver. opti-
mum in auth. de non elig. secundo nub. Ité ex dispositione
côst. regni, q lras. imponit pœna mortis falsanti lras regias,
& sic qtûs mutauerit sigillú magnæ cur. illud ibi imponen-
9 do, cú sit sigillú cum signis, & armis regijs, vñ † lras regias
falsificasse successiue sigillum regium cum d. côst. requirat
vt literas, & sigillú falsificauerit, vt vendicet sibi locum pœ-
na in ea contenta, vt cauetur per const. prædictam, & p l. vbi
& ibi per gl. C. de fal. Ná si bene aduertatur, gl. ipsa reproba-
tur, per Ang. in l. maiorem. ff. eo. tit. & contra eá est casus in
c. ad audientiam. extra, de cri. fal. vbi qui falsificauit literas
Regis Franc. nec pœna mortis, nec pœna membri abscissio-
nis

nis puniri potuit.& piter contra eadem gl.est gl.in c.ad falsariorum. extra de cri. fal. quæ vult esse specialem † in falsante literas summi Pontif.vt mortis pœna plecti debeat, secus in cæteris literis:p.d.c.ad audientiã q gl. ibi sequitur Abb.in c.olim, 2.no.de rescr.& in c.tã literis, 1.opp. de test. Nec hẽt obstare tex.in l. maio.de fal. vbi imponitur maior pœna,si falsitas dephendat in literis regijs, q in alijs; nam illa maior pœna non imponitur circa executionẽ, sed circa inquis. falsitatis,vt ibi p Ang.Et dato,absq; veri præiudicio q d.gl.esset vera,& teneretur,put non est; dico q hmõi cõmissio falsa non est regia, nec sub noĩe regio expedita, sed est ipsius magnæ curiæ Vic.quo casu falsans non pt. puniri,

11 ac si falsasset literas regias,† & sic pœna const.pdictæ, qui literas cum statuta ipsa sint stricti iuris, & stricte intelligi debeant,vt per Bar.& alios in l.oẽs populi.ff. de iust. & iur. 4. & 5.q.6.prin.& sic nõ pt fieri extensio in falsante literas alterius q regis:maxime cũ const.illa exorbitet à iure cõi, & sic extendi non posset, ẽt ex maioritate rõnis, l.si vero,§. de viro.ff.sol.mat.l.fi.C.de interd.matr.no.in auth.qs a ctio.

12 C.de sacrosf.eccl.† Nec ẽt posset fieri extensio hmõi pœnæ ad falsantes literas p regis,put in terminis voluit Panor. in c.olim,de rescr.in 2.no.vbi dixit, q licet delegatus Papæ gerat vice ipsius Papæ:non tñ ita acrius punitur falsans literas ipsius delegati,q si falsasset literas Papæ, & idem sentit Abb.in c.tã literis.in 1.op.extra de test. & sequitur Fel.in c. 2.in ver.stylus,circa fi.extra de resc.Vnde cõcludendo, licet p aliquem ex magn.iud.fuisset votatum pdcm Ferrant.esse vult.suppl.condẽnandum:attamen ex pmissis dixi ipm esse condemnandum eius uita durante ad remigandum in seruitio regiarum triremum, & ita fuit communi voto præter vnius decisum, & executum.

1 *Sermones sunt veriores, qui concordantur cũ rebus sensatus.*
Distans à verisimili,est quædam falsitatis imago,ibid.

2 *Testibus non verisimile deponentib us,non est credendum.*

3 *Testis vnus,& idẽ non põt nisi semiplenam probationem facere.*

4 *Testis unus si deposuit sup facto,& idẽ testis deponat super cõfessione,non ex hoc poterit facere plus,quàm semiplenam probationẽ.*

Ini-

5 Inimicitia non facit indicium, nisi appareat capitalis, & de maiori parte bonorum.
6 Testis non potest repeti per fiscum post pronunciatum in causa.
7 Testis repulsatus nullam probationem inducit.
8 Consuetudo inferendi iniuriam, licet probet contra aliquem delictum, saltem præsumptiuè: tamen hoc habet locum, vbi ciuiliter ageretur secus si criminaliter.
9 Mandatarius, qui acceptauit facere delictum, non probat contra mandantem, nisi quo ad instructionem.
10 Tortus de se confessus, non pōt de alijs interrogari, maxime de socijs, & iō si de facto interrogetur, vel sine interrogatione dicat de alijs, non stabitur eius dicto, nisi in casib. in quib. de se confessus torquet.
11 Tortus si ex se absque interrogatione respondeat de alijs seu alio, illum inculpando absque aliquo indicio, suspectum erit eius testimonium, num. 12.
13 Socius criminis nō pōt torqueri cōtra alios in delicti, quæ nō comituntur absque socijs, vel principaliter in offensam, et odium alterius.
14 Socius criminis, in casib. in quibus potest de socijs interrogari, requiritur quòd concurrant contra, nominatum, vt possit torqueri numero 16.
15 Mandatarius deponens de mandato sibi facto, licet sit idoneus testis, tamen illud intelligendum est in causis licitis, & ciuilibus, in quibus licet acceptare mandatum, secus erit in criminalibus.
17 Inculpatio socij criminis, nō facit quē torqueri, nisi concurrentibus alijs indicijs, etiam si inculpatus esset malæ conditionis, & famæ.
18 Inculpatus à socio criminis, si est bonæ famæ, elidit tale indicium, etiam in exceptuatis, ibidem.
Socij criminis, et si essent plures inculpantes nominatū, non probarent tantum, quantum probaret dictum vnius testis de visu, qui facit torqueri, ibidem.
19 Socius criminis in casibus non exceptuatis, ne dum non probat, sed ne quidem indicium facit.
20 In casibus exceptuatis, in quibus potest quis interrogari de socijs, talis nominatio socij facit præsumptionem contra illum, sed requiritur esse legitima præsumptio, vt faciat legitimum indicium ad torturam.

Præsum-

21 *Præsumptio quæ sit, & ut dicatur.*
22 *Socij criminis confessio, ad hoc ut probet contra nominatũ, seu inculpatũ per ipsum, quæ requirantur.*
23 *Argumentum quid sit.*
24 *Testis unus de visu, licet sit omni exceptione maior, tamen non concurrentib. alijs indicijs, an faciat indicium sufficiens ad torturã.*
25 *Iudex in re dubia in criminalibus debet inclinare in mitiorem partem.*
26 *Iudex maiorẽ consequitur honorẽ ex absolutione inquisiti, quam ex condemnatione.*
27 *Nobilis regulariter non torquetur.*
28 *Statutum pœnale non comprehendit mandantem.*
29 *Constitutiones regni sunt stricti iuris, & non extenduntur extra suos casus.*
30 *Priuilegium non extenditur de persona ad personam.*
31 *Constões regni, non extenduntur ad cõsimilia, & cõsequentia, ibi.*
32 *Constões regni non extenduntur ad casus, de quibus non loquuntur, sed illi casus debent determinari secundum ius commune.*

DECISIO XXVIII

MAgnificus Ioan. Ant. Gamboya Hispanus, inquisitus per magnam curiam vic. quòd mandauerit vulnerari Alexand. Castiglia, sub colore pretensæ inimicitiæ contractæ cum eius genitore, ex causa litis motæ per prædictũ Alexandrum aduersus illum de ducatis 10. & facta relatione demeritis causæ, ponderabatur contra ipsum inquisitum per magnificum relatorem, ꝙ mandatarius asserebat præfatum Ioan. Ant. mandantem minime cognouisse, aut cognoscere ad nomen, sed ꝙ erat iuuenis huiusmodi staturæ, & physionomiæ, & degebat in tali domo, apud ianua cuius aderant tres gradus, per quos ad domum ipsam ascendebantur, & sic ex præmissis inferebat ex conferentia circunstantiarum prædictarum mandatarium sum satis probare, & verificare ac fortificare eius dictũ. Ad quod aduertens dicebat veriores esse † sermones se cõcordantes reb. sensatis scdm
21 philosophũ, prout meminit Bal. i l. 1. C. de ser. fug. subdes, ꝙ id quod distat à verisimili, est quẽdã falsitatis imago. & ide Bal. in l.

quicun-

quicunque.in fi.C.de ser.fug.Alc.in cons.119.in causa,& lite do.Barth.Fel.in c.auditis de præscrip. Indo est, ꝙ † testib. non verisimile deponentibus non est credendum,vt dicit Inno.in c.auditis,de præscr.Fel.in c. licet causam in vers. not 10.extra de prob.& ideo consuluit Petr. de Ancha. in consil. 277.extra ordinem contractum, ꝙ iudex non verisimilibus non debet fidem adhibere,& idem Anch. in consi.118. visa facti narratione dixit,ꝙ allegans non verisimile, num debet audiri.Et ꝙ dictum testis non verisimile, est suspectum de falso,& nullam facit fidem, tenet Abb.in c.quia verisimile, vlt.no.de præs.& sequitur Ias.in l. si extraneus, ff. de cond. cau.da.& dicit Bal.in l.scripturæ,C.de fid.instr & ibi Saly.ꝙ verisimilitudo multum attenditur in probationibus. Cuius. n.rectè sententis iudicium comprobaret,aut verum aut verisimile esse posse affirmare, vt mandatarius adeo ignarus & mente captus reperiri possit,ꝙ ad instantiam personæ sibi incognitę,& cuius et nomen ignorasse testatur, se tanto periculo pœnę corporalis committere auderet? certè nemo, ni fallor,tum maximè concurrente iuris dispõne,ꝙ vnus idẽq;
3 testis † in casu,quo eius dictum,teneret, non posset nisi semiplenam facere probõnem,& non plus Ita singulariter cõsuluit Alex.in cons.152.in fi.vol.5.dum dixit,ꝙ si vnus testis deposuit super facto, & idem quoq; testis deponit super confessione eiusdem facti,iunctus cũ alio teste similiter sup cõfessione deponente,nihil ꝓbat eius dictum super confessio-
4 ne prędicta,quia idem † testis non põt facere plus, q̃ semiplenam probõnem,& idem tenuit Alex in l.Gallus,§. ille casus,ff.de lib.& posth. Nec in aliquo se tueri fiscus potest ex prætensa inimicitia,& minimè in iure considerabili, cum
5 non fuerit capitalis nec de maiori † parte bonorum, prout requiritur ad probõnem indicij,vt no.Bar.in l.ij.ff.de adim. leg.Spe.in tit.de pręsump.§ 1.Ang.in tract.malef.in verbo, fama publica pręcedente,vers. quæro quid si reperiatur quidam occisus.Lud.Ro.in l.j.§.hoc,ff. ad Sylla. Ludou. Bolog. in add.ad Guid.de Suza.in tracta. de tormentis in 2. vers. in ver.circa hanc materiam. Tertio,adducitur per regium fiscũ assertio eiusdem socij prætensi criminis in tortura, necnon, & depositio aliorum duorum testium tentatorum, si idem

perpe-

perpetrâsse voluissent, quorum vnus primo loco examinatus, & demum lato decreto post publicatum, & introducta causa in sac. Regio cons. per remedium appellationis fuit alter testis repetitus, quod fieri non potuit, nec debuit, stante lapsu longęuę dilationis, quàm fiscus habuit, & minime testem repeti fecit, nisi post publicatum in causa, & post appellationem per fiscum interpositam à decreto prolato per eandem magnam curiam, vt sub fideiussoribus liberaretur. Sicque obstante regia nouella pragm. Neap. edita 20. Oct. 1536
6 qua cautum est, † q̄ expeditio causę criminalis nullatenus retardetur prætextu non repetitorum testium fisci, si lapsa est dilatio. Item, cum in cā fuerit iam pronunciatum ipsum esse fideiussoribus relaxandum, quomodo dici possit licuisse testem repetere? Et q̄ non licuerit, nedum post pronunciatum, verùm ēt nec post conclusum, tenet Capycius antiquus regius consil. & auctoritatis non modicę, in decis. sacri cons. quas ipse collegit, & propriè in decis. 35. circa finem inci. In causa magistri Antonini. Et tñ dato, q̄ ambo testes ipsi eodem tpe repetiti fuissent nihilominus testis qui primo loco repetitus fuit, vt ex relatione percepi, apparet ex multiplici
7 † capite repulsatus, ob quod eius dictum nullam ꝓbõnem inducit, ꝑut in spē tenet And. de Iser. in const. regni, si dñ. Et attñ posito q̄ nulla esset repulsa, non posset aliter dici, nisi q̄ cum alias idem tentare præsumpserit, prędictus mandans videatur ex hoc in præmissis assuetus, & ꝑinde insurgat ꝑsumptio, q̄ & ipsum quoque mandatarium tentauerit, & subduxerit, vt idem perpetraret. Nam huic responderi po-
8 test, † quod licet consuetudo inferendi iniuriam probet contra aliquem delictum saltem præsumptiuum, vt in c. si. de app. & inl. de pup. §. si quis ipsi prætori, ff. de no. ope. nunc. tamē hoc vendicabit sibi locum, vbi ciuiliter ageretur, secus si criminaliter, & ita magistraliter Bar. in l. j. §. si quis tamē, ff. quod vi aut clam refert, & sequitur Franc. de Arct. in c. constitutus extra de testibus & nihilominus est testis singul. Nec suffragatur, & quarto, depositio eiusdem mandatarij in tortura,
9 quia dum fatetur se acceptasse ꝑ mandatum, & illud executum, tanq̄ particeps, & socius criminis non potest esse testis contra mandantem, nisi quo ad instructionem duntaxat, vt

consul-

consuluit Bal. in cons. 429. vol. 3. an mandatarius qđ sequitur Berth. in aureo suo repto. in ver. mādatarius, vult & idē refert, & sequitur Mars. in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de q. & præsertim, quia nullū aliud subsistebat iudiciū, uirtute cuius potuisset interrogari de socijs, cum regulariter tortus de se confessus, non possit de alijs interrogari, maxime dē cōsocijs, ut in l. qui de se, ff. de q. & in l. sicuti, C. e. t. & in l. fi.
10 C. de acc. Et ideo si † de facto interroget., vel sine interrogatione dicat de alijs, non statur eius dicto, nisi in casibus, ī quib. de se confessus torqueretur, & interrogetur de alijs. Si tñ contra illos alios pcedāt indicia, vt est ī latronib. & in assassinis, de se cōfessus et interrogatur de cōsocijs, & recepta toribus, & mandatoribus, vt in l. diu. Adr. ff. de cust. reo. & in l. pen. de fer. Itē interrogatur de fal. mon. vt in l. 1. C. de fal. mo. Item in maleficis, & mathematicis, ut in l. fin. C. e. t. Itē in seruo de nece dñi, vt indicet cuius mandato fecit, l. quo
11 prius, ff. ad Silla, & sic in istis † casib. intelligendū est, q̄ possit interrogari. Si tñ ex se, sine aliqua interrogatione cōfiteatur, seu rūdeat de alijs seu alio, illū inculpādo, alio indicio non militante contra illū inculpatum, suspectū erit hmōi testimoniū sicut suspectus est testis, qui vltro se offert, vt d. Sal. in d. l. fi. & sequitur Brunus in suo trac. de indi. & tor. Idē & ante eos tenuit Gui. de Suza. in suo trac. de tor. in ver. sed quod de qūo occurrenti, vbi formaliter dicit, q̄ si de facto in
12 terrogetur, vel sine interrogatione dicat de facto aliorum, non statur eius dicto, attñ non stabitur ēt in pnissis eius dicto, nisi alia pcedant indicia, alias non erit ipsius socij inculpatio, nisi aliqua psumptio, vt in apparatu legis fi. C. de accu. Ita in particulari firmat Gui. de Suza. in dicto suo tra. de torm. in ver. qđ de q. occurrenti. Idē pōst sequtur Gād. in trac. mal. sub rub. de q. & tor. in ver. restat formare. Idem voluit Dyn. in suo trac. de q. st. in ver. nunqđ per talem præsumptionem. Bar. in l. rep. de q. vbi magistraliter loqtur. gl. Inno. & Abb. in c. 1. de confess. & in c. 3. extra. de test. gl. in c. fi. 17. q. 3. Ang. ī trac. mal. in verb. fama pub. præcedente, ver. quæro an pinceps criminis, vbi post alios casus, in quib. socius nō potest torqueri contra alios, nec interrogari de alijs, vltra
13 supra numeratos, vt in illis † quæ non committuntur absq; socijs,

ſocijs,vel principalẽ in offenſam,& odiũ alterius,iuxta doctrinam Barto.in d.l.rep. tunc talis inculpatio ſufficeret ad torturam,prout etiam ipſemet Ang. firmat ibi : in ver. 10. quæro,an inculpatio,vbi aperte dicit,ꝙ in caſibus, in quib. quis poteſt de ſocijs interrogari, talis inculpatio ſufficit ad torturam : per tex.in l.edictum , & in l.1.ff.de qō.Sed hoc ſanè intelligendum eſt,ſi alia ꝑcedant indicia.Ita conſuluit Alex.in ſuo conſi.89.& in 3.volu.an aſſertio, &c. licet añ ipſum idem afirmauerit Guid.de Suza.& Gand.vbi ſupra, qui rectius cęteris locuti ſunt & Ang.nimis larga verba effundit prout refert & in oĩbus præmiſſis ſequitur Lud. Bolog. in addit.ad Guido de Suza.in d. ſuo trac. de tormen. Et ꝙ
14 † de neceſſitate vltra dictum ſocij criminis,in caſib.in quibus interrogari pōt de ſocio,requiratur concurſus aliorum indiciorũ contra noĩatum,vt deueniri poſſit ad torturam cōtra ipſum,tenet ẽt & ſequitur Marſi.magna criminaliſta, in ſua repe.l.fi.ff.de prob.vbi ẽt ſubdit hoc eſſe tenendũ menti ꝑpetuo,& ꝙ nunq̄ obliuiſcatur,qa eſt verbũ honoris, & vtilitatis plenum.& idẽ Marſi.late in ſub ſingulari 109.ſocius &c.& conſulendo firmat idẽ Marſi.in ſuo conſ.28.vbi late ĩ crimine ſodomiæ,qđ eſt occultũ, & aderant duo teſtes,quorũ vnus erat ſocius criminis & alter fuerat repulſatus:& ſic inculpatio ipſius ſocius nō offi ciebat noĩato,ex quo ſnō cōcurrebant alia indicia,& idẽ conſuluit ipſe Marſ.in ſuo cōſil.15.& in conſil.74.in cauſa Hierony.& in alio conſilio. 24.viſis inquiſitis format,& ibi ſubdit quòd licet mandatarius deponendo de mandato ſibi facto, ſit idoneus teſtis, vt concl udit per multa Alexand.in ſuo conſilio 86. quoniam omne datum optimum.in quinta volum.attamen Alexand. ibi loquitur.in cauſis licitis ciuilibus in quibus licitum eſt
15 acceptare mandatum. Nos † autem ſumus in cauſa criminali licita, vnde de vno non infertur ad reliquum, lege naturaliter, §.nihil commune,ff.de acqui. poſſeſ.& idem vt ſupra tenet Iacob.de Aretinus in ſuo tract.de quæſtione, & idem reperio nouiſſime audacter fuiſſe conſultum optimis rationibus & auctoritatibus,per dicto Stephanus Bertus. Gallicum auctoritatis non modicæ,in ſuo conſilio ducenteſimoquinquageſimonono in 1.vol.& ĩ alio ſuo cōſ.268.in

3.vol.& idē post Gab. de Ololetis, tenet Alb.de Ros.in d.l.fi. de quæst.& idem fuit de mente Od.in d.suo trac.de q̄st.qui positus est in tractatu Gand.in tit.de q̄st.& tor. in ver. nunc restat.Et idē vlt.loco reperio fuisse secutū Aug. Ari. in add. ad Ang.in ver.fama pub.ver.quæro,an particeps.Nec omittēdum censeo,idē fuisse cōsultum per Bal.in suo cōsil.42 9.
16 in 3.vol.supra ad aliud ꝓpositum allegato. & ibi†dicit,qđ talis nominatus à suo in delictis,in quib.socius interrogari potest,non faciet indicium,nisi alia adminicula suffragētur,& sic loqtur in numero principali, valet alia adminicula,& ponit exemplū vt est fuga nominati:cum scriptū sit in Salom.fugit impius nemine insequēte.Imò plus dñt Guido
17 de Suza,& Gā.vbi supra ꝙ nō concurrentib.†alijs indicijs, q inculpatio socij criminis ēt ꝙ inculpatus esset malæ conditionis & famæ,minime torqueri posset. & idē tenuit ante omnes And.de Iser.quē plerunq; Euangelistam in regno vocamus,in cōstōne regni,si dāna.vbi formaliter dixit, qđ si plures essent confitentes de titio,non valerent eorum dicta quantum dictum vnus testis, q facit torqueri:per l.maritus. de qō.etiā si centum essent testes ꝓducti cōtra Titium, qđ fecit homicidium cā Caio,nō p̄iudicat Caio, nec confessio socij asserentis se occidisse cū Caio hæc tn̄ præsumptio qualisqualis est,quia confessus est contra se,non sic in test.& iō creditur in alijs casibus pp immanitatē delicti:vñ iudex inquiret de fama & cōditione huius nominati:& non mouea tur ex sola illa confessione in dictis casibus:& si inueniat ipsum bonæ famæ,talis confessio non operabitur quidquam, quia debent adesse præsumptiones,suspiciones, & argumenta.& plus subdit,quod dicta cōstitutio:si damna.in qua principaliter quæsitum est de homic.exigit, vt sit leuis vitæ,qui tormentari debet.& plus subdit,qđ ēt si plures essent cōfitētes de nominato,satis videt̄ probatum, vt de indicijs videtur tunc copia ipsorum parti,vt iuuet se ꝓbando talia p quę eneruetur efficacia confessionū, & ꝓbata bona fama huiusmodi inculpatio seu confessio contra ipsum nihil operabitur.Ita,in particulari consuluit Alex.in d.suo cons.89.in 3.
18 vol.viso themate,&ibi subdit,†qđ ob bonam famam eliditur tale indicium,resultans ex dicto socij criminis, & tamen loqui-

men loquitur in cāsib.exceptuatis,Et idē consuluit Alex.in cōs.172.in fi.visa facti narratione.& idē Alex.in l.rep.§.is q. ff.de q.Raph.in cons.71.in cā inquisitionis.Dec.in cons.16. in causa falsitatis.& in cōs.189.lætatus sum.nu.9.& 10. Fel. in c.dilecti.num.8.Et idē in ꝓprijs tenet Bert.supra alleg.in ambob.ꝑallegatis suis consilijs: & sic dū interrogaretur in
19 casib.non exceptuatis† nedū nō ꝓdest, imò nec indiciū aliquid facit:vt d.gl.no.in l.si filium,C.de lib.cā,in gl. mag.in fin. Dy.in d.l.fi.C.de ac.vlt. q.& gl.ibi, vbi ēt late Sal. Ant. de But.& Inn.in c.1.de cōf.Fulg.in cons. 21.in causa inquisitionis.Alex.in p̄d.cōs.89.3.vol.&licet in casibus exceptuatis,in quib.pōt quis interrogari de socijs, talis nominatio socij faciat præsumptionem contra illum, prout ita intelli-
20 git Cyn.gl.in d.l.fi.& ibi.Sal.Qui subdit† ꝙ si esset contra illū sociū legitima præsumptio,tunc faciet legitimum iudicium ad torturam, ꝓut ēt cōcludit Bru.in suo trac. de indi. & tor. Attamen,quæ & qualis debeat esse ista præsumptio, non reperio per tot legū vertices: qui in hac materia latissi-
21 me scripserunt fuisse tactum.Iccirco† satis superq. satis aduertendum rogo;quia p̄sumptio debet resultare ex pluribus coniecturis,& alij probationibus,secundum qualitatem eorum,vt patet ex diffōne p̄sumptionis,tradita per doc. in plurib.locis,p̄sertim per Cald.in rep.capituli: vestra. de cohab. cle.& mulie.& ibi inquit,quòd præsumptio est cognitio,ex circunstantijs resultans.c.ex studijs,quasi p totū. de p̄sump. & ideo secūdū eum variatur,fortificatur, & debilitatur animus iudicantis ex p̄sumptione,ꝓut suadebūt circūstantiæ, ex quib.resultaret.Et idem p Bal.in l.ea quidem, C.de acc.& ideo gl.in d.l.fi.dicit,ꝙ assertio socij criminis, facit præsumptionē,& nō ꝓbōnē.& ideo subdit Sal.ibi,quòd in dictis casib.assertio delinquētis nō facit indiciū sufficiens ad torturā,nisi cōcurrat aliq̄ alia præsumptio,vt per gl. in d.l.fi.q̄ requirit p̄sumptionē p̄cedere debere prius cōtra eū, cōtra quē quis interrogat̄, vt ad dictā interrogationē ꝓcedi possit. Et idē firmat Alex.in d.cōs.89.in 3.vol.Bru. in præfato trac.de indi.& tort.subdens, quòd ad hoc,vt confessio criminosi fa-
22 ciat fidē † contra sociū,oportet quòd confessus fuerit interrogatus in casibus,in quib.de iure poterat interrogari.& sic

in casib.exceptis. Itẽ ꝙ cõtra illũ prætensum sociũ in spẽ sit aliqua legitima ꝑsump. aliàs tortus si confiteretur, nõ faceret indicium ad torturã. Et si vellemus adhærere cũ eo, quid d.And.de Iser.videl. ꝙ vltra dictũ socijs criminis, requiritur ꝙ concurrãt ꝑsumptiones, suspiciones, & argumenta. De ꝑ-
23 sumptione, q̃ sit, iã dictũ est. De argumentis † aũt est cõsiderandum, ꝙ argumenta dicuntur perspicuæ ꝑsumptiones, secundum Inn.in ca. cũ in diœcesi. in gl.in verbo.argumẽta. extra de vsu.Bal in marga. in verbo, argumenta, & alibi argm̃ dicitur ꝓpõ rei dubiæ, faciẽs fidem ꝑ quasdã à circunferentias. Ita Bal.in l.2. in fi.de app.nõ recip. Io.Cal.in d.c. vr̃a. Et alibi diffinitur argumentũ, ꝙ sit ꝓpõ ex aliq̃b. exñtibus, resultans ad propositũ oñdendũ seu concludendũ. Vñ qñ plures ꝓpõnes, vel qñ plura indicia, vel plures suspiciones, vel plures testes ad vnã cõclusionẽ ad aliq̃d ꝓbãdũ copulantur, istud sic copulare, dicitur argumentare, seu argumentum, quod est collatio plurium ad vnam conclusionẽ, vt in l.3.§.idem diuus, ff.de test.& in l.diuus, ff.de custo.reo. ita magistraliter inquit Bal. in l.ea quidẽ, 2.col.C.de accu. & sic apparet, ꝙ huiusmodi ꝑsumptiones, seu argumenta, q̃ requirunt qualitates ꝑfatas, req̃runt esse tales & talia, quæ vñr excedere & superare lrĩas, ꝓbationes ordinarias, & si recte considerentur, nõ congruũt litteræ, de qua q̃ritur. & nimirũ, cũ particeps criminis non admittatur cõtra sociũ, tã q̃ accusator, nec vt denuncietur, Itẽ nec vt testis, q̃a nihil ꝓbat, vt satis pulchre consuluit Io. de Ana.in suo cõs. 59. visa inquisit.formata. & sequit̃ Alex.in cons.132. visa facti narratione, 1.vol. in fi.& in cons. 90.viso themate, 3. vol. & in cons.128.qm̃ abunde, in 4.vol.& sequitur ẽt cõsulẽdo Dec. in cons.138.in 2.vol.vbi de materia plene. Suffragatur etiã ꝑmissis. ꝙ licet vnus testis deponẽs de vsu delicti cõtra aliquẽ, sit omni exceptione maior: tñ, nõ concurrentib.alijs in
24 dicijs, † nõ erit sufficiens ad torturam. Ita secundum vnam opi.singulariter voluit Cy.in l.fi.C.de q̃õ.& consuluit Alex. in d.cõs.sæpius allegat 89. 3. vol.viso themate sequitur Ias. in l.admonendi, in ver. 10.ꝑfata, ff.de iu.iu.& plene Mars.in suo sin.313.qñ testes. Or quanto magis erit dicendum in teste socio criminis, & q nõ potuit interrogari: cũ simus extra

casus

casus exceptuatos,& sic nulla apparente legitima causa inimicitiæ,seu odij capitalis, concurrente repulsa illius testis asserentis se tentatū,ac ēt negatiua plenè ꝓbata;ꝙ Neap.tēpore cōmissi delicti nec lōge añ, nec post fuit:*concurrente pſertim eiusdē inqsiti bona, imò optima fama, & nobilitate,quā satis iura in similib.cōsiderāt,vt supra oñsum est, inficiari nō pōt,qn ꝓbō fisci,saltē dubia nō remāserit:quo ca-
25 su in re dubia in criminalibus.†dēt iudex inclinare in mitiorem partē,vt d.Bal. in cons.195.an vulnus, in 1.vol. cir. fi.Et tenet consulendo Dec.in suo cons.414.in 2. vol. & iu-
26 dex maiorem†consequitur honorē ex absolutione inquisiti,q̄ ex condemnatione,vt d.Pau.de ca.in consi.229.visa inquisitione.in fi.Et iō dixit Pet.de Anch.in cons.24.inuehendo contra iudices annullantes ad condemnationem,credentes vilescere in conspectu hominum,cum absoluunt, cōtra l.absentem.de pœ.& idē sequit̃ Dec.in cōsil.175.in cā falsitatis,& in cōs.189.lætatus sum.Vñ nō posset modo aliquo, nedum dici,imò nec cogitari de tortura eidē inqsito inferēda,ꝓut fiscus expostulat,ob dictum Bal.supra alleg. licet ad aliud ꝓpositū in illo cons. an mandatarius.dum dixit testis tentatus probare contra tentantem: qa ex quo non assensit delicto,sed reuelauit,commendādus est. non tamen Bal. dicit talib.testib.singularib.stādū eē.Itē nec dicit, ꝙ talis tentatio possit per eosdemet testes probari. Vñ dēt intelligi cū iuris ministerio,vt testis tentatus ꝓbet contratentātem.i dū docuerit se tentatum,aliàs posset quis de facili offendi a teste,asserente se tentatum,id aliter nō verificādo,qd' esset satis absurdum.& satis apparente testes pfati singulares,cū nemo ipsorum deponat de tentatione alterius, nisi de suamet. Itē dum Bal.dicit,ꝙ ex quo non consensit,sed reuelauit,cōmēdādus est:dēt iudicio recte sentiētis intelligi, qñ reqsitus reuelauit saltē ad euitādū, ne qd sinistrū cōtingeret ei,q ipsum ꝓduxit:nō aūt vr̃ intellexisse, vt post quatuor mēses à tpe tentationis pfatę,vt ipse deponit, & post offensam factā q̄rulāti,ad eius instantiā ꝓductus,ita deposuit : suffragante
27 potissime nobilitate inquisiti † cum nobilis realiter non torqueatur : secundum Odof.in suo tract.de q. quo refert & sequitur Br.in suo trac.de iud.& tort.tum etiam quia miles,

 & re-

& regius stipendiarius.per tex.iu l.milites.cum vulg.C.de q. & in l.Diuo Marco.C.eodem ti. Nec omittendum censeo, ꝙ dato absq. veri p̄iudicio.ꝙ præfatus inquisitus mandasset præfatum Alex.vlnerari,non ex hoc ipse inquisitus vulnerauit,& sic pæna constitutionis reg.si quis aliquē. quæ punit vulnerantem pœnā putationis manus, non extenditur ad
28 mandantē,vt vulneret:cū mandans,† non dicatur verè,sed interp̄tatiue facere:& statutum pœnale nō cōp̄hendit mādantem,vt d.Ang.in trac.mal.in ver. Sempronium mandatorē.& plenè Aug.ari.ibidem,in uer.14.Alb.de ros.in 3. p̄te stat.q.55.& ibi subdit,ita Bon.fuisse decisum,& sequit̄ Alc. in consi.65.in 4.vol.uisa quadā constōne.& facit ipso p̄ uiua rō,qa sumus in pœnalib.& dicta constō, siquis aliquem
29 exorbitat à iure cōi:& in† pœnalib. durū est legē extra casum ī lege exp̄ssum extendere,l.3.in fi.ff.de p̄uar.§.cum autē in vers.optimum,in auth.de non elig.sec.nub.coll. in 1. Et iō cum ex disp̄ōne constōnis reg.imponatur pœna truncationis manus vulneranti aliquē,(ꝙ nō est de iure cōi,)& Ioan.Ant.iste non vulnerauerit,licet ordinauerit vulnerari non extendit ur talis pœ.ad ordinātem, seu mādantem vul-
30 nerare:cum constōnes reg.sint stricti † iuris,& non extendātur extra suos casus,vt d.gl.in cōstōne, pœnam eorum quæ est 10.gl.& solet allegari à doctorib,regni.Et idem dixit in verbo,occultatorē,& idem d.And.de Iser.in cōstōne regni, p̄sequentes,& subdit, ꝙ non extenduntur ád similia, & ad consequentia,& sequitur Affl.in constōnes reg. prosequentes,& in d.constitutione, pœnam eorum, uers.tene menti. & subdit And.in constōne,p̄sequentes,ita dixisse sapientes.
31 Nec continet dicta † constitutio ius cōe,sed priuilegium: & priuileg.non extenditur de persona ad personam: vt no. in cl.1.de censi.etiam vbi est eadem rō,vt in c.priuil. de re. iu.in 6.Ita Card.Fl.in cle.1.5.q.de test.& Affl.& d. constitu-
32 tiones consequentes,& idem d.gl.in constit.probationum in cursib.in gl.fi. ꝙ † constōnes non extenduntur ad casus,de quib.nō loquuntur,sed illi casus dēt determinari secundum ius cōe.Idem ēt tenet gl.in cōstitutione:exceptiones sub rubri.22.& seqtur Affl.in d.consti.p̄bōnum in cursib. in fin. verbis.Et iō non rogato supercilio dicit p̄t,ꝙ nō posset maior

pœ.re-

pœ.relegationis sibi inferri:& sic vbi non venit imponenda pœ.vltra relegationem,non posset hře locū tortura p cap. regni tormenta. Ex quib. fuit decisum nō posse torqueri, sed ex præmissis probationibus & indicijs ita mutilaris, condē natus ad exilium biennale extra Neap.& in hanc sententiā conuenimus omnes iudices.

1 *Bannitus is dicitur,qui rite & recte bannitus fuit.*

2 *Contumax nulliter,non potest dici contumax.*

3 *Bannum emanatum à iudice laico contra clericum,non tenet : & est nullum.*

4 *Clericus citatus per iudicem secularem,non tenetur coram eo compareret,& subdit,quòd si non comparet,non potest contumax reputari.*

5 *Clericis coram iudicem secularem, non est licita comparatio, nec possibilis prorogatio.*

6 *Processus iudicis laici contra clericum citatum per ipsum, & non comparentem,non tenet.*

7 *Clericus si citatus à iudice laico comparet,& non declinat eius forum debet mulctari per iudicem eccles. & pœna extraordinaria puniri.*

8 *Statutum laicorum,etiam in fauorem ecclesiæ,non valet:quia Canonistæ non concedunt.vt laici ponant falcem in messem eorum.*

9 *Clericus non potest subijci iurisdictioni iudicis laici, etiam de consensu sui episcopi.nu.10.*

11 *Clerici vt conueniantur in curia iudicis secularis, minime Papa hoc facere potest;Imò si Papa hoc faceret,minime iudex secularis hoc facere posset.*

12 *Princeps laicus,nec Imperator pōt condere legē.quòd clericus committens crimen læsæ maiestatis,puniri possit p iudicem secularē.*

13 *Conuentum fuit inter Regem regni sanctam Romanam ecclesiā, quòd Rex nullam aliquo casu habeat potestatem in clericos, nec iurisdictionem,nisi ratione feudi.*

14 *Clerici nedum quasi sunt exempli à legibus imperialibus, verum etiam & eorum bona.*

15 *Clerici legem domui tpalis,et in eorum fauorem disponentem,recipere non tenentur,nisi per ecclesiam Rom.approbata repiatur.*

16 *Omnis causa etiam iniusta,excusat à pœna,*

DECISIO XXIX.

Magnificus don Guctter de naui, inquisitus per magnā curiam Vic. de receptatione magnifi. Io. Iacobi Cossa eius cognati, inquisiti de nonnullis criminibus, banniti & condemnati. Id de plano confessus, sciens eundem Ioan. Iaco. clericum & beneficiatum nec potuisse per ꝑ iudicem secularem citari, nec condemnari, sed ad pœ. aliquem minime obnoxum reputando, eundem in eius domo receptauit & pariter ipse ad domū præfati Ioan. Iacobi pluries se recepit. Dū hæsitaretur in magna cur. vic. an teneatur ipse don Guctter ad pœnam sex mille duc. in regia prag editā contra receptatores bannitorum, seu ad aliam pœnam: dicebā principaliter, ꝙ illum bannitum vocare, seu tenere debemus,
1 quem rite & recte bannitum esse comperimus, vt d. Bar. & post eū Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & in l. non putauit. §. non qs. ff. de contra tab. & tenet Fran. Cur. Seni. in suo cons. 60. ꝓ aperienda veritate. Dec. in c. prudentiam. de
2 off. deleg. vbi ēt subdit, † ꝙ cōtumax nulliter. nō pōt dici cōtumax. & idē d. Dec. in c. de appella. extra, de appell. Sed ꝙ
3 bannū emanatū à † iudice laico contra clericū, nō teneat, & sit nullū tenet in ꝑticulari Io. And. Ant. de Bur. & Ab. in c. si dilig. de fo. comp. Bal. in l. 1. ff. siquis ī ius vocat. nō ier. Alex. in cons. 63. 3. vo. & iō dixit pulchre Bal. in l. si q̄s ex consensu. ver. demū, C. de epi apud, ꝙ citatus per iudicē incōpetētē si nō cōparet, & sit cōtumax, & ex contumacia iudex ipsum ponat in banno, ex hoc nō dēt timere: quia ex quo acta sūt nulla; tanq̄ facta corā incōpetēti, ex illa vera, contumacia nō oriet̄ aliq̄s pœnæ effectus: maxime, cū de nā iurisd. sit, vt nō possit exerceri in nō subditū, c. ꝑ venerabilē. extra q̄ filij sint legit. Ita d. Fel. in c. q̄ in ecclesiarū. in ver. 3. declarō extra de cōstō. gl. in c. dudū. extra, de reb. ecc. nō alien. in 6. Et iō
4 dixit Io. And. Ant. de But. & Ab. in c. si dilig. de fo. compe. ꝙ clericus citatus ꝑ iudicē secularē, nō tenet̄ corā eo cōparere: nec p̄t, si n̄ cōparet, cōtumax reputari: ex quo cōtumacia, ipsa nō tenet, cū cōtumacia sit delictū, & iō nō p̄t secularis iudex pœ. cōtumaciæ in clericū infligere, c. 1. de cle. cōiu. in

6. Bal.

6.Bal.in l.generaliter la 2.C.de epi s.& cl.in l.si q̄s ex aliena.ff.de iud.consuluit Bar.in suo cons.225.clericus sub nomine laici,& plenè Deci.in suo cons.241.vol.2.scripsi alias Iacob.de S.Georg.in l.nō vr̄.de iud.hic dixit dn̄s Aegid. de Mandalbertis,in sua disputatione inci.q.talis est. q̄ reperit̄ inter disp.Paul.de Leaz.rn̄dendo ad Bar.in d.l.nō vr̄. de iu.
5 ꝙ clericis † corā iud.seculari non est licita comparitio,nec possibilis prorogatio p.d.c.si diligenti de foro cōp.& sic cū constaret p̄fatum Io.Iacobum non esse de iurisdictione citantis,non tenebatur cōparere,vt not.in c.fi.de appel. Et cō suluit Alex.in cons.77.vol.3.& tenet Henricus Boyc.in suo sing.28.citatus.& seqtur Guido Papæ,in sua decis.parlamenti Grationop.450.an mulctæ declaratæ,& magis in particulari.Io.And.in regula:scient.in mercur. & ibi subdit , non
6 tenere processum iud.laici contra † clericū citatum p ipsum & non cōparentem,ad allegandam de priuilegio clericali : qa nec valet in principali cā,nec in pœnam contumaciæ, & hoc intm̄ est verum , ꝙ non tenet̄ clericus citatus p iudicē
7 secularem corā eo cōparere ꝙ † si comparet , & non declinet eius forum,debet mulctari per eius iud.ecclesiast.& per eundem pœna extraordinaria puniri debet , quasi sit transgressor canonis scd̄m Bal.in l.1.ad fi.C.de indict.vidui. tollen.Qui subdit procedere,ēt si statutū ꝓhibeat declinare forū sub pœna:ex quo tale statutū non valet.Refert. & seqtur Firm.in suo trac.de ep̄o,in 5.par.lib.4.in verbo 49.quæro . in fi.d.vers.in verbo,iuxta pręmissa sciendū est,& sic p̄uides ipse magn.dou Gucter,ꝙ eius iuris dispōne nedū laicus iudex,verū ēt nec Princeps secularis p̄t iponere legē p̄sonis ec
8 clesiasticis,cum non sint, † nec esse possint de iurisdictio. laici,institutum,quòd non valet statutum laicorum , etiam in fauorem ecclesiæ : quia canonistæ nō concedunt, vt laici ponant falcem in messem eorum : vt in cap. cum ecclesia S.Mariæ.extra de const.& tradit,Arch.in c. 1. distinctio.
9 10.& ideo dicit text.in cap. decimæ,distin. 96.† quòd clericus non potest supponi distinctionibus laicorum, & sequitur Host.in summa de iud.§ quæ sit necessaria.& ibi subdit
10 qui etiam de consensu episcopi † iudex laicus non p̄t hr̄e iurisdict.in clericum,vt in c.decernimus,& in c.quanto , de iud.

11 iud.Imò ēt & † Papa minimè facere pōt, vt clerici conueniantur in curia seculari,& si faceret, minimè posset iudex secularis de clericis cognoscere.Ita Card.& Abb.in c.perpendimus,in rep.de sen.excom.refert,& sequitur Rom.in sing. suis,in verbo,Papa,vers.quæro,nunquid,cum clerici sint exēpti à legibus tpalibus,d.c.cum ecclesia S.Mariæ.de const. se-
12 cundum Bal.in c.clericus.de pace ten.& ideo † princeps laicus,nec Imperator pōt concedere legem ꝙ clericus cōmittens crimen læsæ maiest.puniri possit ꝑ iud.secularem . Ita Bal.vbi supra,& hoc quia lege diuina cautum est:nolite tangere Christos meos.i.clericus:vt no.in auth.de non alien.in prin.Idem tenet And.in const.inci.de personis. sub rubr.vbi clerici in malef.conueniantur:& allegat const.Fed.incip.statuimus.sub tit.de epiſc.& cler.positam.Et licet illa lex nō loquatur,qñ clericus cōmisit crimen læsæ maiest. tñ conuen-
13 tum fuit inter regem regni,& Rom.ecclesiam in † inuestitura,ꝙ Rex nullam aliquo casu habeat iurisdictio.in cler. nisi rōne feudi.& idem dixit Abb.Panor. in c. cum non ab hoīe. extra,de iud.circa prin.& de conuentione ꝑfata inter regē, & Rom.ecclesiā,meminit c.regni : itē statuimus, ꝙ clerici. sub rubr.ad trah.cler.ad iud.secularia.& fuit edictum d.c.per Carolum principē Salerni,primogenitū regis tunc regnantis.Tuetur ēt ꝑfatus magn.don Guer,ꝙ clericus legē pœnalem principis secularis recipere,nec admittere tenet:vt dicit
14 Inn.in c.auditis.de ꝑscr.& nedū † ꝑsonæ clericorum,verum ēt,& eorū bona sunt exēpta a legib.imp.vt dicit Bal.in auth. licet nulla cōitas,C.de sac.san.eccl.& no.in c.q̄q̄, de cens. in
15 6.Pan.in c.2.de immu.eccl.Et iō clerici † legē dñi tpalis ēt in eorū fauorē disponentē,recipe non tenent,nisi ꝑ eccl.Roma.approbata reperiatur.Ita Io.And. & Cald. in c.1. de ope. noui nunc.Inn.in c.nouit.de iud.& ibi Panor.Alexan.consi. 105.vol.4.& sic præfatis in rectam considerationem deductis,asserere posset ꝑfatus d. Gucter minimè in pœnam aliq̄
16 incidisse ob receptationem præfatam, † cum omnis causa etiam iniusta,excuset à pœna:prout singulariter tenet Ang. in l.si plagij,C.ad l.Flauiam.de plagia.gl.in l.j.in fin. gl.magnæ,ff.si quis ius dicen.non obtem.gl.in l.satis, ff. de in ius vocand & in l.j.in verbo,iustis,ff.de ambig.Bald. in l. debe-
ri,

ri,C.de fideicom.liber.Ex quibus omnibus dixi, pręfatum d.Gucter esse exemptum à pœna dictæ regiæ pragm. Cæteri autem magnifici iud.fortè pręmissa non aduertentes, votauerunt incurrisse pœnam:moderandam tamen per illustris. dominum Proregem,qui post nonnullos dies, fortè habita notitia votorum pręfatorum rescripsit esse supersedendum in exactione dictæ pœnę,non esse aliter molestandum prædictum don Gucter.

1 *Concessio iurisdictionis facta per Principem alicui,videtur cumulatiue facta,& non priuatiue,nisi exprimatur quod priuatiue, concessa sit.*

2 *Iurisdictio licet tribuatur alicui,non ex hoc videtur derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij,etiam si per verba taxatiua concessa fuerit.*

3 *In concessionibus iurisdictionum semper auctoritas superioris concedentis præseruatur illæsa.*

4 *Papa concedens iurisd.alicui,videtur maiorem pænes se reseruasse.*

5 *Iudex inferior dum in eodem loco habet iurisdictionem; videtur ipsam accumulatiue habere,& non priuatiue:vnde est locus præuentioni.*

6 *Iudex præueniens per citationem realem,id est per capturam,præfertur iudici inquirenti per prius.*

7 *Præuentio habet locũ inter æquales iudices,& in pari iurisdictione.*

9 *Iurisdictio in dubio videtur accumulatiue concessa,& non priuatiue:nisi esset concessa alicui castro,quòd causæ debeant in ipso agitari per vicarium ibi ponendum:nam eo casu ex mente concedentis apparet,quòd fuerit priuatiue concessa.*

10 *Imperator concurrit in iurisdictione cum quocunque alio suo subdito.*

11 *Inuestitus de feudo dum quis est,non poterit princeps in primis causis concurrere in iurisd.cum vasallo.*

12 *Iurisdictio competens alicui virtute priuilegij,facit vt non sit locus præuentioni alterius iudicis:secus, si esset iurisdictio,quæ ad plures pertineret;quia tunc haberet locum præuentio.*

DECISIO XXX.

IN cā excellentis comitis Sarni, super repetitione, & remissione eius vasalli carcerati in magna curia Vic. ꝑ delicto commisso .i. homic. patrato in ciu. Sarni, & quē magna curia ipsa in captura ꝑuenit: replicabatur p regium fiscum hmōi remissionem de negandā, & p eandem magnam curiā cognosci dēre de delicto ꝑfato, cum in eius captura ꝑuenerit, tum maximè, qa iurisdictio
1 concessa eidē Comiti, non apparet concessa † priuatiuæ ad magnā curiam, & iō ꝑsumitur accumulatiuæ concessa, & p ipsius concessionem factam Comiti, non videtur sublata iurisdictio ab ipso principe concedente: sed ꝙ vtriq; cōpetat, p tex. in c. dudum. de ꝑben. in 6. & est tex. in l. j. C. de off. ꝑf. vr-
2 bis. vbi dicit Bar. p illum tex. ꝙ † licet tribuaẽ iurisdictio alicui, non ex hoc videẽ derogatum iurisdict. iudicis ordinarij, ēt si p verba taxatiua spāliter alicui iudici iurisdict. concedatur: vt dicit Bal. in l. j. ver. extra q̃ritur, ff. de of. consul. & late Rom. in consi. 393. pn̄s consultatio refert plenè, & sequitur Dec. in suo cons. 3. diligenter ꝑ tenui facultate, & bene facit qa iurisd. in dubio debet ad ordinarium transferri: vt p glo. no. in l. j. in gl. in fi. ff. de iud. Cy. in l si quis ex consensu, C. de epis. aud. & quod no. Fed. in suo cons. 130. factum tale est, q̃dam domus. ꝙ iō dixit. singulariter Bal. in l. qui se patris, C.
3 vn̄ lib. ꝙ in † concessionib. iurisdict. super auctoritas superioris concedentis, ꝑseruatur illæsa cum citra eius auctoritatem nequeat exerceri: cum ĩ eo super resideat suprema ptās inseparabilis. Vn̄ pōt aliorum iurisdict. supprimere, allegat no. per doc. in l. j. C. de sum. tri. & fi. cath. Nec omitto pulchrū dictum Bal. in cons. 326. inci. Rex Rom. in fi. verbis. in 1. vol.
4 vbi dixit, † ꝙ Papa cōmittens iurisdictionē, videtur maiorē
5 pœnes se reseruasse, & ꝙ iudex inferior, † dum in eodē loco habet iurisdict. videtur ip sam accumulatiue habere, & non priuatiue, Vnde est locus ꝑuentioni: vt dicit Ang. de Are. in l. j. §. si quis in appellatio. ff. de appell. Fran. de Aret. in consi. 101. Spectabilis dominæ. Dom. de S. Gem. in c. per hoc. de hær. in 6. Io. de Ana in c. excommunicamus, §. volumus. de hær. Bar. in l. studentibus, de off. præf. vrbis. Item apparet
6 † magnam curiam peruenisse per citationem realem. i. per captu-

capturam personæ. Quo casu præfertur iudici inquirenti per prius, vt d. Bar. in l. 3. ff. de cust. reo. & in l. j. de pœ. Bal. in l. C. vbi de cri. agi opor. & in auth. sed nouo iure, C. de ser. fug. Io. And. in c. j. de obl. ad rõci. & Alex. in l. sepulchri. de sepul. vio. & tamẽ sumus in magna curia, q̃ est iudex superior, & nihilo
7 minus ꝑuentio † locum hẽt inter ęquales iudices, & sic in pari iurisdict. l. si pluirb. ff. de leg. j. & l. j. ff. de off. ꝑsid. Quib. oĩb. adductis per me, ad corroborationẽ intentionis regij fisci, q̃ in rei veritate euanescit, vt infra patebit, contrariã sñiam sentio de iure veriorẽ. Nec officiunt primò loco adducta, ꝙ concessa iurisd. maior inrisdictio resideat pœnes Principẽ concedentẽ: ex quo nulli dubiũ. Sed in casu, de quo q̃ritur. non cõcurrit Princeps, sed magna curia, q̃ ꝓ principe reputari non põt. Nec de captura personæ, & sic ꝑuentione reali ipsius vasalli curãdum, cum liq̃at ex ꝓcessus meritis, officialẽ eiusdẽ comitis oẽm diligentiã adhibuisse cõtra ꝑfatum delinq̃ntẽ, ob quã patet, nullã posse sibi culpã imputari, & sic q̃litus ex tenore priuilegij non liqueat iurisd. sibi priuatiue cõcessam
8 ad magnã curiã: tamẽ apparet † ex mẽte cõcedentis, iurisd. ipsam fuisse eidẽ priuatiue concesſã, per ea, q̃ cõsuluit Lud. Ro. in cons. 393. præsens consultatio. vbi posita regula, ꝙ iu-
9 risdictio in † dubio videaꝭ accumulatiuẽ concessa, & nõ priuatiue: fallit, vbi esset concessa alicui castro, ꝙ cãę debeãt agitari in ipso per vicarium ibi imponendum: nã eo casu ex mẽte cõcedentis apparet, ꝙ iurisd. illa fuerit priuatiuẽ concessa. Et idẽ tenuit ipsemet Lud. in suo sing. 21. viget pactũ dicẽs, ꝙ licet esset pactum inter Senẽses, & hoĩes cuiusdã territorij, ꝙ non derogabunt iurisd. ptãtis eorum: tamẽ ponẽdo in certo loco vnum vicarium, videtur dari sibi iurisdictio priuatiue ad illum ptãtem. Idem refert, & sequitur Fel. in c. pastoralis, de off. ord. Vbi etiam in princ. dixit, ꝙ in hoc, vtrum iurisdictio competens inferiori, dicatur competere priuatiue ad superiorem an cumulatiue, est materia valde intricata, secundum Ang. in l. testamenta, C. de testam. & ibi. & in alijs locis vario modo locutus est. Vnde pręmissa regia pragmatica regis Ferd. I. quòd in primis causis, tam ciuilibus quàm criminalibus cognoscant iudices ordinarij in locis, & causæ ipsæ à proprio foro non extrahantur, etiam per magnã curiam

riam Vic.satis concessa videtur ipsa iurisdictio priuatiue ad magnam cur. Vicariæ,concurrente maximè c.obtento ad in stantiam ciu.Neap.vt priuilegia concessa baronibus inuiolabiliter obseruentur. Nec officiunt supra allegata de præuētione,& q iudex inferior videtur accumulatiuè iurisdict.habuisse,quia illa procedunt,vbi tam iudex superior,q̄ inferior hñt iurisdict,in eundemet locum. Quia tunc videtur inferior iurisdictionē accumulatiuè habuisse:secus,si non in eodem loco,& ita loquuntur iura supra allegata. Et in eo quod dici posset supra dicta pro fisco,maximè hodie procedere in

10 Imperatore,qui concurrit † in iurisdict.cum quocunq; alio suo subdito:vt p Bal.in c.1.in prin.de his,qui feu. dare poss. vbi ēt idem dicit de Papa. nam eadem est rñsio, de qua supra,q imperator non concurrit in iurisdict.cum p̄fato comite,sed magna curia duntaxat:& nihilominus spāliter in inuestito de feudo:vt ēt princeps non pōt concurrere in pri-

11 mis causis in iurisdictione cum vasallo. Ita † dixit Panor.in c.cæterum,de iud.& rō.est secundum Bal.q idem tenet in l. [illegible].43.ff.de rerum diu. Quia vasallus habet ius vtile in iurisdict.& territorio cum vtilitate,& effectu,& idem ēt Martin. Laud.in suo tract.de prin.1.rub.concl.138.Dux Mediol.Cardin.Alex.in pl.Feud.circa medium Io.Fab.inst.de Attil.tut.in prin.dum dixit dñm directum non posse in terra Baronis sibi subiecti dare tutorem pupillo, nec alium actum iurisdictionalem exercere:nisi in defectum iustitiæ inferioris, & ibidem magis in spē,& propriè decidendo casum, de quo q̄ritur,tenet Bal.in l.fi.C.si à non compet.iud. ibi dum dicit, ponendo q.de eo,qui cōmisit homicidium in castro Spoleti, quod castrum habet proprium prætorem,licet sit sub præside ducatus Spoleti:nunquid si aufugit,debeat ad dictum castrū remitti puniendus,an ad præsidem:& dicit, q ad dictum castrum,ēt per ipsum præsidem erit remittendus:per no. in ca. cum æterni.de re iud.in 6.in nouel.quia ibi spālius sortitur forum,& iudicem.quod ēt no.dicit Bal.idem consuluit Frā. Cur.Sen.in suo cons.2.vasallus habens,& plenè:& est in consilijs feud.vbi ēt ad hoc allegat tex.bonum in c.Rom. extra de offic.ordin.in 6.vbi apparet,q archiepiscopus regulariter non potest exercere iurisdictio.in diœcesi episcopi sui suffraganei.

ganei.& sic concludit dñm directum non posse se impedire in iurisdictione sui vasalli circa primas causas suorum vasallorum:qa vbi est concessa iurisdictio,non pōt superior concedens se intromittere p supradicta,nisi in casu negligentię. Et idem sequitur Alb.Brun.in suo cons.47.visis dubijs. Iac. de S Georg.in suo trac.feud.& plenè Fel.in c. pastoralis. extra,de off.ord.in 6.limitatione.vbi formaliter dicit,limita 6. in dño feudi:quia tributa est sibi iurisdictio priuatiuæ ad ordinarium.Ita dicit Abb.in c.cæterum.ibi,fateor. tñ extra,de iud.p tex.in c.imper.de prohib.feu.alien.& in c.ex transmissa.& in c.ex tenore.extra,de fo.comp.Præterea,cum præfato excellenti Comiti competat iurisdict.virtute priuilegij,non est locus præuentionis magnæ curiæ:secus, si esset iurisdict.
12 quæ ad plures pertineret:quia † tunc haberet locum præuētio allegata,c.vt debitus.extra,de appel.c.3. de off. Arch. Ita in proprijs terminis decidit Fel.in c.irrefragabili. extra , de off.ord.& ibi subdit Card.post Pau.in cl.j.in verbo,ne igitur. j.not.de celeb.missa.ita dicere,& ꝙ tex.in d.c. irrefragabili. & alij probantes,ꝙ de iure minorum prælatorum non se intromittunt diœcesani,nisi in casu negligentiæ,procedunt solum,qñ ad inferiorem spectat iurisdictio de iure cōi , priuilegio,vel consuetudine.Secus,si est actus,qui ad pluries similiter pertinet:quia tunc est locus pūentioni,& sic non potest allegari magnam curiam pūenisse, cū se intromittere nō poterat in p̄iudicium iurisdictionis ipsius Comitis. Nec valui tm̄ bñ cantare,ꝙ sonitus veridicus transiret p aures sociorū meorum iudicū,qui fisci partib.adhærendo,decreuerunt, & contra votum meum sup radictum , cām ipsam esse tractandam,& remanendam in eādem magna curia, & nescio qūo & quo iure tueri possit hmōi decisio,& nunc pendet appellatio in sacr.regio cons.tandem die 15. pñtis mensis Martij, 1542.fuit decretum p sacrum regiū cons.male iudicatum p magnam curiam,& p̄fatum vasallum esse remittendum ad p̄fatum excellentem Comitem Saıni,prout iā remissus fuit.

1 *Viro non accusante vxorem, non licet alteri matrimonij connubia fœdare.*

2 *Mulier nemo te condemnauit:& ego te absoluo.*

3 *An in adulterio possit procedi ex officio.*
4 *Adultera puniri debet, etiam si maritus sibi pariat, ex quo est de casibus, vbi proceditur ex officio, & absque accusatore.*
3 *Vir si accusauit vxorem de adulterio, ipso demum desistente, quilibet etiam extraneus poterit accusare.*
6 *Vir non accusans non impedit quin iudex non possit ex officio procedere in adulterium.*
7 *Adulterium vbi est notorium, iudex potest ex officio procedere.*
8 *Ex confessione in iudicio facta inducitur notorium.*

DECISIO XXXI.

CAssandra vxor inquisita de adulterio cōmisso cū Bartholomæo de Corrado de Neapoli barbitonsore, accusata iam de adulterio p eūdem maritū Cassandræ pdictæ, & dū instante Regio fisco procederetur in causa, & fuisse obiectum, non posse procedi nisi contra Io. Petrum, & non contra Cassandram minime de
1 adulterio accusatam cum viro non accusante† vxorē, nō liceat alteri matrimonij cōnubia fœdare, l. quamuis, la 2. C. de adult. & l. si cōstāte, ff. eo. tit. & l. miles. §. noluit, & l. fine meo, ff. eo. ti. maxime, quia sine accusatore nemo punitur, l. rescriptū, §. si quis accusatorē, ff. de mun. & hon. & tenet gl. in d. l. 2. §. si pub. de adul. & hoc iure diuino factum videt: p Chrm
2 Io. 13. vbi dephensam in adulterio dimisit: † quia nō habuit accusatorē, dū dixit. mulier nemo te condēnauit. & ego te absoluo. Idē tenet And. de Iser. in const. regni, humanitate.
3 sub rubr. de his. qui fideiuss. dare poss. Sed q† imò ex offō, & sic per inquisitionē, pcedi pot, est tex. in c. perniciosam, de off. ord. & tenet Bar. in d. l. 2. §. & si publ. de adul. & in particulari idē And. in constit. asperitatem. in fi. verbis: sub rub. de adult. & lenoc vbi subdit, q adultera punit, ēt si maritus sibi parcat, quia est de casib. in quibus procedi pōt ex officio sine accusatore, cum sit crimen publ. d. l. 2. §. si publ. Accedit bene litera arbitralis, ne tuorum. virtute cuius potest procedi ex officio in omnibus casibus, in quibus imponi potest pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscissionis, non obstante dispositione capituli, vt delatus. ut dicit Par.

de Put.

de Put.in trac.synd. in verbo, inquisi.§. 2.Sed in viro pœna adulterij,est mortis natutalis, & in muliere detrusionis in monasterium,vt d.l.quis.in fi.C.de adul.& per const.regni. asperitatem,et flagellis affici.sic videtur nedum pœna corporis afflictiua, sed certo modo morti ciuili æquiparata,& plus subdit And in d.const.asperitatem, ꝙ eo casu adultera

4 † puniri debet,et si maritus sibi parcat,ex quo est de casibus vbi proceditur ex officio absque accusatore:ex quo crimen publicum:per d.l.2.§.si publ.& nihilominus demum cōpertum fuit,ꝙ maritus ipse q̃rela de adulterio p̃fato exposuit cōtra ipsam Cassandrã,& licet à p̃fata q̃rela demũ destiterit

5 attñ desistents † viro,q̃libet et extraneus poterit accusare p d.l.si constante.maxime,dũ ex meritis ꝓcessus partib. auditis legitime ac plenè constet de adulterio p̃fato, & fiscus sp ꝓsecutus fuerit q̃rela, & ꝓcessum p̃fatum, & sic non obest fisco,ꝙ maritus ipse successiue remiserit ac pepcerit præfatæ eius vxori,qa tunc q̃libet admittit ad accusandũ,l.vim passã

6 ff.de adul.& nihilominus si nullus accusaret, † iudex posset ex offõ ꝓcedere,vt plenè exorditur,& cocludi Affl.in d.cõst. asperitatem, & ibi subdit, ꝙ id qd dr nõ posse in adulterio ex offõ p inquisitionẽ ꝓcedi,nec contra adulterã nec cõtra adulterũ,locũ sibi vẽdicat,si nemo a principio accusauit, vt ipse putat.Nec obstaret,ꝙ dicat esse crimẽ publicũ, & ꝙ iõ possit ex officio ꝓcedi,quia illud procedit,postq̃ nomen rei receptũ est inter eos,scdm Bar.in d.§.si pub.& Sal.in p̃allegata.l.q̃uis.vbi subdit,ꝙ crimẽ adulterij est publicum.s. q̃tuncunq; in ꝑsonis accusatorum sit receptũ: intelligitur tñ, vt supra dixi. Sed quod opus est verbis,cum ex processus meritis liqueat, quòd vltra quòd fuerit reperta Cassandra ipsa in propria domo eiusdem adulteri,& eum ipso adultero, vt doctum est per depositiones quàm plurimorum testium legitime, productorum per Regium fiscum in processu ordinario, & asportata ad magnam curiam, & tanquam principalis examinata cum iuramento, non valuit negare se non fuisse carnaliter cognitam,& sic ad ulteratam à præfato Bartho. Corrado? Et si succedit, ꝙ licet aliàs, secundum illam opin. non possit ex offõ † p inq̃sit.ꝓcedi inadul.

7 id tamen non vendicat sibi locũ,vbi adulterium esset noto-

riũ: prout in terminis tenet And. de Iser. in cõst. regni, humanitatem. Quod notoriũ satis apparet resultare ex confessio-
8 ne propria facta in iudicio facta p eãdẽ Cassandrã, & sponte: put dicit Bart. in l. scriptus, ff. de religio. & sump. fun. & no. in l. ictus fustiũ, ff. de infam. & in c. vestra, de cohab. cler. & mulie. & no. Bal. in l. properandum. in fi. prin. C. de iud. & sequitur Afflin sua decis. 176. q̃dam mulier. Ex quib. condẽnata fuit paupertima mulier, vt flagellis cæsa in monasterium detrudatur, iuxta regni constitutionẽ. A qua pœna dissentire mihi fuit visum, cũ fuerit fustigata per ciuitatem, & sic notorie infamis effecta, impossibile foret reperire monasterium, imò nec domum honestam q̃ ipsam introduceret, & sic cũ non turpis aspectus esset, de facili meretrix euaderet, q̃d permittendũ non est. Sed bene conclusi esse in monasteriũ detrudendam, sed minime fustigandam, & ab huiusmodi condemnatione appellatum fuit, & demum transmissa fuit ad hospitale incurabilium per eandem magnã curiam, & minime fustigata.

1 *Nobili regulariter non imponitur pœna ignominiosa.*
2 *Nobilitas facit alleuiare pœnam delicti.*
3 *In pœna vniformiter taxata à lege vel statuto, non est habenda distinctio personarum, tamen mitius agitur cum nobili, quàm cum ignobili, quia nobiles non luunt in corpus.*
4 *Decuriones, & eorum liberi non damnantur in metallum, nec in opus publicum, nec ad bestias, nec fustibus caduntur.*
5 *Pœna metalli, est hodie correcta, & nemo bene natus efficit. seruus.*

DECISIO XXXII.

Nobilis Cæsar de Racta, ob manus iniectionẽ in Capitaneũ ciuitatis Casertæ, & persecutionẽ in ipsum cum ense euaginato, & alijs excessibus, in insulam capraꝛum relegatus, anteq̃ in insulam accessisse, dum rixaretur cum quodam carcerato in carcerib. magnæ curiæ, eidẽ caput fregit cum quodam bastono. Demum dum in insulam accessisset, dimisso metu pœnæ, fines fregit, & recessit, & iterum in fortiã curiæ peruentus, dũ

de mo-

de modo pęnę hæsitaret, iterum in carcerib. rixatus aliũ pcussit,& vulnerauit,non tamen gladio, ob qđ fuit dictum,vt tanquã incorrigibilis ad remigrandũ in regijs triremib.salte ad tempus danaretur. Dixi id minime fieri posse,cũ absq. dubio nobilis sit,& antiq ac gnõsæ prosapiæ, & regulariter
1 nobili non imponitur†pœna ignominiosa.Ita consuluit excellens ac subtilis doc.Raph.Fulg in suo conf. 167. supposito statuto refert,& sequitur Affl.in cõst.regni,quicunq; toxi
2 cũ,& ꝙ nobilitas†faciat alleuiare pœnã delicti in nobili, ẽ tex. formalis cũ gl.in l. aut dãnũ,§.in ministeriũ, ff.de pœn. vbi pro delicto,pro quo mulier põt in metallũ dãnari,si fuerit nobilis,non poterit ei inferri huiusmodi pęna metalli, & idẽ ꝙ ex cã nobilitatis minoratur & alleuiatur pęna, tenet Lu.de P.in l.2.C.de deser.li.11.Hinc Cic.li.2.Rhe.dũ de depcatione docẽs ait: hæc ignoscẽdi rõ quæreret ex his locis,si plura aut maiora officia,q maleficia videbiť constare: si qua virtus aut nobilitas erit in eo,qui supplicabit.& facit tex.in l.splendidioris,C.de diuer.of.lib.12.Idẽ tenet Luc.de Pe.in l.mulieres.in 2.priuil.C.de dign.lib.12.& ꝙ rumpanť regulę iur.fauorẽ nobilitatis,tenet Fel.post alios in c.pastoꝛ, in princ.extra de of.del.& ideo in pœnis mitius nobilis q ignobilis puniri dẽt:vt d.Luc.de Pen.in l.quoties,C.de dig. lib.12.& tenet gl.in c.fi.in verbo,nobilitatẽ, de pęn.& in cl. multorũ,in verbo,inferiorũ,eo.ti.& in c.cũ gratus, 45. dist. Et idẽ in regno qualitas pę.satis considerãda est,dũ imponit:qa dẽt in ea impositione attẽdi qualitas personarũ,ꝑut et iura attẽdũt.Nã decuriones & eorum liberi, imò & ꝓnepotes in metallum dãnari nõ pñt,l.moris.§.sed.u.sciẽdum, ff.de pę.l.veteranis,ff.de priu.veter.vbi formaliter iurec.in-
3 qt†qđ Dec.& eorum liberi, nec in metallum dãnatur, nec in opus publicum,nec ad bestias,nec fustib.cæduntř:& idem tenet iurecõs. in l.pe.ff.ad l.Cor.de sic. l.decurionum,C.eo. ti.& l.Decurionem,& l.antep.& fi.ff.de qõ. Et iõ in particulari voluit d.Pet.piccolus in cõst.reg. clandestinis sub rub.
4 †de pœ.homic.clãdęst.quòd pœna metalli, hodie est correcta:qa nemo bñ natus efficiť seruus.Et ideo in pœ.vniformi
5 ter†taxata a lege vel statuto nõ est habẽda dist. psonarum,l. nemo,C.de sum.tri.l.1.§.expilationis, de cri.expila. her tñ

mitius agitur cùm nobili, q̄ cum ignobili: qa nobiles nō suunt in corpus, vt d. Bal. ibi. & sequitur Par. de Put. in tracta. sind. in verbo pœna, ver. qđ si per statutum f. 199. pui volu. & alibi nobiles de consuetudine non suspenduntur, nec patiuntur pœ. viles. d. Bar. in l. capitalium. §. serui, ff. de pœ. & sequitur Par. in loco præallegato. Ex quibus ductus, dixi non posse ad remigandum in triremib. condemnari, sed relegari, aut in exilium mitti: prout ita iudicatum fuit, & executum per eandem magnam curiam.

1 *Venenum necare hominem, longe plus est, quam gladio occidere.*
2 *Venenatus aliquem, dicitur illum proditorie occidere.*
3 *Venenum deferens causa venenandi aliquem, debet puniri lege Cornelia de Sicarijs.*
4 *In crimine veneni, iudex debet esse promptior ad torturam, quam in cæteris criminibus.*
5 *Inimicus capitali dicitur is, contra quem fuit exposita querela criminalis eum querulante.*
6 *Inimicitia capitalis colligitur ex iuris præsumptiōe, inter litigātes.*
7 *Ad repellendum quem vt inimicum, non solum sufficit probare de odio capitali sed satis est probare, quòd habeat causam odij capitalis, quamuis odium non ostendat.*
8 *Inimicitia capitalis sufficit ad indicium torturæ.*
9 *Carcerans muliere m honestam iudex debet capitaliter puniri.*
10 *Mulier releuatur vt ob impiam præstandi fideiussionem tam in causa ciuili, quam criminali detineri non possit, sed solum eius iuramento committitur.*
11 *Mulier tam pro causa ciuili, quàm criminali personaliter ad iudicem trahi non debet.*
12 *Mulier pro delicto capi potest, non tamen carcerari, sed detineri in monasterio aliquo custodienda: quod tamen non seruatur de consuetudine: sed ponitur in carcerare separato à masculis.*
13 *Nobilis potest assignari totum palatium vel tota ciuitas pro carcere etiam si Princeps mandasset ipsum carcerari, dicitur obtemperasse iussioni principis assignando ipsi nobili palatium, vel totam ciuitatem pro carcere.*

DECISIO XXXIII.

MAgnifici Lucretia Scagliona, ad querelam magn. Iulij Carrafa eius olim generi, inquiritur per magnã cur. Vic. de detẽtã venenatione in personam p̃fati Iulij, ad cuius venenationem ꝓbõnem ꝓducũtur principaliter duo testes. Per medium vnius quorũ venenum ipm in quodam paruulo vase vitreo ad modũ phialæ assignatũ fuit Francisc̃ re posterico eiusdẽ Iulij, & p eundẽ Iuliũ assignatum eidem magn. cur. Hæsitatum igitur fuit, a n ꝓcedi possit ad carcerationẽ p̃fatæ mag. Lucretiæ, cõcurrente maxime cris atroci
1 tate, † cũ longe plus sit hoĩem veneno necare, q̃ gladio occidẽ: vt d. gl. in eadẽ lege, inst. de pub. iu. per tex. in l. 1 C. de malefi. & math. cũ necens quem veneno, ꝓditorie agat: cũ venenatus se tueri nequeat. Hinc dixit Bal. in l. nemo clericus, C.
2 de sum. tri. & fid. cath. ꝙ † venenans aliquẽ, dicit illũ ꝓditoriè occideret: & idem, inquit Bal. in c. 1. versi. qđ de reb. quib. mo. feu. amitta. & idẽ Bal. in l. cũ frẽm. C. de his quib. vt in
3 d. vbi † in spẽ dicit crimẽ veneni habere in se admissum crimẽ ꝓdõnis. Hinc est, ꝙ deferẽs venenũ ad effectum venenãdi aliquẽ, dẽt puniri pœna legis Cor. de sicar vt in l. eiusdem ff. ad l. Cor. de sica. & tenet, ac si illud porrexisset: vt ꝓbat tex. in p̃alleg. l. eiusdẽ, & in l. 1. in fi. & ibi Bar. ff. de parri. & plenè Ang. in trac. mal. in ver. ex interuallo desis Ti. & ibi Aug. ar. in addi. & idẽ añ ipm tenet Io. Fa. ĩ §. alia, inst. de pub. iu. & idẽ apparet firmasse Sal. in d. l. 1. de malef. & math. & in l. 1. §. 1. ff. ad l. Cor. de sica. & in l. eiusdem, ff. e. ti. & intm̃ iura
4 hmõi crimen abhorrẽt † ꝙ sanxerunt iudicem in eo propriorem esse debere ad torturã, q̃ in cęteris criminib. dixit Bal. in l. 3. C. de episc. aud. & consuluit Alex. in cons. 62. vol. 3. & bñ ẽt facit, ꝙ in enormibus licet iura transgredi, scd̃m Inno. & ibi plenè Fel. in c. 1. de cõst. Et p̃missis maxime suffragatur inimicitia capitalis inter ipsam Lucretiam, & præfatum Iulium quærulantẽ, orta ex q̃rela exposita per præfatam Lucretiam de nece quodã Hippolytæ eius filiæ, & vxoris ipsius Iulij, ob quam fuit Iulius ipse carceratus, & etiam vni ex familiarib. eiusdem Iulij, ex causa p̃fata, illata

tortura, vt liquet ex actis eiusdem magnæ curiæ, quòd nobis q in facto fuimus iudicantes innotescit, & sic satis apparet liquere de inimicitia pfata capitali per instõnē q̃relæ crimi-
5 nalis, porrectę per eandē Lucretiā, vt supra † contra ipsum Iulium, vt dicit singulariter gl. in l. licet, ff. de arb. & est tex. in auth. si dicatur, & ibi Bar. C. de test. Nam & capitalis inimicus dicit q mouit cām criminalē, vel cui mota est tex. est in d. l. licet de arb. ita dicit Lanf. in suo trac. de test. in vers. quęro,
6 nunquid post publicatas attestationes, in pr. in. vltra, q † ex iuris psumptione psumit inter litigantes inimicitia capitalis. Idē in c. cum quis extra de rest. spol. ita dicit Guid. Papę in suo trac. de ps. in 10. vol. trac. imò ad repellendū quē vt inimicum, non solū sufficit pbari de odio capitali, sed satis est pbare,
7 quòd hēat cām odij capitalis, q̃uis odiū non ostendat. Ita Inn in c. cū I. & A. extra, de re iud. in fi. per tex. in c. cum seq. 3. q. 5. de quo exclamat Bal. in l. pscriptione, C. si contra ius vel vtil. pub. vers. 6. q̃ritur, & sequitur Ro. in rep. rubr. de arb. vers. qs aūt dicat inimicus Pet. de Anch. in c. statutum, §.
8 cum vero 5. no. de rescr. in 6. vnde existente dicta † capitali inimicitia, q̃ aliàs videt sufficere ad iudicium torturę, vt inquit Ang. in l. fi. C. de q. & Bar. si rectè inspiciat, in l. fi. ff. eod. ti. Spe. & Io. And. in ti. de pręsump. vers. sed pone. videtur multo minus dubitandum de detentione. Verū hęsitari cōuenit, si stante, quòd est mulier nobilis, possit p crimine inquisita
9 detineri, videtur obstare, quòd nō possit, imò pœnā † capitalem incurrit. Iudex mulierem honestam carcerando, etiam de crimine inquisitam, vt dicit tex. in l. j. C. de off. diuer. iud. & in auth. sed nouo iure. C. de cust. reo. & in corp. vnde sumitur, in auth. vt nulli iudicium, § necessaria. Idem tenet gl. in l. nemo, C. de exact. trib. lib. 10. vbi loquitur de debito fiscali, in quo imponit aliam pœnam etiam pecuniariam iudici carceranti mulierem, & idem supra tenet etiam Bal. in l. consentaneum, C. quomodo. & quando iud. Et Rom. in repe. l. j. C. de hęr. inst. in 20. q. Nec habet obstare l. qm̄, C. de cust. reo. quia illa lex apparet correcta per iura posteriora, vt testatur Ang. in rep. d. l. nemo carcerem, C. de exacto. trib. libr. 10. vbi Bar. supra alleg. vbi subdit, quòd nec pro priuato nec p publico debito potest carcerari, & sic nec pro causa criminali,

vbi idem tenet Bar. Et intm iura deferunt mulieribus. Quòd
10 † ratione sexus releuantur, vt ob inopiam pstandi fideiussio nem tam in cā ciuili, q̄ criminali, detineri non possit, sed solum eius iuramento committatur vt in d.auth. sed nouo iure. nisi statuta aliter dicerent, imò tam pro cā ciuili, q̄ criminali personaliter ad iudicem trahi non debe. Ita plenè Cata. in suo trac. fin. vers. 57. verbo, adde q̄ mulieres. Reperio tn̄, q̄ Io. de Imo. in c. lator. extr a de pigu. dixit, quòd licet iura nihil dicant, de causa criminali, recurrendum est ad auth. sed
11 nouo iure, C. de cust. reb. vbi tex. dicit, † quòd mulier potest capi pro crimine, non tamen carcerari, sed teneri in monasterio aliquo custodienda. Quod tamen hodie non seruatur, sed
12 de † consuetudine carceratur in carcere separato à masculis, & sequitur Soc. in tract. cita. in versi. 16. fallit, & idem tenet, & sequitur illustris doct. Io. Bap. de S. Seu. alias de Caccialupis, Senensis in suo, trac. de debit. susp. & fug. ver. 5. principaliter quęro. & dum tpe, quo fuit Iudex in magna curia vicariæ, & propriè in anno 22. ex 27. annis in quibus præfui, in iudicatu præfato contingisset casus in personam magnificæ Lauinæ de Annichino vxoris Antonij de Carnago, inquisitæ de homicidio in personam suæ famulæ, & existentibus indicijs contra ipsam de homicidio præfato, fuit assignatum monasterium monialium S. Mariæ de Anglone pro carcere, & ibidē fuerunt sibi data capitula, & audita in eius iuribus, quousque me referente condemnata fuit ad pœnam relegationis in insulam capratum, & post aliquot menses obtinuit gratiā ab illustriss. Protege Carolo de Lanei. Et iterum eodem tempore, dum contigisset alius casus venenationis, & mortis quondam Comitis Sapronariæ, & duorum eius fratrum, & præcedente inquisitione de venenatione præfata contra Hieronymum de S. Seu. & nobilem Cianciam dentice, eius vxorem patruos eorundem defunctorum, præcedentibus indicijs fuerunt ipsi coniuges detenti per quamplures menses, & annos in carceribus Castri noui, & demum perempta instantia laborati. Et iterum vltimo anno mei iudicatus in eadem magna curia reperi nobilem Sabbam de S. Mango inquisitam de mandato ad occidendum in personam sui cognati occisi Felicis. de le sianze detentam in Castro nouo,

pœnes illust. Arconum castellanum: & mihi cã cõmissa, dũ eadem innocentem reperissem, votaui eãdẽ absoluẽdã, vt apparet in votis meis impressis in voto 34. Sicq. dum mag. curia deliberasse p̃dictã Luc r. in monasterio detinendã, fuit p illust. dominum Prorogẽ gratiose prouisum, q̃ eidẽ assignaretẽ domus alicuius personæ sibi cõiunctæ, pro carcere, & sic elegit domum sui cognati. Qđ de iure fieri potuit, cum no-
13 li possit assignari totum palatium † imò & tota ciuitas pro carcere, in casu in quo posset carcerari, tam virtute iuris cõmunis, q̃ statuti. Et ẽt si Princeps mandasset ip̃m carcerari, dicit obtemperatum iussioni Principis, si officialis, cui princeps sic rescripserat, assignasset totã ciuitatẽ, seu totum palatium p carcere. Ita d. Ang. in l. bo. fi. C. de rei vend. & melius ac clarius in l. qui in carcerem, ff. q̃ met. cã. Lanf. de Oria, in rep. capituli: qm̃ cõtra, extra de test. in vers. confessionis, ver. quæro subsequenter. Idem sequitur Ias. in l. admonendi, in rep. ff. de iurei. & Io. Lupi, in rep. capituli: per vestra, extrà, de don. inter vir. & vxor, & faciunt optimè relata per Alex. in l. si vt certo, §. custodiam, ff. commodati.

1 *Imperitia mundũ destruit, & ponit conscientiam bonorum in magno discrimine.*

2 *Iudex ad nihil aliud inuentus est, nisi vt veritatem inueniat.*

3 *In ætate quadragintaquinq annorum existens, non dicitur senex. sed iuuenis: cum iuuenis dicatur ab anno. 25. vsque ad 50. annos.*

4 *Ab ætate 50. annorum, vsque ad 70. dicitur senex.*

5 *Senex non excusatur à tortura, sed decrepitus, qui est post annos senectutis.*

6 *Baro quis proprie dicatur in regno.*

7 *Iudex potest se de fama alicuius informare absque testibus in forma iudicij receptis, & absque ordine iudiciario: imò multo magis per testes inhabiles.*

8 *Iudex habẽs arbitrium, põt recipere testes iuris ordine non seruato.*

6 *Magna curia vicariæ, consistit in duobus tribunalibus: vnum dicitur curiæ vicariæ, quæ est vicarij regni. Aliud dicitur magna curia, quæ est magistri iustitiarij.*

10 *Inimicos testes allegans inquisitus antequã torqueatur, debet offerre ipsam incontinenti probare, & nominare testes ipsos in promptu.*

15 *Testem à me productam reprobare non possum, si ab aduersario similiter productus est.*

Testes producens, si eis vsus non fuit, nec fecit ipsos iurare, tamē nō poterit opponere in eorū personas, si ex aduerso producantur ibid.

22 *Testis dū vocatur ad testimonium, eo ipso videtur approbatus per eum, quis vocari fecit, & debet examinari.*

23 *Testes à me producti, nedum in eadem cā verum etiam & in alijs causis, non solum si persona, contra quā ipsos produxi primo, contra me producat eosdem, sed etiam in quacunq. alia causa ex quo ipsos semel approbaui, non possum de cetero reprobare.*

24 *Testes consanguinei vel affines, licet admittantur ad probandum innocentiam sui consanguinei inquisiti: non tamen admittentur ad reprobationem testium productorum contra ipsum.*

35 *Comparatio literarum semiplenam probationem inducit, quādo est apodixa priuata; secus, quando est liberationum, seu epistola, in qua licet non sint alij testes, probat.*

16 *Comparatio in quacunque scriptura, facit plenam probationem.*

18 *Testis non potest esse vxor in causa viri, nec pro viro, quia reputatur eadem caro, & sunt socij diuinæ & humana domus.*

18 *Testes affines sicut cognati & alij licet non repellantur in totum, tamen non erunt integri, sed suspecti.*

19 *Testes carcerati pro delictis nihil probant, cum sint infames, si delictum sit tale, quod per sententiam infamaret.*

20 *Testes consanguinei, qui repelluntur tanquam præsumpti inimici intelligi debet, quando consanguinitas procedit ex linea descēdēti vel ascendenti: secus si ex linea transuersali: quia tunc nō repelluntur.*

11 *Testiū ad hoc vt possit reprobari tanquam inimicus, requiritur probari aliqua cā inimicitiæ, seu qualitas particularis ipsius inimicitiæ al. non dicitur probata inimicitia.*

12 *Et quòd requiritur probari fuisse commissam causam inimicitiæ, aliàs non repellitur.*

23 *Et inimicitiæ qualitas & species probari requiritur in specie, nec sufficeret ita in genere.*

25 *Testis, ad hoc vt tanquā inimicus repelli possit, requiritur probari erudens inimicitia & manifesta.*

25 *Testis deponens de inimicitia, debet reddere causam & rationem dicti sui, quantuncunque non sit de ea interrogatus.*

26 *Inimicitia, ad hoc vt repellat testem, requiritur quod sit grauissima, vel saltem grauis.*

27 *Testis inimicus ex leui inimicitia non repellitur.*

28 *Inimicitia an & quando dicatur grauis, quæ repellat, & non repellat testem, remittitur arb. iudicis.*

29 *Indicium ad torturã, an resultat ex dicto inimici non capitalis deponentis de visu: & licet teneatur quod sit indicium ad torturã, tamen relinquitur iudicis arbitrio.*

Testes, qui probantur per repulsam criminosi ex diuersis delictis, si ex eis non apparent condemnati, non repelluntur: & hoc de iure ciuili & non canonico, & sic hoc seruabimus in terris imperij, & non in terris ecclesiæ, ibidem.

30 *Indicia aliqua, licet probentur per testes singulares, tamen sufficit ad torquendum.*

31 *Iudex habens arbitrium, prout est magna curia vicaria, põt ad depositionem vnius testis, licet non omni exceptione maioris, torquere.*

32 *Etiam si fuisset testis ipse receptus parte non citata, dũmodo stylus ita se haberet, quòd nõ citaretur pars in examinatione: & qđ dicitur ibi, perpetuo menti tenendum.*

33 *Testes examinati ad informationem curiæ, licet non repetiti, licet non probent, faciunt tamen argumentum seu indicium.*

34 *Confessus in tortura aliqua delicta, de quibus extabant indicia, poterit de ceteris interrogari, & torqueri, de quibus indicia non extarent, & hoc de generali consuetudine Italiæ.*

35 *Indicia multa si probãtur per testes singulares, tamen ex eis resultãt plures præsumptiones, quæ bene faciunt indicium ad torturã.*

36 *Reuocatio confessionis factæ in tortura per inquisitum nihil ei prodest, si contra se sunt talia indicia, quæ iuncta cum confessione, licet per tormenta extorta, inducunt indubitanter veritatem, nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria.*

37 *Socius criminis inculpans aliquem nominando, in criminibus exceptuatis non prodest, nisi alia concurrant.*

Constitutus in mortis articulo, non præsumitur mentiri in eo, quod dixit, ibidem. Et asserens eo tempore aliquem mentiri, non esset audiendus, ibidem.

Testes alias minus idonei, & inhabiles, qui alias nõ admitterentur: tamen in his, quæ à communiter accidẽtibus fiunt, clam & secrete, haberentur pro idoneis, ibidem.

38 In delictis quæ occultè fiunt, facilius arbitrari debet index esse procedendum ad torturam, quàm in ceteris.

39 Seruus nō est verisimile quòd aliquid faciat sine consensu domini.

40 Mandans alicui, vt occidat Titium, & homicida demū illū occidit pp proprium odium, quod cum illo habebat, non erit in aliqua cōsideratione mandatum præfatū: & sic mandans non tenebitur.
Et vide in eadem decisione nu 38. multa ēt quāplura exēpla indiciorū ad cognoscēdum quòd quis mandauerit homicidium cōmitti.

42 Testiū suspicione stante, quòd falsum deposuerint, cautela est, vt interrogentur de circūstantijs an starent, vel sederent, & an simul vel separatim ad locū puenerint, vt sic data diuersitate inter ipsos, eorum dictis non stabitur, nu. 42.

43 Iudex quando suspicatur de testib an verum deposuerunt, debet laborare circa huiusmodi interrogationes contra testes, quia eo casu potest vti simulationibus.
Iudex dum suspicatur de falso contra testes, debet eos diligenter examinare, & eos inuoluere, si pōt, ad veritatem eruendam, ibidem.

44 Iudex lege permittente non debet posse aīum suum applicare ad dicta testium de falso suspectorum.

45 Iudicis arbitrio committūtur ea, quæ non possunt sub certa regula tradi.

46 Iudex si viderit testib. examinatis etiam clare deponentibus in fauorem alicuius, non esse fidem adhibendam, poterit fidem non adhibere, si ex causa hoc sibi videbitur.

47 Iudici sunt omnes probationes arbitrariæ, quod dependet ex mero iudicis arbitrio.

48 Testes dum allegantur inimici, debet offerri incontinenti probatio de inimicitia.

49 Testes qui nititur repulsare tanquā criminosos, aut delinquentes non sufficit probare, quòd ita sint, sed requiritur etiam articulari, & probari, quòd ita teneantur, & reputantur, aliàs non probat.

50 Contumax, & bānitus pro delicto, circunscriptis ceteris indicijs, sufficiens facit indicium ad torturam.

51 Testes repulsati, licet non sufficiant ad condemnationem inquisiti, sufficient tamen ad torturam.

52 Fama vehemens facit sufficiens indicium ad torturam.

53 Et quando dicatur vehemens fama, relinquitur iudicis arbitrio.

54 Testes vbi in aliqua causa sunt de visu, & aliqui de fama, publica

si

54 *Testes vbi in aliqua causa sunt de visu, & aliquid de fama publica, si deponent de visu repulsantur, & illi, qui de fama publica deponūt, non reperiuntur repulsati, erunt sufficiētes ad torquēdū.*

55 *Tortura si illata est in corpore non infirmo, sed potius robusto & nō fuit magna & tortus cōfessus, & demū ratificauit infra legitimū interuallum, valet, & tenet confessio, etiam quod indicia non praecesserint sufficientia, nu. 57.*

56 *Tortus modice non potest dici, tortus. Et tormentum proprie dicitur magnus dolor corporis, & magna afflictio.*

57 *Quod dicitur de confessione in tormentis facta, procedit, si magna sit tortura, & tortus debilis, secus, si modica, & tortus robustus, quia valet tunc nulla peruersatione attenta.*

58 *Confessio spontanea sola, est valida ad cōdēnādum in criminalibus.*

59 *Confessio sine causa, licet sit inefficax: tamen interueniente iuramēto, erit efficax.*

Confessio extraiudicialis, licet non praeiudicet confitenti quo ad plenam probationem, tamen si interuenit iuramentum, erit valida, & praeiudicabit, ibidem.

60 *Confitenti nihil prodest reuocare confessionem quā fecit, deliquisse, si contra se sunt aliqua indicia, quae coniuncta sunt cum confessione, quāquam extorta per tormenta inducant indubitantes veritatem, nisi reuocans probaret contrarium, vel clare per indicia cōtraria elideret.*

61 *De indicijs, & inquisitionib debent attendi coniecturae verisimiles, quae coniecturae capiūtur ex qualitate facti, & conditione personarum.*

Praesumitur pro aliquo, vel contra aliquem, et ex conuersatione loci, vbi quis conuersatur, ibidem.

62 *Ex actibus praecedentibus, & sequentibus, de aliquo praesumi licet bonum, vel malum.*

DECISIO XXXIIII.

IN pñti decis. nō erubescā dicere, ꝙ impitia† mūdum destruit, & ponit conscientiam bonorum in magno discrimine, vt vtar verbis Bal. in suo consil. 5. viso testō Bart. in 2. vol. de quo meminit,

nit Bertr. in suo cōs. 108. vol. 1. Verū quia index ad nil aliud
2 inuētus est, nisi † vt inueniat veritatē, ꝓut inqt Paul. de Cast.
in suo cōs. 295. & sequit Ant. Nicel. in cōcor. gl. 120. ideo dū
an bouis, an hominis laruam habentis, vocem ꝑsenserim ac
clamantē, seu rectius mugiētē, fuisse subreptitie, & obrepti-
tie, & obreptiue obtētū ad minus veridicā iudicū relationē,
dispēsari sup tortura nobilis Prosperi Scaglioni per illustr.
3 dñm Pro regē, ꝑtextu, ꝙ † nō fuerit exꝓssum ipm esse ętatis
45. ann. & sic senē. Qm in tortura iura satis cōsiderāt, senib.
subueniendo, vt ipsos torqueri ꝓhibeāt. Vereor in. aut librū
mendacem, aut minime consideratū, dū dcm fuit hominem
ętatis 45. ann. dicit senē, ꝙ à tortura excusari, quia in ætate
ꝑfata exntem, minime in senectute, sed in iuuētute existere
dicēdū est, cum in huiusmodi ętate dicatur iuuētus, seu viri-
lis ætas: ex quo ætas iuuētutis dr ab anno 25. vsq; ad ætatē
4 † 50. annorū, à quo tpe 59. annorum, incipit ætas senectutis.
vsq; ad 70. annū: vt plenè gl. magistr. in pœ. 6. & ibi plenius
Io. And. gl. in c. 1. de cel. miss. q ætas nō excusat à tortura, sed
requirit ætas decrepita, q̄ superuenit post cōpletā senectutē,
5 vt ibi. & talis ætas † decrepita excusat à tortura, & nō senec-
ctus, vt inqt Guid de Suz. in trac. de torm. ver. itē ætati decre
pitæ. Idē tenet Ang. in suo tract. malef. in verbo, fama publ.
ꝑcedēte, vers. 6. quæro, q̄ personæ. & est tex. in l. 3. §. ignoscit
ff. ad Sylla. & in l. 1. §. impub. & ibi gl. eo. tit. moderni Senen-
ses in eorū trac. de ind. & tort. & Alex. in l. milites, C. de q̄ō.
Secūdo, vox magna, tonitrua intonabat, asserendo nō fuisse
expositū, inqsitū ipm eē Baronē casalis Bricignani, & inter
dum ex lapsu linguæ casal æ ꝑdictū nomabat Castrū, & ꝙ sic,
vt Baro gaudere debebat beneficio cōstōtionis regni : ꝓse-
quētes: qua datur certa forma, cū certis qualitatibus requisi-
tis in testib. deponentibus contra Baronē, quod nō fuit ex-
pressum, nec obseruatū in casu, de quo agit, & ideo ppera &
iniuste processum ad torturā. Cui rndetur, ꝙ licet longe an-
te inquisitionem præfatam, prout ex publicis apparet do-
cumentis, casale præfatum alienatum à pluribus annis
retro elapsis, & vltim. loco redemptum per magn. V. I. D.
Leonem Foll. eius consocerum, iam dominum, & possesso-
rem eiusdem casalis, attn̄ cum id allegans minime scire ve-
lit, aut

lit,aut nequeat,quis nam dicatur, vel dici possit Baro,vel si tentauerit forte pernoscere,si per nos ignoraretur, quocũq. tñ sit,non omittam ignorantem instruere,& scientem certificare,eum nuncupari Baronẽ, qui hẽt Baroniam, & Baronia dr̃ castrũ,hñs sub se feudum quaternatum, secundũ An. de Iser.in const.regni,si aliquis Bar. sub rub.de const. dota. idem And.in const.si post mortem sub rub.de denunc.mor.
6 Baro.vbi magistraliter in spem inquit,ꝙ ille † dicitur Baro. à quo tenetur feudũ quaternatum,vel castrum,& idem citat And.in c.1.§.similiter.de cap.qui cur.vend.& ibi in spẽ subdit,ꝙ ad hoc;vt quis Baro dici possit,ad effectum, vt gaudere possit priuilegio constit.prosequentes requiritur, ꝙ hẽat sub se subfeudatarios,habẽtes feuda quaternata,vel ꝙ hẽat castrum à Principe in Baroniam,& ita dr̃ Baro, alias non,& idẽ consuluit Dec.in cons.490.viso casu proposito, & qm̃ pluribus alijs,in 3.vol. Tertio, in eisdem consuetis concul- cando, satagebant nullam probatam esse diffamationem infamam,saltem ex ꝓcessu ordinario,virtute cuius potuisset dispensari in tortura præfata,prout requiritur cum ex iuris
9 † dispositione possit iudex de fama alicuius se informare, absq; testibus in forma iudicij receptis,& absq; ordine iudiciario,imò multo magis ꝑ testes,inhabiles ẽt. Ista sunt pulchra verba.Bal.in l.qui testã,§.per contrariũ,ff.de test.allegat Inn.in c.cũ in tua.extra de spons.idẽ ꝓbatur no.ꝑ Pan.in c. 1.in fi.cõm.extra de post prel.refert,& sequitur Iacob.de S.
8 Georgico in l.3.§.eiusdẽ,ff.de test.& iõ iudex † hñs arbitriũ põt recipe testes,iuris ordine non seruato:vt dicit Bald.in l. solam,C.de test.in vlt.verbis refert,& sequitur Iaso. in l.1. C.de test. & maximè procedunt præmissa in hoc supræmo tribunali magnæ,& vicariæ cur.ꝙ hñt liberum arbitriũ,qđ per plura regni ca.sibi apertissime concedit,& refert etiã excellens iuris monarcha,d.Ant.de Alex.in l.qui sine ff.de qõ
9 in add.quas facit ad Bar. Et insuper † aduertendum est ad aliud,ꝙ hoc tribunal magnæ curiæ Vic.consistit in duobus tribunalib.& repñtant duas personas,vnam magistri iustitiarij,& ista est magna cur.alia est vicarij generalis habens regni,& ista est curia vicariæ, vt probat exordium Reginæ Ioannæ in proemio rituum magnæ curiæ sub rubrica inci

piunt,

piunt ritus magnæ curiæ, ibi dũ dicitur maxime in nostris, magnæq. vicariæ curijs, q̃ sub regimine nostrę protectionis præcipue in hac nostra ciu. Neap. & toto regno nostro, sunt iustitiæ deputatæ, & magis infra, infrascripti ritus, & obseruantiæ in nostra magnæ, & vicariæ curijs, & qualibet earũ de cætero inuiolabiliter obseruẽtur, & in alio ritu, incipiẽte item ꝙ causæ ciuiles, non tñ feudales, agitandę in dictis magna, & vicariæ curijs, & pariter in alijs ritib. & capitulis regni, idem clarius demonstratur. Et sic qtũs magna curia nõ potuisset forte ad torturam procedere in casu, de quo quæritur non seruata forma constitutionum, & capitulorũ regni aliorum, & Neapolitanis concessorum poterat tñ tanq̃ curia vicariæ id exequi, reassumpta hmôi facultate, & ptãte ab illustriss. Prorege, tanq̃ vicario regni, qui citra, & contra formam capitulorum præfatorum, & constitutionum regni pôt tormenta adhibere, vt apparet per capitulum regni, in accusatis. ibi, dum dicitur, ꝙ si iustitiarij, vel alij præsidentes exposuerint quemq̃ tormentis de consilio iudicum contra formam prædictã, excusentur iudicibus pœnis affectis, sed si absq; consilio iudicis, excusatur assessor, seu iudex p̃sidẽte punito, nostra tñ, & gñalis in regno vicarij reseruato arbitrio, & citra, & cõtra formã p̃dictã faciãt adhiberi tormẽta, sicut expediri videbitur, & facti occulti, vel piculosi qualitas suadebit. Vñ ex p̃missis liq̃t in casum loq de qualitatib. req̃sitis vt tortura locũ habere possit, concurrẽtib. potissime plurib. capitulis regni, in quib. exp̃sse mandatur regenti magnę curiæ informari de fama inq̃siti formaliter dicens p testes, quos tñ ad tui ĩformationẽ recipe te volumus, & maxime in litera arbitrali, si cũ sceleratis satis liq̃t fuisse sanctissime ꝓcessum ad torturã cõtra ip̃m Prosperũ; apparẽtib. insup q̃ plurib. ꝓcessib. diuersarũ ĩq̃sitionũ & de homicidijs, & d vulnerib. violẽtijs, & furtis, & alijs grauiorib, delictis ĩ diuersis gñib. musicorũ, & p aliq̃b. ex eis aliàs carceratus diuersis vicib. & detentus fuit, & sua forte excarceratus sic satis disponentib. Quarto recidiuabãt asserentes, ꝙ dũ añ illatã torturã fuisset de inimicitia capitali obiectum cõtra illos nobiles de domo Tufi, & Garganæ, & aliorũ, nõ fuit aliter p̃dict. Prosp auditus; sed ad torturã cõtra ip̃o ꝓcessũ, nã licet stãte

ordine

ordine,& diſpenſatione illuſt. domini Proregis: ſup tortura p̄fata magna cur. ipſa nō erat niſi mera executrix diſpenſationis p̄dictæ, q̄a licet officialis hēt arbitriū ꝓut hēt magna curia ipſa circa torturā, tñ ſi ꝓcederet virtute mādati, ꝓut ꝓceſſit in caſu iſto de mādato regio ſtatuente ſibi formā p̄ciſam ꝓcedēdi ad torturā, nō intelligitur ꝙ fuerit vſa arbitrio, ſed mandato, arg. l. qualem, ff. de arbitris, ſecūdo rñſo, &
10 in l. vnū ex familia. §. 1. ff. de le. 2. & in c. nou. † extra de app. Ita pulchre firmat Paris in ſuo trac. ſind in verbo arbitriū, nu. 6. & nihilominus hoc circunſcripto, non apparet fuiſſe formiter obiectum de inimicitia p̄fata, nec de ea incontinēti probari oblatum, ꝓut à iure requiritur, nec in prōptu nominati teſtes, quoꝝ aſſerebat inimicos capitales, niſi quatuor ex eis duntaxat, quo caſu non debat admitti. Textus eſt in §. ſi vero qs dicat. in auth. de teſt. And. de Iſer. in conſti. regni humanitate. Ita in ꝓprijs terminis, & in particulari firmat Fel. in c. 10. parte extra de teſtib. Nec poterat teſtes aut maiorē partē ipſorū aliter repulſare, cū ipſos citari obtinuerit ad eius inſtātiā poſt terminū datum ad faciēdū ſuas defenſiones: vt liquet p. eorū noīa appoſita in calce citatio-
11 nis teſtium ſuorū: quo caſu † ipſe approbauit in eorū perſonas: nā teſtem à me productū, reprobare nō poſſum, ſi ab aduerſario ſimiliter productus eſt gl. in §. & licet in fi. in verbo, & ſupplicijs in auth. de teſtib. collat 7. Bal. in c. licet de teſtibus. Iaſ. in l. 1. §. fi. ff. de verborū obligatio. in verſ. p iſta cōmuni concl. Alex. in conſ. 7. vol. 1. Hinc eſt, ꝙ ꝓducens teſtes, ſi eis vſus non fuit, nec ipſos fecit iurare, tñ nō poterit opponere in eorū pſonas, ſi ex aduerſo ꝓducant. Ita voluit Bal. in l. 1. §. beſtias, ff. de poſtu. Idē Bal. in l. data opera C. q accuſare non pñt. Ex quo, cū teſtis vocat ad teſtimonium,
12 eo ipſo videtur approbatus † per eū, q vocari fecit: & dēt examinari, vt plenè p Cęp. in ſua cautela 217. & no. in c. in decima 18. q. & idē ſubdit Bal. in d. §. ad beſtias, no. per Spec. in tit. de teſte, §. ſæpe, verſic. quid ſi eum, & ideo contra eorum perſonam non poterit opponere, niſi exceptio de nouo ſuperueniat, licet contra dicta ſic. Ita dicit Angel. in authen. de teſt. §. ſi vero dicatur, per text. in l. ſi quis teſtibus. C. eodē titul. imò plus, dato quod teſtes a me producti, nedum iā

eadem

causa,verum ēt,& in alijs causis,non solum si persona, cōtra
13 † quam ipsos produxi primo modo,cōtra me producat eosdem,sed ēt in quacunque alia cā,ex quo ipsos semel approbaui,non possum de cætero reprobare,argumento capituli, si quis testib.4.q.3.Ita inquit Arch. & post cum Ioannes de Turre cremata.Card.S.Gregorij dignissimus in c. accusatores,3.q.8.imò,quod deterius audio ad reprobationem testiū fisci fuisse productos,& examinatos ad instantiam ipsius in quisiti,quamplures eius astrictos consanguineos, & affines, videlicet Io.Vinc.de Grimaldo,& eius fratrem,&.nepotes.q̄ Io.Vinc.& Vincentius sunt sibi cognati carnales,produxit ēt
14 vxorem propriam in testē.& licet ex iuris†dispōne ipsos testes ad defensionem merā,& demonstrandū eius innocentiā producere potuisset,secus tn̄ ad reprobationem testium: qa cum sit materia odiosa,à iure repelluntur consanguinei, & affines,& non ꝓbant.Ita Bal.& Saly.in l. parentes,C. de test. &.faciunt notata in l.lex Cor.ff.de iniur.& ꝑ Bar. in l.qui testō,§.j.ff.de test ꝑ cano.in c.cū oporteat,de accus.& in spē cōsulēdo tenet Alex.in suo cōs.5.in j.vol.Quinto, gloriabātur nō obstare cōparationē lrarū cū illis qnq; literis eiusdē inqsiti suo Ganimedi trāsmissis tā turpiter,& oī rubore dimisso
15 dictantibus,cum † comparatio ipsa semiplenā duntaxat videatur inducere ꝓbōnem,vt dixit Cyn.& post eum Alb.in l. comparationes.& C.de fide instr.dico.n.ꝙ Alb.ibi subdit se vidisse seruari cōiter,ꝙ talis comparatio facit plenam probationem,& ꝑcedentia,ꝙ faciat semiplenam,intelligi debent, quando fit comparatio ad apodixam.i.ad scripturam priuatam quæ datur à parte parti, in qua continetur debitum, quia tunc facit semiplenam probationem. Secus est in libro rationum,aut in epistola,quia quando fit comparatio,etiam si in ipso libro, aut in epistola non sint alij testes, & sic in
16 quacunque scriptura, talis † comparatio faciet plenam probationem,secundum Barto. in l. nuda ratio. C. de donationi.& in l.admonendi,ff.de iureiurand. & ideo iudex potest compellere, vt respondeat, vtrum illa scriptura fuerit eius manuscripta. Ita firmat Lanfran. de Oria. in suo tracta.de fide instrumen.versic.circa primam scripturam, in 9. volum.tractat. subdens, quòd ita aliàs ipse fecit, & pra-

cticauit in ciu.Cremonæ. Idem reperio tenuisse Tindar. in suo tract.de teste,& in 3.vol.trac. versi. quia decet. dum dixit,attendite quæso diligenter pro huius clariss. intellectu. Nam quandoque quærimus de veritate contentorum in epistola,quo ad præiudicium scribentis,tantum,& nonnunquã quærimus de hoc,quo ad fidem faciendam inter alios. Primo casu nulla requiritur approbatio , sed sola comparatio sufficiens est,vt in d.l.comparationes.cum concordantis.habet.n.vim confessionis extraiudicialis,& sic dũ cõfessus fuit epistolas illas manu propria scripsisse,ad quod cõpelli poterat,nescio quò nam pacto conqueri põt se indebitè tortũ ad illorum recognitionẽ,Reperio insuper,vt supra dictũ est,in
17 testẽ ꝓductã eius vxorẽ,ꝗ licet nobilis sit, & optimæ † vitæ & famæ attamen ipsam ad testimoniũ ꝓhibendũ pro viro, iuris dispõ non admittit,cum dicatur socia viri diuinæ , & humanę domus.l.aduersus,C.de crim.exp.hær. & reputatur eadem caro cum viro,c.Martinus.extra de cogn.spir. Ita dixit Bar.in l.ẽt in fi.de test.C.quem refert,& sequitur Iac.de S. Georg.in l.idoneus,ff.de test.& ꝙ vxor non possit ꝓ viro testificari,tenet Bal.& Sal.in l.ij.C.de test.cum sit domestica viri,& in ea videatur superiotitatem habere,& ptãtem castigãdi:licet modice.Idẽ consulit Soc.in suo cons.17.col.5.& tenet ẽt Host.in sum.de test.vers.quid de vxore & satis singulariter Bal.in c.in literis.extra.de test.Et pari modo nec eius cognati,& affines supra mentionati,& qa oĩa luculenter, & plenissimè super oĩbus exceptionib. licet infinitis deponerent,tanq̃ omnia scientes,& videntes,non aliter,ꝗ Argos de-
18 ponunt.& apertissimi iuris est,ꝙ † cognati dicuntur affines, & ẽt in ciuilibus causis,licet non repellantur in totum:attamen non erunt integri testes,imò suspecti,vt dicit gl.in c.accedens.lo j.extra vt lite non contest.Bar. in l. aut affinitate, ff.de proc.Gul.de Cun.in l.cui eorum,ff.de postul.bene facit quod no.Spe in tit.de teste,§.j. vers. sed nunquid in eodem gradu.cum vers.seq. Produxit denique præfatus inquisitus in testes ad eius instantiam M.Vulponum , Loysum de Iesualdo,Ant.Campitellum,& Beatricem Barrensem eius vxo
19 rem,carceratos † pro diuersis criminibus, & delictis , necnon,& alios carceratos,qui omnes vltra eorum infamiam , quia

quia carcerati pro delictis non probant,l.licet,§.l. Iulia.iuncta gl.in verbo,custodia publica,ff.de test. & hoc ꝑp notam vitę eorum.maximè,cum carcerati pro delictis,sint infames si delictum sit tale,ꝙ propter sñiam inf maret,§. item l.iiij. q. 3.iuncta gl.super verbo,in vinculis.tum ēt,ꝙ præsumitur, ꝙ testimonium falsum proferant, sperando se à vinculis liberari fauore illorum,pro quibus deposuerunt. Idem tenet Spec.in tit.de teste,§.j.vers.item quòd accusatus,contra quē inducit.& sequitur Iac.in d.l.testium,§.l.Iulia. Steph. Aufr. in suo trac.de repr.test.vers.canon.Idem reperio tenere Alb. de Ros.in d.l.iij.§ l.Iulia.de test vbi refert Azonem in cathedra dixisse,quòd ipse aliàs defenderat quendam nobilē Cremonensem,qui interfecerat famulum suum in carcere, vbi tunc non aderant nisi carcerati in testes,per quos crimen ipsum non poterat probari,vt fides eis adhiberetur, & sic condemnari non potuit ex deficientia testium non carceratorū. Ita concludit Azo alios doct.cōcordari ꝓut ēt refert,& sequitur Alb.de mane in suo tract.de teste.ver.demū dubitatur,qd de carceratis.Nec suffragatur ꝑfato inquisito,quòd ad repulsam principaliter fundare nixus est contra nobiles Marcū, & Hectorem de valle,testes ad instantiam fisci productos, prætextu quòd sint nepotes ex sorore magn.Scipionis Gargani eius capitalis inimici, & quia Scipio arguitur instigator huius inquisitionis,quod in veritate non lique,attamen qñ absque veri præiudicio plus quàm liqueret,& dato quòd ip-
20 si duo testes † essent nepotes ꝑfati quondā Leonardi occisi, dummō ex sorore,adhuc possent testificari contra ipsum inqsitum,nec aliter repelli possent, ex quo illa cōsanguinitas repellit testē,tanq̄ præsumptum inimicum rōne cōsanguinitatis,est qñ talis consanguinitas ꝓcedit ex linea ascēdēti,vel descendenti,secus ex linea transuersali, prout in pñti casu, q̄a nullatenus tunc repellitur.Ita singulariter,inquit Inn. & post ipsum Io.And.in c.nonnulli extra de rescriptis,quod dictum ꝓ singulari allegat Ange.in consi. 144. visis processibus,refert,& sequitur Iason in repetit.l.admonendi,ff.de iureiuran.& sequitur Marsil.in singu.suo 134. incipiente, affinitas,& ita aliàs obtinuisse recolo me patrocinante in regia audientia coram quodam excellente domino Ludouico

Montaldo regente regiam cancellariam in causa homicidij commissi per Batalignum de caua, in personam quondam Amati de Castigliono, vt plenè scripsi in consilijs meis, in causa illorum de Castigliono. Nec inficiari poterit per regium fiscum, quin inquisitus ipse nixus fuerit in termino defensionis sibi datò repulsare multos testes fisci, pro ductos contra ipsum, tanquam inimicos capitales, quorum rectè in
21 tuenti nullus repulsatus apparebit: nam † ad hoc, vt testis possit repulsari vt inimicus, requiritur probari aliqua causa inimicitiæ, seu qualitas particularis ipsius inimicitiæ: aliàs
22 † nō potest dici probata inimicitia. Ita pulchrè voluit Imo. in c. Raynutius, extra de test. vbi in specie dicit, ꝙ ad hoc vt testis repellatur vt inimicus requiritur reprobari fuisse com missam causam inimicitiæ: aliàs non repellitur. Idem vo-
23 luit Bal. in l. si quis testib. in fi. C. de testib. vbi † in specie dicit, ꝙ debet qualitas, & species inimicitiæ probari, nec sufficeret ita in genere. Idem refert, & sequitur Ias. in l. j. C. de test. Hinc voluit idem Ias. in l. Titiæ textores, ff. de leg. 1. allegan
24 do Bal. in d. l. si quis testibus. ꝙ reus opponens † exceptionem inimicitiæ contra testes, talis exceptio nihil valet: quia non sufficit probare inimicitiam in gnē: sed in spē debet ꝓbare inimicitia, & eius qualitas. Quod subdit esse bene notandum. Quinimò & plus, ad hoc vt testis, tanquā inimicus repelli possit, requiritur probari euidens inimicitia, & mani festa. ita satis notanter voluit Bal. in c. constitutus. extra de rescriptis. quem ad hoc refert & sequitur Ias. in l. sororem, C. de his, quibus vt indignis. & ideo dixit Bal. in l. solam. C. de
25 test. ꝙ testis † deponens super inimicitia, debet reddere cau sam & ra ionem sui dicti, quantumcunque non fuerit interrogatus de ea. Idem firmat etiam & sequitur Iac. de S. Geor.
26 in l. testium. ff. de test. nam inimicitia ad hoc vt † repellat testem, requiritur vt sit grauissima vel saltem grauis, vt in §. si vero odiosus. in auth. de test. alioquin si esset leuis inimi-
27 citia, non † repelleret testem à testimonio, vt dixit Bald. in auth. si dicatur, C. de test. idem Bald. quem refert & sequitur Iaco. in d. l. testium. quod quidem satis apparet deficere in
28 test. † productis pro ipso inquisito. maximè, cum an dicatur grauis, vel leuis inimicitia, quæ repellat testem, vel non, remissum

missum sit arbitrio iudicare debentis:vt d.Inn.in c.cū oportet teat.de accu.quem sequitur Iac.in d.l. testiū. & ꝙ sit in arb. iudicis inspecta qualitate inimicitię,tenet Bar.in l.maritus, ff.de q.& ibi Alex.sequitur Marsi.in l.j.§.j.ff. eod. tit. & in l.j. §.d.Ant.eo.tit.vbi etiam subdit,ꝙ ex dicto inimici non capitalis resultet indicium ad torturam:tñ relinquitur arb.iudicis vt prædictum est.Et minime apparet prodesse præfato inquisito repulsa contra nonnullos testes fisci, ex eo, ꝙ asserit probasse nonnullos ex eis esse aliquib. criminib. attinctos.

29 Cum licèt fuerint † inquisiti testes ipsi de diuersis criminibus & delictis:tñ non apparent de obiectis criminib. cōfessos,aut condemnatos fuisse:prout à iure requiritur, ad hoc vt repelli possint:secundum gl.no.in c.super eo extra de tes. & c.testimonium,eo.tit.& vtrobiq; notatur. & ideo dicit Io. de Imo.in d.c.super eo.ꝙ cum hoc procedat de iure ciu. & non cano.in terris imperij seruabimus ius ciuili: secus ī terris ecclesiæ.Ita etiam refert & sequitur Iac.in l.quæsitum,ff. de test.Nec eidem prodesse: ꝙ nonnulla indicia contra ipsum videantur probari in aliquib. delictis per testes singulares licet contrarium appareat ex meritis probatorum : atta-

30 men † dato absque veri pręiudicio, ꝙ ita foret,talia indicia p singulares testes ꝓbata,sunt sufficientia ad torturā.vt consuluit Alex.in cōs.77.vol.j.refert,& seqtur dñs Ant.de Ale.vicepro tonotarius ac psidens sacri regij cons. dignissimus tpe serenis.regis Federici I.de Aragonia in successores, in suis addit.ad Bar.in l.qui fine,ff.de q.vbi subdit esse notandū ꝓ magna curia vicariæ,q̄ habet arbitriū in torquēdo, & intm

31 extenditur ptās officialis † hñtis arbitriū,ꝙ ad depōnem vnius testis nō oī exceptione maioris,poterit torqre.Ita singulariter voluit Gand.quē refert,& sequit Alex. in suo cōs.65. 1.vol.si pcedentibus indicijs.ēt si fuisset receptus parte non

32 citata,dummodo stylus ita se habeat, †ꝙ non citetur pars in examinatione in ea materia quod perpetuo dicit esse mēti tenendum Lud.Bolog.in add.ad Guid.de Suza.in tract.de torm.in vers.pro conclusione dñi auctoris. Præmissæ intentioni fisci satis conferunt depositiones infinitorū testium de alijs varijs,& diuersis delictis p eundem inquisitum patratis &,de quibus ex pietati moti magnifici iudices, ex quo

paulisper Alciatus fuerat ad chordam, pro sex principalibus delictis duntaxat confessatis, iam amplius super cæteris interrogare destiterunt, ne ipsum cruciarent, habentes iam intentionem regij fisci fundatam, & licet testes super præfatis super quibus interrogati non sint, deponentes, repetiti nõ fue-
33 rant, tamen negari † non potest quin faciant argumentũ seu indicium, vt notabiliter consuluit Soc. in suo cons. 90. volu. cons. Bononiensium, q aliqui allegant 3. volu. & idem tenet Dec. in c. in nomine dñi, el j. vers. prędicta conclusio. extra de testi. & tñ dum Prosper ipse confessus fuisset quinque seu sex delicta principalia, de quibus vrgebant indicia, potuit de cæ-
34 teris interrogari, & torqueri de † quibus indicia non apparuissent, & hoc de generali consuetudine Italiæ, vt dicit Ange. in tract. malefi. in verbo, fama publica ꝑcedente, in finalibus verbis, vbi subdit q huiusmodi consuetudo seruatur, nedum in furtis, verum ét in cæteris criminibus, & delictis. Idẽ tenet Odofredus in suo trac de q. 11. quæstione incipiente, quid de quęstione quotidiana, subdens q de generali consuetudine Italiæ ita seruatur, & idem sequitur Cœpol. in suo cõsil. 40. & firmat Lud. Bolog. in addit. ad Guid. de Suza. in suo tract. de torm. in vers. quid si persona inculpata, & ita seruauit super, & seruat magna curia vicarię, prout etiam recolo fuisse ita vlt. loco seruatum in causa quondam Teragnoli de Iugliano: cuius causę iudex, & rela oi ego eram in magna curia: approbante excellente do. Hieron. de Colle, regente regiã cancellariam, ibidem in mea relatione pręsente, de quo scripsi plenè in votis meis nuper impressis in voto 13. & licet multa, de quibus interrogatus non fuit in tortura probentur per indicia, & aliqua ex eis per testes singulares, & de iure quodlibet indicium probari debeat p duos testes: & vnus te-
35 stis deponens † de indicio remoto non ꝓbat, p iura vulg. id tamen non habet locũ, quando sumus in plurib. indicijs, q̃a ét q de eis deponant testes singulares, tamen ex eis resultant plures p̃sumptiones, q̃ bene faciunt indicium ad torturã, p regulam, & si non ꝓsunt singula, multa iuuant. Ita consuluit Soc. cons. 54. vol. 2. Referunt, & sequuntur Moderni Senẽses, in trac. de ind. & tort. Vnde ex p̃missis clara resultat conclusio non ꝓdesse eidem Prospero reuocationẽ suę confessionis, p̃-

textu

textu q extorta fuerint per tormenta,qa vt dicit Bal.in l.ij.in l.milites,de q.& clarius in l.fi.post principium,vers.mõ reuoco in dubium,C.de pb.secutus Nic.de mota volentẽ,q quã-
36 do indicia † non sunt ita indubitata,nec à lege approbata,q tunc secus,sed solum sunt religioni iudicis commissa, tamẽ simul collecta,indicant indubitatam veritatẽ,vt est exemplũ in confessione per tormenta extorta,q̃ non per se,sed cũ perseuerantia,vel fama,vel facti verisimilitudine, vel alijs adminiculis,indubitanter indicãt veritatẽ,l.sancimus, & l. q sniam, C.de pœ.l.j.§.diuus,ff.de q.Ex qb.verbis colligit Bal.nil pdesse confitenti in tortura reuocare postea confessionẽ si cõtra se sunt talia indicia,q̃ iuncta cum confessione, licet per tormenta extorta,inducunt indubitanter veritatẽ,nisi reuocans pbaret contrariũ per alia indicia cõtraria,& sequitur Pau. de Ca. & Bal.ibi.& Fran.Bru.in suo trac.de indicijs,& tortura,versi. 2.q̃ro,q̃d sit indiciũ.Ias.ĩ l.magistratib.Fel.in c. cũ olim octaua fallentia,de rescriptis,allegans Tind.in suo dialogo de testium varietate,idem tenet Mars.in pract.in §.qm̃,nu.38. qd tamen intelligunt,quãdo essent plura iudicia valde pxima vero facto,sicut est vnus testis de veritate facti,& duo de confessione extraiudiciali,facta per eundẽ cũ confessione extorta per torturã,& sic pcedentib.legitimis indicijs: q̃uis postea cõfessio talis extorta,& reuocata sit,possit seq cõdẽnatio. Ita ẽt firmat post alios pmentionatos illustr. Nic.Boer.psidens sacri cõs.Burdegaliensis,in sua decis.163.per torturã,in 5. vol. Sextò,fundabant patroni cãę pfatę Prosperi inquisiti, nõ po-
37 tuisse regiũ fiscũ † legitimè petere inquisitũ ipsũ subijci torturæ super crimine falsæ monetæ,ad depositionẽ quondã Iacobi Masoni duntaxat,qui vt particeps criminis inquisitum prædictum inculpat,cuius dicto standum non est,vt torqueri possit,nisi alia vltra eius dictum cõcomittentur,prout in proprijs terminis decidit Sal.in l.fi.C.de accu.in fi.Imo. in ca.1. extra.de conf.Gand.in tract.mal. sub rubric. de quæstioni.& torm.in vers.sed quid si persona. Guid. de Suza. in tracta. de torm.in ver.sed quid de quæstione occurrenti.Alex.in consi. 89.3.vol.quoniam abunde.sed quia vltra depositionem præfati Iacobi Masoni in tortura & ad mortem condemnati, & vltimo supplicio affecti, aliter non reuocantis:quo casu præ-

24 in suo cõs.70.in fi.visis & ponderatis. Et licet†p̃tẽdat̃ allegata ignorantia banni p̃fati. q̃ allegari non põt ex p̃missis. attñ non poterat nec dẽbat admitti. Ita in particulari tenet Roff.Beneu.in rub.vt si quis ius dic.nõ obtẽ. refert & sequitur Affl.in const.regni,si quis hominem. Quo vero ad q̃ntũ dubiũ,in stãdũ sit verbis prolatis in bãno ꝓmulgato nomine illust.domini Proregis,nec non,& ipsius mag.cur.Vic. inquantum in eo continetur ꝙ de ordinatione , & mãdato eiusdem illustr.dñi Proregis promulgabatur,& cũ illis clausulis in eodem banno contentis , credendum sit eidẽ mag. cur.ita asserenti:& certe prima facie vr̃ dicendum,ꝙ nõ:cũ
25 de mãdato†sup̃ioris,qñ videret̃ irrõnabile , reqrit̃ ꝙ appareat scriptura.auth.licet vni.vbi Bar.& doc. C.de mãd.prin. & not.Bar.in l.vni.per illũ tex. C.de sup indi.lib. 10. maxi-
26 me, q̃a†officiali nõ est credendum in graue p̃iudicium alterius:vt no.Bar.in l.diuus, ff.de cust.reo. Alex.in cõs.75.videtur in p̃nti consultatione,in 5.vol.dec.in consi. 44.1.vol. in casu ad me transmisso. Attñ dico, ꝙ ibi superior esset in loco,in quo officialis asserit sibi aliquid ab eo commissum
27 irrõnabile,seu sic†ordinatũ.vt faceret, ex quo is,cõtra quẽ officialis ita decernit, posset de facili adire sup̃iorẽ , & se ab eo certiorare, eo casu credẽdũ erit officiali præfato: secus,si princeps,seu sup̃ior esset abñs à loco:q̃a tũc non staret eius dicto sed reqreretur scriptura.Ita dixit pulchre Spe. in ti.de ꝓb.§.videndum.in ver.auditorib.refert & seqtur Ro.de quo iuris lætat̃,in l.sciẽdũ,ff de verb.ob.allegans pro hoc casum in §.q̃a vero.in auth. vt litigat̃. & idẽ consuluit Lud.in suo
consil.

cons.99.licet nõ ita pulchre.ad discutiendũ veritatem refert & seqtur Iac.de May.in l.ex quacunq;, ff.si qs in ius voc.nõ ie.idem sequitur Bol. Lud. licet de pmissis nihil alleget in rep.extrauag.Theod.in 8.par.vers.dominus, vel Potestas, & ita aliàs in facti cõtingentia allegando obtinui, vt dixi in consilijs meis criminalib.not. 54. in cã sindicatus, & tanto
28 magis,cũ nedũ vnus officialis id asseruerit, vt in casu † de quo agit, sed multi.& q̃plures officiales, vt fuit excell. dñs regẽs magnã curiam,& tres ex quatuor magn. iudiciũ eiusdem magnæ cur.vt apparet ex eorũdẽ propriarum manuũ subscriptione in calce banni præfati, & licet forte dubitari cõtigat,si stãdũ foret subscriptioni vnius iudicis, seu eius assertioni in piudicialib.nisi quantum constet ex actis: attñ duob.iudicib.stãdũ est:vt in c.statuẽdũ,2.q.6.& citat Spec.in tit.de sen.§.iuxta.ver.sed pone,& Cyn.in l.nec in arbi. C.de arb.& firmat Luc.de pen.in l.1.C.de cur.& stat.lib.12. Quo vero ad sextum,& vltimũ dubiũ,an pẽdente appellatione in sacro cõs.ad supplicationẽ præfati inquisiti, potuerit magn. Regens pcedere ad executionẽ banni pfati, & successiue voti magnæ curiæ sup eiusdẽ banni executione? Et p pñtis dubij dilucidatione,psupponendũ est in facto,q oblata primo loco supplicatione in sacro cõs. nomine ipsius inquisiti, & cõmissa domino Galleoto Fõseca:cũ clausula, q nõ existẽte ipso inquisito cõuicto,& cõfesso puideret, q magnificus commissarius,psentiens eũdẽ conuictum,& cõfessum,minime prouisionẽ aliq̃ expedire curauit, cũ nomine appellantis nullibi appareat fuisse instititum sup aliqua expeditione, qa si conformis appellationi seu decretationi in ea cõtẽte non
29 fuisset ad ppositũ appellãtis,ex † quo confessus,& cõuictus, put erat inq̃situs iste,erat exclusus à bñficio appellandi, per tex.in l.2.cũ vulg.C.quorũ app.nõ recip. & pulchre Ro.qui multa cumulat in suo cõs.636.de iur.ciu.ex quo vltra, q. sit notorie conuictus,tanq̃ in altiori fenestra alienę domus cũ scalis funeis existens,per curiam ibi repertus,& captus, put
30 † etiam vltra testes ipsemet inquisitus confessus est: per quã confessionẽ fit notorie criminosus,vt inquit Bal.in l. à pro-
31 cedente,C.de dil.& notorie † criminoso interdicere appellatio, per text.in l. const. secundum vnum intellectum. & ibi
Bar.

Bar.ff.de appell. Canonistæ in c.cũ sit Ro.de appell.in 6.vbi est tex.ad hoc.& in c.peruenit.& in c.consuluit,de app.& di
32 cit Io.And.in d.c.Rom.in vers.si autem,ꝙ sponte† cofessus nõ appellat,& iudex minime debet eius appellationi defer re:imò statim in cã criminali dẽt exequi suam sententiam. ꝑ d. l. quæstionibus de appell.qđ maxime procedit in casu, de quo agitur.cum inquisitus ipse repertus fuerit†in flagrãti repertus,& condemnatus,appellare nõ põt:vt inquit Bal.
34 l.1.C.ne ex delic.de fun.†vbi allegat Bar. dicentẽ,ꝙ debet sibi aliquid poni in ore,vt loqui nõ valeat, cui concomit-
35 tatur,quia†iudex non debet pari iurisdictionẽ suã eludi, & ꝙ est notorie iustũ,vł ineptũ,quo casu omnis appellatio in tercisa est.& iõ dicit Bal.in d.l.ꝙ aut sñia ẽ lata in cõuictũ, vel sponte confessum , vel repertum in flagranti crimine, & tunc executio differenda non est, quia appellatio est notorio calumniosa,cui per iudicem debet præcludi via: quia reip.interest,d.l.constit. ff. de appell.l.ita vulneratus, ff.ad l. Aquil.& plus subdit ibi Bal. vers. modo quæro. quòd licet aliàs appellatio supendat ꝓnunciatũ,per l. tale pactum, §.q̃ prouocauit,ff.de pact.tamen quando appellatio appareat ca lumniosa,non ꝑpea est dñia executio, qm̃ tali casu reipub. interest appellationem ipsam nõ admitti. Vñ cum repertus fuerit,& captus in flagranti,& sic notorie in crimine, & cõtra deuetum,& vltra testes subsecuta eius spõtanea, ac notoria confessione, apertissime iã liquet de notorietate delicti,
36 cum†delictũ dicatur ẽt ex actis notoriũ, iunctis probationibus,vt dicit Inn.in c.ex insinuatione.extra de appel.& in c. cum olim.vbi etiam Abb.de verb.sign.Bald.in auth.ad hęc, C.de vsur.& in l.1.C.quomodo, & quando iud. Angel. in l. 2.in fi.C.de temp.appell.& consuluit Paul. de Castr.in con-
37 sil.39.& quidquid in†iudicio probatũ est,dicitur esse notorium:vt not.Ant.de But.in c.fi.6.not.de tẽp. ord.Itẽ cẽtur ẽt notoriũ ex suamet cõfessione in actis apparente,per l. ictus fustium,ff.de inf.& dixit Bald in l.properandum , in fi.C de
38 iud.Et ꝙ confessio†in actis, inducat manifestũ. & notoriũ, consuluit Alex.in cons. 152.viso processu cãæ, vol. 5.& maxime,dum confessus fuit coram magn. Regẽte magnã cur.
39 tempore suæ capturæ † quo casu iudex ex abrupto potest suspen-

& vltimo supplicio dare confitentem coram se:vt dicit Andræ. de Isern. in constitu. pœn m eorum, nam facti atrocitas multa permittit, quæ alias non permittuntur, per not. in l.prætor edixit, §. Præterea, & fin. de iniu. vbi Bartol. in l. respiciendum,§.furta,& §.si dicatur, de pœn. sequitur Par de Put.in suo trac.synd.ver.latro cum fama. vbi subdit,maximè hoc procedere,dum sit causa publicæ vtilitatis, ꝙ maxime procedit in casu præsenti,dum minori spatio tẽporis duorum mensium fuerunt scalatę 24.domus, & etiam monasteria intus ciuitatem Neap. & plures nobiles interuenerunt,vt liquet publice ex actis,& informationib.eiusdem
40 magnæ cur.vnde sic apparente delicto † notorio, non poterat appellari:sed debebāt exequi contra ipsum ante lapsum decendij,ꝙ maxime fieri potuit,cum simus in notorio confesso,& testib.conuicto:vt 2.q.6.c. sunt autem. Ita dicit Spe. in tit. de exec. sen. sub rub. post quod tempus sententia sit
41 executioni demandanda.nam † ex notorio resultat, ꝙ iudex non debet pati iudicium agitari, seu causam in iudiciū deduci:c.quoniam,extra de filijs præsb.Io.And. & doc.in c. j.de litis contest.in 6.Abb.Pan. in c. exceptionem. de excep. Alex.in l.eum,qui ita.de verb.obl.& in l.nam, & postea, in prin.ff.de iureiu.& hoc cum in notorijs ordo sit,ordinem nō seruare:secundum Bal.in c.ad nostrum,l.3. extra de iureiur.
42 hoc voluit Abb.in c.super his.extra de pœn.ꝙ † in delicto notorio iudex potest mandare pœnā imponi reo, & exequi absq; alia condēnatione & subdit ita tenere Inn.in c. ex parte el j.de verb.sign.Abb.in d.c. ad nostram. extrà de iureiur.
43 Barb.in c.euidentia.in fi.de accu. maximè contra † repertū in flagranti,pōt incipi ab executione,vt dicit Pau. de Ca. in l.nullā,C.ex qb.caus.inf.irrog.qa vt dicit Inn. in d.c.ex par-
44 te,el j.ꝙ † in notorijs iudicis ꝓnunciatio nō est ꝓprie snīa, sed qdā iuris exec.refert ēt & sequit Ro.in cōs.324.in ꝓposi
45 ta cōsultatione,ver.secūda qdē & hoc † p illā eandē rōnē,qa in notoriis nō requirit iuris ordo:p tex in c.q̄ Lotharius,2. q.1.Bal.in l.p̄sbri,C.de epis.& cl.& ī l.ea qdē,C.de acc.Imo. ī c.fi.extra de cohab.cl.& mu li.Alex.in l.emptorē, ff. de act. emp.& ī l.2.§.si publ.de adul.Bal.ī l.j.C.de iud.Pet.de Anc.ī cōs.197.subtiliter,& ad plenū.& ibi subdit.ꝙ ī notorijs ordo

iuris relaxat allegat,c.1.de elect.& in c.ad nram.de iureiur. Idē tenet Fely.in c.eccles.S.Mariæ,extra de const.& sequitur Mar.in rub.de prob.nu.217.vers.p quib. facit. & iō si iudex hoc facere,pōt,multo fortius potuit illustris. Proies in bāno promulgato mandare,prout mandauit:qđ quidem satis fuit
46 conforme iuri cōi vt liquet † ex pmissis, maxime, cū reper tus,in flagranti,possit absque processu cōdemnari,vt pulchre firmat Criminalista Mars.in l.vnius,§.cogniturū,ff.de quęs. vbi allegat et Alex.ita consuluisse in cons.275.viso themate.firmat Velleian.in suo tract.banni.in 3.parte 2.tēp.in qō. 56.& faciunt dicta per Ang.in tract. male.uer.che mi hai adulterata la mia donna.refert,& sequitur Mars.in rep.l.vni.
47 C.de rap. virg. & sic † eum repertus fuerit in flag anti, & delicto notorio,iustis.successit pœnæ impositio absq. ord.iu-
48 dic.† nam in causis criminalibus proceditur ad instar ciui-
49 lium,l absentem, ff. de pœn.sed † qn in causa ciuili constat de veritate rei,non curantur solennitates, nec curatur ordo iuris,sed fit executio,non obstante illorū ptermissione, per tex.in l.fi.ff.qđ metus cā. ita in particulari firmat Mar si. in sua pract.causarū crim.in §.2.ergo,& eodē modo dicendum est in casu pnti,postq̄ liquet de veritate, ꝙ inquisitus repertus fuerit cum scalis de nocte in fenestra alienæ domus, adstans captus per curiam,non attentis alijs iuris solennitatibus,legitime docuit exequi contra eundem,prout executum
50 fuit.Nec debebat aliter sibi concedi defensio, † quia licet in criminalibus defensio colli non possit, vt in cl.pastor.de re iud.cum sit de iure naturali:vt dicit Bal.in l.vt vim,ff.de iust.
51 & iur.nam iuris † naturæ est, vt in crimine quis se defendi tur per fas,& nefas,& naturalis est viuendi dulcedo: arg. l q cum maior.§.1.de bon.lib.scdm eū,in l.1.C.qui accus. non pos.& in l.si quis non dicam rapere,C.de episc.& cler.& præ sertim,vbi agitur de pœna sanguinis, quia huic defensioni,
52 nec † imperator,nec papa derogare potest, per supradictam
53 clemen.pastor. & iccirco vnicuiq. debet dai terminus † ad suas defensiones faciendum,nisi sit deprehensus inflagranti, l.tertia.§.si ad diem, ff. de re milit.quia contra notorium a-
54 ctum † nulla defensio cadere potest. Ita formaliter Paris de Put.in suo tract.sind.in ver.condemnatio,in tit. an Potestas
in

in eo.tract.find.ad quod allegat Bal.in l.1.C.qui accusa. non poss.& in l si quis non dicam rapere supra allegato refert, &
55 sequitur Mars.in d.repetitio.l.vnicæ, C.de rap.vir.& q † in notorijs non requiratur ordo iuris,intm q iudex in modo procedendi pōt iura transgredi,tenet Par.de Put.in trac.fin. in ver.pceptum,cum in istis notorijs cesset solennitas iuris,
56 nec est necesse,q tali ita deliquenti detur copia repertorum vt supra dictum est.Nec si non seruetur solennitas, aut ordo potest dici de nullitate,vt plenè dicit Ang. in suo tract.male, in ver.valet,per modum notorij,cum in similib.notorijs or-
57 do sit ordinem non seruare,sed executiuæ procedi, & absq. condemnatione aliqua, vt pulchre supradcm̄ est, & late per Mars.in d.rubr.de prob.& pulchre Fel.in c. euidentia : de ac cu.in c.suscit tus,de resc.& in c.cum non ab homine, de iu. vbi etiam multa dicit, & signanter contra notorium delin-
58 quentem† non requiri citationem,nec eidem dari terminum ad se defendendum,secundum Gem.in c.ordinarij.§.1. de off.ord.in 6.And.de Iser.in c.sancimus,quo tpe miles, in vē.feud.Mars.in sua pract.crim.in vers.aggredior, nu. 125.& etiam in §.examinanda.nu.7.& in uer.aggredior,num. 134.
59 vbi subdit † quòd non requiritur causæ cognitio, nec citatio,nec solennitas sententiæ. Et quòd in eis incipi possit ab executione, idem refert & sequitur per multa ex præmissis,excellens doc. Parisius dign. Card. nouissime creatus, in suo consil.147.volum. quarto, vidi allegationes,& consilia praeclarissimi doct. Nec inconuenit, quòd per dictum bannum fuerit prouisum, quòd illico absque solemnitate, seu aliquo processu,aut actis,talis pœna in eo apposita, exequeretur contra huiusmodi facinorosos, quia etiam de iure
60 quando delictum est plenè probatum † per testes,& per con fessionem propriam,& capturam personæ in flagranti, pōt subsequi condemnatio,nec requiritur eiusdem delicti confessio,aut ratificatio:per tex.in l.qui sniam.& ibi docto.C.de pœn.in spē Bal.in terminis in c.ad nostrā.p illum tex. extra de pb.circa fi.idē Bal.in l.1.in fi.C.de iur.cal. Alex.in l.vnius §.reus de qō.Moder.Senen.in eorum trac.de ind.& tor.Bart. vero in suo.cōs.32.quidā rustici.& pulchre Mar.in dicta sua pract.in §.qm̄,num.30.imò nihil obstat,q non ratificauerit
 nam

61 nã non ſemper† requirit ratificatio, imò interdũ nõ eſt neceſſaria confeſſio rei, ad hoc vt poſſit condemnari de delicto, vt quando aduerſus ipm exiſterẽt plenè ꝓbationes delicti, qa tũc abſq; eius confeſſione, aut ratificatione põt ſeq cõdẽnatio, ꝑ ſupradictam, l. q ſniam, de pœ. vbi aptiſſime ꝓbatur. & ibi ẽt ꝑ doc. de qbus ẽt ꝑ Marſ. in d. §. qm̃. & demũ reperi pulcherrime cõſuluiſſe Alex. in ſuo cõſ. 19. vol. 7. Or tanto magis dicendũ eſt fuiſſe bene executum contra pfatũ inquiſitũ, & tanq̃ confeſſum, nedũ conuictu, cũ eo caſu, vt pdixi allegãdo Bal. in d. l. à ꝓcedente, delictum dicat notorium, ꝑ ea, q̃ hñr per Bal. in rub. de pac. & vbi quis confitet

62 † delictũ, eſt confeſtim condemnandus, vt dicit Bal. in l. 2. C. de cuſt. reo. hinc dixit Bald. in l. ſi ita vulneratus, ff. ad l.

63 Aquil. ꝙ vbi apparet† de crimine cõmiſſo, & ꝑ quẽ iudices debẽt eſſe ꝓni ad puniendũ, nec debẽt ponderare oẽs iuris ſolẽnitates. quia fauor publicæ diſciplinæ ſuadet, vt malefi-

64 cia puniri debeat, maxime† qa dum qs ſpõte confitetur delictũ, non præſumitur in ſe mẽtiri, vt dicit Io. And. in c. Romana, §. ſi autem, de appel. in 6. hinc dixit Bal. in l. vnica, C. de confeſ. verſ. ſequitur videre, quando confeſſio incipit à tor-

65 mentis, ꝙ† in dubio confeſſio facta à reo in cauſa criminali, præſumitur vera, & ſponte facta, & conſcientia perpetrati

66 ſceleris, q̃a nemo† præſumitur ita fatuus, vt in ſeipſum mẽtiatur. refert, & ſequitur Alex. in conſil. 19. vol. 5. & ibi ſubdit in præcedenti, ꝙ ſi ordo aliquis iudiciarius regulariter fuiſſet neceſſarius, iuxta c. 1. de acc. in 6. iuxta notata ꝑ doc. in c. qualiter, & qñ de acc. nulla clarior ẽſt probatio, quã illa quæ ex propria confeſſione ſpontanea reſultat, q̃ notoriũ inducit, per c. fi. de cohab. cler. & mul. & l. fi. C. de fideicõ & l. generaliter, §. & ſiquidem, C. de reb. cred. & l. generaliter, C. de non numerata pecun. nam vbi de delicto, † & per-

67 ſona delinquentis conſtat ſpecifice per propriam confeſſionem factam abſq; tormentis, vel metu ipſorum, iuxta not. per Bar. in l. 1. §. Diuus, cũ ſimi. ff. de q̃ő quo caſu etiam ſi

68 regulariter aliquis ordo iudiciarius † fuiſſet neceſſarius in proceſſu inquiſitionis. tamen iſto caſu vbi adeſt confeſſio non eſt neceſſarius, per d. c. 1. de accuſ. ita ad literam. Alex. in d. conſilio 19. vbi ſupra. Hinc dixit ſatis ad propoſitum

Bal.

69 Bal.in c.quoniam contra. extra de prob.ꝙ dũ †delinquens instat ad defensam, vt res protrahatur, debet interfici, & postea inquiri. Idẽ refert pulchre, & sequitur Fel.in c. pastoralis, §.quia vero, extra de off.deleg. Præterea posset non rugato supercilio in super attentari, ꝙ vltra ꝙ fuerit inquisitus ipse in flagranti repertus, & testibus conuictus, & cõfessus, & captus, apparebat nullas defensiones competere, vnde successerat quod dixit Bald.in l.vt vim, ff.de iust.& iur.per l.
70 de crimine, ff.de adul.ꝙ vbi†quis caret defensione, non est aliter citandus. Idẽ Bal.in l.iubemus, C.de defens. ciu. & in
71 authen.sed nouo iure, C.de ser.fug.& ideo†nõ est de necessitate citandus ille, cui certum est defensionem non competere.& firmat Fel.in c.cũ olim.in fi. de re iud allegat idem voluisse gl & ibi Abb.post alios, & Ant.de But. in ca. ex insinuatione.circa fin.extra de appell. Hinc est, ꝙ quando ap-
72 paret†parti minime defensionem competere, valet sententia lata absente parte etiam non citata. Bartol.in l.2. §.si de frumentaria, ff.de admin.rerũ ad ciu. pertin. sequit Abb. in c.ex insinuatione.extra de appel.& in c.1.extra de causa poss.& propr.& in c.cum olim.de re iud.& in c.causam, quę. post Ant.de Butr.de rescr. Alex. in l.si pacto, quo pœnam de
73 pac.& ideo consuluit Ro.in cons.222.ꝙ in†actu faciendo non requiritur citatio illius, qui citatus nõ posset actui cotradicere, per tex.in l.cum seruum, §.si quis seruum. ibi, ut si præsens esset, & §.ex iusta.ibi, non esse vocati, ff.de fideicõ. liber.per tex.in l.recusare, ff.ad Treb.& ideo vbi constat defensionem non competere, nõ requiritur citatio, c.fi.de off. deleg.in 6. Inn.in c.tua.in versic.notorium extra. de cohab. cler & mulie.Pan. in c.cum olim.uers.nota singulariter hic. extra de iud.& Phil.Fran.in c.ex insinuatione de appellat. Suffragatur præmissis, ꝙ vbi delictum est probatũ, ꝑut hic, ꝑ testes, ꝑ ꝓpriã confessionẽ, & in flagranti reptũ, nõ est curãdũ de apicibus, & solẽnitatib. iuris: vt dicit Bal.in sua famosa disput.accusatus de vi turbatiua. Io.Lup.in repe.c.per vras.vers.ampliabis tertio.de dõ.inter virũ, & vxo. maxime.
74 quia effectus attendi†debet in condemnationibus, vt dicit Specul.in tit.de exec.sententiæ, §. 2.versic. quid ergo. & vbi
75 habemus†effectum, non curamus de modo, quia effectus

magis inſpicitur,q̃ modus l.3.& ibi Bal.C.de inſt.& ſubſti.& in l.humanitatis.3.opp.C.de impub.& alijs ſubſt.& in l.quoties,§.ſi quis nomen.& ibi Ioan.de Imo.ff.de hæreti.inſtitu. & inſuper aduertendum,minime dici poſſe,ꝙ inquiſitus ipſe appellauerit,& hoc tam ex iuris diſpoſitione,quam regiæ nouellæ prag.incipien.nam appel.Nam appellatio aliqua nõ inuenitur interpoſita in magna curia,in qua interponenda
76 erat;cum † non ſubſiſtente aliqua cauſa iuſta appellatio interponi debeat coram iudice,à quo appellatur in eius penitantia,ſi haberi poteſt,non autem in eius abſentia, alias appellatio ipſa eſt nulla. Tex.eſt in c. ſi iuſtus.de appel. vbi ita demum procedit appellatio in abſentia iudicis, quando ſubeſt iuſtus metus.ergo abſq; iuſta cauſa appellatio in abſtinentia iudicis foret nulla.Idem clarius per tex.præfatum tenet gl.in c.ſuggeſtum in vlt.oppo.de appel.& in c.appell. eo. ti.in 6.Et ꝙ appellatio omnino eſt proponenda coram iudice à quo,eſt tex.in c.ut debitus.de appel.& clarius probat textus in c.alias,§.biduum,2.q.6.& in l.2.§.dies. ff. quando appellan.ſit.vbi expreſſe dicitur,ꝙſi poteſt haberi copia iudicis, in eius præſentia eſt appellandum. Idem uoluit gl. in cl.1. in ver.maiori.eo.tit.vbi ſatis probatur per illum tex.& ſequitur ibi Imol.in princ.& idem reperio tenere Inno.in d.cap.
77 ſi iuſtus ſubdens † ꝙ talis appellatio foret nulla, & ſequitur Bal.in l.apertiſſimi,C.de iud.Panor.in d.c.ſuggeſtũ.vbi pulchre,& ſequitur Imol.in d.c.ſi iuſtus idem ſecuti ſunt domini de Rota in deci.366.Idem ſi appelletur a diffinitiua. Et ꝙ alias non teneret apppellatio,item firmat Gem.in d.c.appel. & Lupus in ſua allega. 39.& tenuit conſulendo Ange.in ſuo conſ.126.viſis omnibus.Or tanto magis in notorio crimino ſo in flagranti reperto,† quia licet ſcd̃m vnam opinionẽ, & claudicantẽ non poſſit appellare,tñ intelligitur illa opi. quo
78 ad hoc,ut iudex appellationis cognoſcere poſſit de ipſa appellatione an ſit.admittenda,vel ne,per not.in c.paſtoralis, de appel.& per gl.in uet.oneramus in cl.1.de iure patr. non autẽ quo ad hoc,ut iudex a quo,teneat̃ deferre, & ſupſedere executioni,quia talis appellatio eius iuriſdictionẽ non ſuſpẽdit,ut tenet gl.in c.Romana.§.ſi aũt.& ibi Phil.Frã. extra de appe.q̃ ibi ſubdit,ꝙ iudex ad quẽ,nõ teneẽ talẽ appellationẽ

rec/-

recipere,nec inhibere,nisi iusta cã allegetur, & pariter ex dispõne regię nouellę pragmaticę editę tẽpore Regis catholici gloriosæ memoriæ,sancitum apparet minime appellationẽ ipsam subsistere posse,non seruato ordine ipsius pragmaticę qua inhibetur omnibus tribunalib.regni,ne appellationem
79 † tam à diffinitiuis, q̃ interlocutorijs admittere debeant, nec inhibere,nisi appellantes coram ipsis superioribus iudicibus appellationum comparuerint,cum eorum authenticis appellationibus,& cum literis dimissorijs,seu refutatorijs,vt cum dictarũ literarũ, seu epistolarũ legitima productione, cũ expressione termini iudiciũ à quo,in quib.cãs delationis, apponãt,vel refutatiõis,ea rõe,vt illis visis à iudicib.ad quos possint opportune matureque discernere,an appellationes ipsæ admittendæ fuerint?& iudicibus à quo,inhibendum. Præterea,ex alio magnificus regens magnam curiam, appellationem prçfatam interpositã forte admittere nõ tenebat, qa vltra ꝙ bannum prolatum de mandato illustris.domini pro regis erat executiuũ,& sub certa forma limitatum, prout ex eius tenore liquet, inquisitus ipse repertus, & captus in fla-
80 granti,† ẽt circumscripto banno, potuisset de facto statim puniri per gl.not.in l.ictus fustium,ff.de inf.scd̃m Bal.in d.l. vt uim,quem refert,& sequitur Rom.in repe.rub.de arb.An. de Iser.in const.regni. humanitate.Paris de Put.in suo trac. sind.in uer.confessio,cap.an Potestas,qui missis. Idem tenet Ias.in l.pactũ inter hæredem,ff.de pact.& dicimus in simili. si fiat bannum,vt deprehensus cum armis torqueatur, poterit id iudex exequi,absq; aliqua sñia,vt dicit And.in d. consti.humanitate,& sequitur Paris de Put.in d.suo trac.sin.uer. iudex nu.4.in paruo vol.qd̃ maxime procedit, cum depræhensus fuit in delicto,& deprehensio in crimine,inducit notorietatẽ ipsius criminis,vt dicit gl.in c.cũ nõ ab hoĩe,extra de iudicib. & deprehensio in crimine, inducit probationem,leg. raptorem, C.de episcop.& cleri.l. final.& l. si fugit C de modo mulctarum. Præmissis itaque præsuppositis, & quæ de iuris censura inconuincibiliter procedunt, nec aliter dici, ant excogitari posse arbitror, attamen vt canino,debente,ac uoce latrantibus aduersus ius dicentibus, omne inter ferẽ male dicendi,ac male cogitandi penitus, &

omnino promptum appareat, dato absq; veri præiudicio, quod nō ita solēniter, prout in cæteris criminib. cōsueuit, processum fuerit, est aduertēdum fuisse processum ad executionē bāni, quod precedente mandato illustrissimi Proregis promulgatū fuerat, quod quidē bannum, prout iuri cōmuni cōforme, quilibet inferior iudex promulgare potuisset, stāte præfati delicti frequentia: vt supra pulchre in iure deductū est, & in facto ex actis, & probationib. demonstratur, & tñ quando absque veri praeiu dicio aliter esset, prout non est, nōne miles Ptātis qui iussit aliquē decapitari, & iniuste, † cuius contrariā est in casu pñti,
81 in quo iustissime executū fuit, attñ miles ipse nō tenet, quia mandatum Potestatis in forma iustitiæ ipm tuet, argu. no. per Dy. in regula quod quis, de reg. iur. in 6. & in l. vtrum. de parric. & sic si Ptās mandauit bānum pfatū ita fieri, & essemus in casu nō licito, prout licitissimum fuit, teneret eo casu Ptās,
82 † & nō ille, cui mādauit, prout fuit in facto Florētię. Ita dixit Bal. in l. recusāt. famil. ercisc. & ex hoc fuit laceratus processus in curia potestatis, seu executoris Florētię, quia cōcludebat, quod fuerat mandato superioris, secundum Bal. ibi, & pro hoc bene facit. l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniu. vbi dicit Ang. quod officialis Potestatis, seu aliquis de sua familia, si facit aliquid iniuste de mandato rectoris, non tenetur, sed tenebitur rector ipse mandans, & dicit ibi esse casum. Idem deciditur in l. non videtur, qui iussu in gl. magna, ff. de reg. iur. & citat Cataldi. de bon. compagnis, in suo trac. sind. in vers. adde quod si pote-
83 stas. nam vbi † iussus superioris procedit, ibi necessitas seruilis præsumitur, l. liber. ff. de her. inst. l. ām qui natura, §. si quis liber. ff. de neg. gest. nam ex iussu superioris fieri præsumitur ex necessitate, & non de mero liberō arbitrio: arg. gl. in l. 1. §. quæ bona. quarum rerum actio non datur, & ideo dixit Bal. in l. qui liberum, §. qui iussu de infami. quod excusabitur miles, qui aliquid fecit, & iniustę de mandato sui superioris, & in
84 l. si quis, ff. ad Sylla. dicit, † quod iussus magistratus excusat. idē tenet Ang. in d. §. qui iussu, aliàs §. excusatur, in ead. l. † quòd si potestas mandat alicui de familia, ut torqueat aliquem in casu illicito, quòd licet teneatur mandans, non tenebit mādatarius, qui id fecit, vt executor. ita dicit Dy. in regula, si quis mandatum, in 6. & pulchre Paris de Put. in suo tract. sind. versic.

versic.potestas,in paruo vol.nu.6. Et in tantum hoc est verũ,
86 quòd† si officialis habens arbitrium,procederet virtute mã
dati superioris,statuentis sibi certam formam mandati præcisam,non intelligitur vsus arbitrio,sed mandato,& sic non grauauit ipse,sed qui mãdauit:arg.de arb.l.qualem 2. respõ. & l.vnũ ex familia,§.1.ff.de leg.2.& in c.nouit.extra, de appel.Idem refert,& sequitur Paris de Put. in d. suo trac. sind.
87 in vers.arbitrium.nu.7.suffragatur præmissis quòd† qui aliũ interimeret iussu regis,puniri non posset, vt in Longob. de mor.9.l.1.ar3.ff.qđ vi aut clam,§.fi.& in l.quoniam autem.
98 fami.herc.& in l.si pig.ff.de euic.nam† necessitas officij excusat.l.tutorem,1.rñ.ff.de his,quib. vt indig.l.seruus cõmunis,§.quod vero.ff. de fur.l.similiter,§.1.ff. rerum. amot. ita dicit Gand.in suo tract.malefi.in tit.de pœ.reo.Ex quibus patet sanctissime fuisse prouisum per bannum præfatum;mãdante illustr.domino Prorege,& iuri communi conforme, & successiue iustissime executum per excellentem regentẽ magn.curiæ Vic.habito voto magnificorum iudicum super puncto præfato:& non prout mordaci lingua per curiosos & minus cõsiderantes,in contrarium murmurabatur, & nõ absque animi passione non modica,quæ plerunque virtutis lumen excæcare non desinit.

1 *Reipublicæ interest scire spurium,& nonnullos alios defectus hominum.*

2 *Iniuriarum actione tenetur dicens alicui, tu es cæcus,seu claudus. Sed si diceret:tu su sti mercatus seu mitratus pro falso,vel es spurius, si est verum,non tenetur.*

5 *Prouocatus si facit,vel dicit iniuriam prouocanti,non tenetur iniuriarum actione , quia videtur potius ex cã sui iuris conseruandi facere,quàm iniurandi.nu 4.*

5 *Prouocare semper dicitur , qui primo cæpit iniuriare.*

6 *Talis præsumitur animus,qualia sunt facta,vel verba.*

7 *Infamiam vel defectus alterius quis detegere non debet sine causa.*

8 *Detegens delictum alterius malo animo,punitur.*

9 *Dictum vel factum si in se sit malum, voluntas tamen iniurandi absit,iniuriarum actio cessat.*

10 *Iniuriarũ actione tenetur,vocãs aliquem spurium,licet spurius sit.*

11 *Iniu-*

11 *Iniuriam actione potest ciuiliter, & criminaliter agit videlicet, actione iniuriarum pratoria, tamen requiritur libellus, & aestimatio iniuriae.*

12 *Pro verbis iniuriosis virtute cap. Reginae Ioannae, incipientis, statuentes in ciuitate. Neap. non potest ex officio procedi ad denunciationem patris, & pariter in regno est stylus Cancellariae, quod in priuatis delictis non procedatur ex officio denunciatam partis, sed in publicis sic siue sit facta denunciatio siue non.*

13 *Iniuria non fit volenti, & ideo agere non potest, non tamen tollitur quin iudex pro publico interesse agere possit.*

DECISIO XXXVII.

MAgnificus Carolus Mormilis nobilis Neapolitanus de sedili portus, dum verba faceret cum nobile Leonardo de Ligorio de eodem sedili, super voce electionis cuiusdam alterius nobilis ad exercitum certi officij, in quo cõcursus, & voluntas vtriusq. requirebat cum caeteris nobilib. eiusdem sedilis, praefatus Leona. impertinenter locutus, & eidem respondendo dixit, ꝙ ipse Leonardus erat ita bonus hõ, sicut & ipse Carolus. quod Carolus praefatus aegre ferens mentitus fuit eundem Leonardum sibi dicendo cholerice, ꝙ mentiebatur pergulam ex quo Leonardus ipse erat spurius, & filius cuiusdam pedissequae meretricis mandauitq. insup quibusdã suis seruitoribus, ac domesticis ibidem coram ipso extantib. vt ipsum Leonardum interimerent, licet se demum poenituerit, & eos prohibuerit, ne id exequerentur. Haesitarũ fuit in magna curia, an Carolus ipse veniret ex praemissis plectendus, & qua poena: & certe prima consideratione videbatur dicendum, ꝙ nullam poenam incurerit, cum docuerit Leonardum ipm natum spurium, ex adulterio eius pris cũ quadã eius famula, matre eiusdẽ Leo. cõstante matrimonio cum alia vxore pmortua: & sic cũ in rei veritate ortus fuisse spurius, videbat dicendũ, pfatũ Carolũ minime alicui poenę
1 obnoxium, cũ interfit reip. scire † spuriũ, & nonnullos alios defectus hoĩs: vt in spẽ dixit Bar. & post eum Ang. in l. eum qui nocẽtẽ. ff. de iniu. & in l. q oĩa, ff. de pcu. dũ magistraliter dicunt,

cunt, ꝙ si non expediret reip. talia, quę ob iniuriã dñr, manifestare, deberet ꝓferens tales iniurias, puniri verbi gratia. d.
2 Bart. & Ang. aliquis tibi dicit: tu es † cæcus, vel claudus, tūc actione iniuriam teneretur, quia reip. non interest. Sed si dixi, tu fuisti mercatus, seu mitratus pro falso, uel es spurius: certe puto, ꝙ si diceret verum, nõ teneretur, q̃a inter est reip. vt infamia illius manifesteretur, ne admittatur ad testimoniũ. Itē, ne spurius admittatur ad dignitates, quarum non est capax. & remittit se ad notata p̃ tex. in l. si non conuitij 8. q. C. eo. ti. & sic Carol. ipse reputans, se iniuriarum à præfato Leo. asserente se esse bonum hoīem, & sicut & ipse Caro. erat
3 videtur à pręfato Leonardo prouocatus vñ † succedit, ꝙ dũ ꝓuocatus, facit, vel dicit iniuriã ꝓuocanti, non tenetur actione iniuriarũ, sed parcitur illi, qui vlciscitur prouocatus, l. qui cum maior. §. libertus, ff. de bonis libertorum. nam prouoca-
4 tus † p̃sumitur cã defensionis & sui iuris conseruandi facere, potius q̃ faciendi iniuriam, arg. l. merito. ff. ꝓ socio secũdũ Old. in cons. suo, an fratres, & no. Bal. in l. 1. C. vnde vi. Specu. in tit. de act. §. 1. ver. quid si te vocaui. & firmat Luc. de Pen. in erant, C. de cast. pecul. lib. 12. in 5. q. & sp qui primo cœpit in
5 iuriari, † dicitur prouocator, arg. l. 1. §. cũ arietes. ff. si quadr. paup. fecisse dica. & in l. scientia, §. q cum aliter. ff. ad l. Aqui. & no. Bal. in l. 1. C. vnde vi. Sed prædictis non obstantibus dico, ꝙ actio iniuriarum non datur, nisi cõtra illum, qui aīum iniuriãdi habuit. l. si non conuitij, C. de iniu. & aīus ꝓbabi-
6 tur præsumptione verbi, vel facti. talis. n. † aīus præsumitur qualia sunt verba, vel facta, l. Labeo. ff. de suppe. leg. §. scire, ff. tut. & cura. da. ab his. §. reprehendenda cum vulg. ff. de inst. & subst. & sic sine cã iniuriosum, aut conuitiosum verbum ꝓfertur. vt in rixa, ꝓut in p̃nti casu: & sic iniuriam dicam: & tunc ēt si sit verum conuitium vel iniuria, tenebitur dicens illud, iniuriarũ actione: siue ꝓueniat ex culpa, siue sine culpa illius, cõtra quē ꝓfertur: q̃a adest iniuriandi aīus: qđ est substãtiale in iniuriarũ actione: cum iniuria ex affectu facientis cõstat: vt in l. illud, §. 1. ff de iniur. & in d. l. si nõ conuitij. Nec vr̃ subsistere, ꝙ si vera sit iniuria, aut cõuitium dcñ eximatꝰ qs ab actione iniuriarũ. arg. l q̃squis, C. de postu. & l. iustissimos, C. đ off. rec. ꝓu. ibi dum dicit si vero voces fuerint p libi

dinem

dinem &c.& sic patet,ꝙ ad hoc,vt quis actione iniuriarum
7 non teneatur,non requiritur veritas conuitij,sed † ꝙ absit libido,vel voluntas iniuriandi:non.n.debet quis alterius infamiam, siue defectus detegere sine causa: defectus enim nostros inhumanum atque iniuriosum est detegere, l.ij.C. quando,& quib.quar.pars,lib.10. licet enim tali casu factũ,
8 vel dictum bonum † sit & vtile in se detegi, si fiat cum malo animo detegendi,detegens punitur,c.retegentes 15.q.5. nam Christum crucifigi,bonum & vtile fuit, quia iõ p hoc redempti sumus,tñ crucifigentes digne puniti sunt,quia male id fecerunt,vt ibi.& pulchre no.in c.j. de collusio. deteg.
9 in gl.super verbo,qualitas:Sic † ergo dicimus non curari, si dictum vel factum sit malum.in se, dumtamen iniuriandi voluntas absit,cum tunc iniuriarum actio non oriatur, d.l. illud,§.j. & sequenti.cum mens,& voluntas magis sit attendenda,q̃ factum,ad hoc,vt quid maleficium dicatur,vt l. diuus,ff.de sica.& l.verum,ff.de fur.& d.l.qui iniuriæ, & dicto §.si quis astrologus,& c.quid inuenisti 14.q.5. & idem consulendo tenet elegans,& subtilis doct. Oldr.in suo cons.52. quem refert,& sequitur formaliter p̃dicta referens Rom. in suo cons.96.super eo,quæ quæritur,subdens se ita intelligere,quæ super hoc tetigerunt Guliel de Cun.& Bald. in l.vlt. ff.quod quisque iuris attamen p̃missa, & alia relata per Roma.in p̃fato suo consilio,fuerunt formaliter furto subtracta p ipsum tacito auctore à Io.And.fonte iuris canon. in ca.1. extra de iniur.& dam.da.& idem vt supra , reperio in particulari tenuisse And.de Iser.& post ipsum Affl.in c.1.§. iniuria,de pace iura.firm.vbi in specie,inquit teneri iniuriarum
10 actione † eum,qui vocat aliquem spurium,licet sit spurius quia non ipse fuit in culpa,sed progenitores sui,cum spurij non sint despiciendi,sed iuuandi,vt dicit gl.in vlt.verbo,q. bus modis naturales effici.sui.& dum ex aliquibus præmissorum tractaretur voto nonnullorum ex iudicibus meis collegis,præfatum Carolum ex præfatis verbis iniuriosis cõdemnari ad exilium triennale,cum facul ate ipum redimẽdi pro vncijs centum de carlenis.dixi id mihi durum vide-
11 ri,& nullatenus posse subsistere de iure : ex † quo licet in actione iniuriarum possit ciuiliter, & criminaliter agi,videlicet

licet actione iniuriarum prætoria, qñ verba iniuriosi proferuntur, iuxta gl. in d.c. 1. §. iniuria tamen, vt ibi, requiritur libellus, & æstimatio iniuriæ: vt in §. in summa. inst. de iniur. & no. Bar. in l. iniuriarum, ff. eo. tit. Criminaliter autem agimus actione iniuriarum officio iudicis, ad partis denunciationem, tunc iudex ex officio imponet pœnam extraord. vel in corpus, vel in pecuniam, applicandam in totum ipsi curiæ, l. fi. ff. de iniu. & d. §. in summa, inst. eod. tit. & fiet condẽnatio habita ratione qualitatis personæ, & iniuriæ: & hoc procederet de iure communi concludendum esse. At in ca-
12 su, de quo agitur, sumus in præsenti regno: imò & in † ciuitate Neap. vbi per c. reginæ Ioannę 2. quod incipit, statuentes sub data anni 1320. non potest pro verbis iniuriosis ex officio procedi ad denunciationem partis. Item & plus in regno præsenti est stylus cancellariæ, vt in priuatis delictis nõ procedatur ex officio ad denunciationem partis, sed in publicis sic: siue sit facta denunciatio, siue non: vt dicit Luc. de Pen. in c. Regis Caroli secundi, quod incipit: cura nobis. idẽ refert, & sequitur Affl. in d.c. 1. §. iniuria. Verum quia vltra verba iniuriosa mandauit eius famulis, vt illum occiderent, adeo q̃ de facili id succedere potuisset, quod quidem iustus & prudens iudex dissimulare non debet, impune prætereundum, licet pars aduersa in semitam rectam dirigere se igno-
13 rauerit: maxime, quia ex vulgata iuris. dispositione † iniuria non violenti, ex quo consensit iniuriæ ideo agere nõ poterit: non tamen tollitur, quominus iudex pro interesse publico agere non possit: vt no. Bar. in l. j. §. vsque adeo in pœnæ, ff. de iniur. per l. qui cœtu, 10. qui vacante, ff. de vi pub. in l. iurisgent. §. si paciscar, ff. de pac. Bar. in l. inter omnes, §. rectè, vers. iuxte hæc quæro, ff. de fur. & firmat Ang. de Aret. in §. 1. inst. ff. de obli. quæ ex deli. nas. in gl. in verbo, fraudulosa. & sic conclusi prę fatum magnificum Carolum condemnandum ad exilium annale extra ciuitatem Neap. & eius districtum, ac etiam extrà eiusdem Caroli castra, & territoria ipsorum: facultate tamen eidem reseruata, redimendi exilium prę fatum pro vncijs 25. de carlenis. & ita temperando cæterorum iudicum sententiam communi voto pronunciatum, paritum, & executum fuit.

Magnifica Lucretia Scagliona de Neap. inquisita p mag. curiam Vic. q̄ venenum porrexit Beatrici Barrensi, suæ olim alumnæ, vt illud assignasset Francisco reposterio magn. Iulii carrafæ, eius olim gnī vt eidē Iulio porrigeret, & necaret, datis prius eidē Francisco scutis tribus, put ipsemet Franci. examinatus deposuit, & hoc p arrha mercedis sibi pmissæ: iuncta insuper depositione Adriani alterius testis quo detecto, & ipsa in fortiam curiæ peruenta, facto insuper experimento. Catuli, qui dum de veneno ptenso admisto pane comedisset, emouit, & infirmus euasit. Hæsitatum igitur fuit an Lucr. ipsa teneatur, & qua pœna: cum venenum ipm non fuerit aliter dcō Iulio porrectum, imò nullum sortitum fuerit effectum, & prima facie videbatur dicendum inficiari mi
1 nime posse non fuisse † puentum ad actum facti, licet remotum: quo casu locus est pœ. extraordinariæ, secundum opin. Vltramontanorum: vt refert Cy. in l. si quis dicam rape, C. de epis. & cle. quā videtur tenere Bart. in l. 1. ff. de extraord. crim. & tenet etiam Ray. magister Bar. in l. qui ea mente, ff. de fur. vnde succedit pœna extraord. arbitrio iudicis: ut in d. l. 1. §. qui puero, & leg. si fugitiui, C. de seruis. fug. & si diceretur, q̄
2 fuit peruentum ad † actum facti, ex quo assignauit: seu porrexit venenum, vt daretur: attñ ex hoc non dicitur puenisse ad actū facti pximū, sed remotū: ex quo tunc dr̄ peruentum ad actū facti pximū qñ qs porrexisset tunc venenū ad bibendum, sed comedendum; licet mors secuta non fuisset. Ita in pticulari tenet cōsulendo dñs Rosell. in suo consil. an dictus Ciccus veris exñtibus. qd̄ consilium hēo ad pęnā in lib. meo
3 diuersorū cōsiliorum ꝑterea, ex solo † mandato ī atrociorib. qs venit extraordinarie puniēdus, & non pœna delicti, quod mandatum est fieri, put tenet Bar. in l. nō solum, §. si mādato
4 ff. de † iniu. p tex. in d. l. 1. de extraor. cri. Itē, q̄ rōne atrocitatis criminis puniaī mādās delictum cōmitti licet delictū nō sequaī, pbat bonus tex. ī c. p humani, & ibi gl. Azo ī uer. mādauerit de homi. in 6. Verū pallegatis nō obstātib. recte intuēti arbitror cōtrariā suiam eē de iure veriorē, cum mādatum

ipsum

datarius venit absoluẽdus,cũ delictũ nõ cõmiserit,ergo &c. Nec militat argm̃ ex casu spali,c.ꝓ humani, de homic.in 6. ibi in vers.mãdauerit.iũcta gl.in quo qs vr ex solo mãdato teneri,qa ibi est spale in assassino,vt ex solo mandato teneatur,licet extraor.vt in l j.ff.de extraor.cri. & sic est casus spãlis imponit pœna spãlis,& spũalis, de qua in pñti casu non agit.Nũc aũt redeũdo ad ꝓpositũ vt sobrietatẽ excedã, dico
10 ꝙ vbi mandatũ † est omissũ exeq,ibi mãdãs puniri nõ dẽt. l.sæpe in fi.ff.de ver.sig.notat in l.si qs id qđ in fi.ff. de iurisd. om.iud.sed hic mandatũ fuit delictũ cõmitti,qđ cõmissũ nõ fuit,ergo mãdans puniri nõ dẽt,ꝓbo p conclusionẽ supradicta:qa vbi nõ est substãtia.i.delictũ,ibi nõ põt esse qualitas. i.mandatũ cõmittendi delictũ:qm̃ qualitas nõ põt esse vbi nõ est aliqua substãtia,sup qua cadit ipsa qualitas,l.eius q in prouincia, ff.si cer.pet.& no.in l.ij.C.de bon. poss. secundũ tab.Nec obst.l.j.ff.de extraor.cri.vbi vr,ꝙ mãdans extraordinarie puniri debeat: qm̃ ibi loquitur in mandante adulterium,& stuprũ,q̃ delicta frequentius committuntur, ergo in plus punitur mãdans.Et ꝙ talia delicta frequẽtius cõmittã-
11 tur,q̃ cætera,notãt doc.ĩ rub.de adul.tũ maximè,quia†adulterij crimen,crimine læsæ maiestatis ꝓximũ & adeo est grauissimũ ꝙ conatus solus in eo punitur, ꝓut cõsuluit Bert.in suo cons.316.vol.2.& cons.169.vol.3.refert & sequit Cas.in cons.Burg.vers.q aũt indicia sint sufficiẽtia ad torturã. Nec dicant Bartolistæ,& ipsum Bar.sequentes, ꝙ istud operetur atrocitas criminis,quia hoc nõ vr oĩno verũ,nec subsistere,
12 nã † furtũ est atrox delictũ,cũ p eũ imponat pœna furcarũ per l.capitaliũ,§.famosos,ff. de pœnis, argũ sumpto ab effectu,qđ est validum,vt notat in l.iij,C.de sum.tri.& fid cath.
13 & in regula iuris,cuius effectus,de reg.iur.& tñ in furto†nõ punit mãdans,nisi furtũ subsequat,vt in l.is qui rẽ,§.si tu Ti
14 tium,& d.l.sæpe licet alibi † pp frequentiã delicti,& nõ pp atrocitatẽ punit mandãs:licet delictũ non sortitũ fuerit effectũ,vt in l.si quis seruus,C.de fur.vel illud iõ,quia persuasor serui ex persuasione punitur,l.j.§.persuadere.ff.de seruo corr. & no.inst.de obl.quæ ex delicto nascunt,in §. ope. secus in alio mandatore,qui non tenetur nec obligatur ex mandato sed ex delicto demum commisso,& potest esse iõ in seruo:

15 quia oẽs serui sunt † fures,& hoc lex considerauit,& de facili corrumpuntur,vt notatur in l.itẽ Iulianus,§.q furẽ, ff. de act.emp.& iõ sua sores serui ad furtũ regulariter,vel irregulariter cõmittendum,ex ipsa suasione puniunt,licet delictũ non fuerit secutum. Et eodẽ mõ rñderi põt ad l.j.ff.de extraor.cri.ꝙ ibi loquitur in sollicitatore pueri,q̃ non habet con siliũ stabile,& iõ recipit tutorẽ,vel curatorem, qui suppleat suum defectum. Item loquitur in sollicitatore mulieris, q̃ ẽt habet aĩum infirmum,& corruptibilem,vt in l. si pr̃.in fi. C. de sponſ. & sic propter infirmitatem animi si sollicitaretur à vi-ro,nescit denegare, l.vnica, circa fin. ibi, siue à volente,siue à nolente.C.de rap. virgin.cum ergo lex de infirmitate timeat subiectorum, ipsum sollicitantem iura puniunt ex sollicitatione sola, licet perfectum non fuerit flagitium.in alijs.n.casibus erit secus.s.in mandante, vbi ratio supradicta non subest.Item obligatio, quæ oritur cõtra mã-

16 dantẽ,†non orit̃ ex mandato,sed ex delicto secuto. Probat̃ in l.p̃tor,§.hoc aũt delicto,ff.vi bon.rapt.& in d.§. ope.inst. de obl q̃ ex del.nascunt̃,l.j.§.persuadere,& per Bar. in d.l.nõ solum,§.si mandato,ff.de iniu.ver.q̃ro, vnde quæritur obligatio.sed hic nullum delictum fuit secutum,ergo &c.Ita vt meis detur audacia verbis,reperio in his terminis ita in particulari fuisse consultum ex plurib.præmissorum p celeberrimum,& antiquum doc.dñm Aytordinũ de Aluarottis de Padua,illustr.doct.in quodam suo conſ.quod ego habeo ad pennam in lib.meo diuersorum consiliorum antiquissimorum doct.& non modicæ auctoritatis, Et plus considerando dico,ꝙ aduersus p̃fatam Lucretiam concurrunt depositio ipsius Francisci Reposterij,& Adriani,deponentium de secreto colloquio habito inter eos:& p̃fatam Magn.Lucretiã in domo ipsius Lucretiæ de venenatione p̃fata,& de assignatione trium scutorum,vt supra.Item, porrectio veneni per Beatricem eius alumnam p̃fato Francisco,vt testat̃ vterque.Item, inimicitia capitalis cũ præfato Iulio.& licet Beatrix asserat de mandato Antoniæ sororis præfatæ Lucretiæ assignasse phialã cum veneno,p̃fato Fran.attñ potuit id ad cautelã fieri p dictã Lucretiã,dubitantẽ forte,ne detegeret porrectio p̃fata facienda dicto Fran.Reposterio p̃fati Iulij,de quo pœni

tus confidendũ non erat,attñ licet multa concurrãt indicia,
17 de quib. † supra,nihilominus ex indicijs ẽt vrgentibus, dũ ꝓfert̃ sñia,satis tẽperanda est,nec poterit ad pœnã corporalẽ extendi,vt dicit Inn.in c.afferte.de præsump.ꝑ tex.in d.c. afferte.& ibi.idẽ sequit̃ Ant.de But.& Card.& Imo.& Abb.in c.constitutus.de test. & iõ sum voti, ꝙ detentio quadrimestris habita ꝑ ipsam magn.Lucretiã in domo,in qua deguit & pñtiarum degit,eidẽ loco carceris assignata,cedat eidẽ in pœnã,& licet vnus ex magn. cõmissarijs inclinasset in hãc sententiam,forte vt veridicam,& iuri consonam,attñ cæteri dñi votauerunt ipsam condemnandam ad exilium triennale extra ciuit.Neap.& ciuitatem Auersæ eius originalem, & earum districtus,& territoria,&c.& ita executum fuit, licet post eius recessum ad obseruantiam exilij post 4.seu 5.menses obtinuisset gratiam exilij præfati,& quòd potuisset redire Neap.ad eius libitum.

1 *Inscriptio non requiritur in denuncia,sicut in accusatione.*
2 *Iudex si non puniret denunciantem,& non probantem suam denũciam,puniretur ipse officialis.*
3 *Iudex inquirens ad promotionem,seu querelam : & per defensionẽ inquisiti,aut per probationem deficiẽtium, aut alia de causa,inquisitus consequitur absolutionem,debet querelantem, ad cuius promotionem fuit inquisitio instituta,in expensis condemnare.*
4 *Expensarum condemnatio habet locum in causa criminali, siue agatur per viam inquisitionis,siue denunciationis.*
5 *Pœna statuti,quæ est stricti iuris,contra non probantes actionem, habet etiam locum in denunciante.*
6 *Nomen qui detulit,videtur accusare,cum idem sit effectus, quo ad punitionem delicti.*
7 *Querela contra alium instituta, vim accusationis dicitur obtinere.*
8 *Denuncians male, debet in expensis condemnari, etiam si fuisset protestatus,quòd non intendit facere partem.*
9 *Delator habetur pro accusatore:& si non probat, punitur de calumnia,ac si accusasset.*
10 *Pœna,dum non reperitur à iure destinata,erit arbitraria.*
11 *Pœna non probantis querelas, hodie quæ fit per ritum magnæ curiæ.*

DECISIO XXXIX.

IOANNES Baptista de Campulo de Neap. denũciauit in magna cur.vic. Vincentio de S. Georgio de villa S.Anastasiæ, ꝙ anno præterito inciderat à qudam eius possessione, vbi dr̃ de lo thoro, quasdã arbores fructiferas, petendo ipsum puniri &c. qui denunciatus ad suas defensiones admissus, per testes, & instrumenta probauit, terram præfatam non esse ipsius denunciatus. Sed iam decursum erat septennium, ꝙ ipsam alienauit in Fabricium saxum eius gñum, à quo denunciatus ipse terram præfatam in coloniam tenuerat, & arbores præfatas de ord. eiusdem Fabricij dñi inciderat. Instando igitur præfatum denunciantem in expensis p eundem in pñti lite erogatis condemnari, non aliter ipsum puniri petendo, dubitatum fuit in magna curia, an id fieri debuisset. & dum me referente causam præfatam, inter magnificos iudices meos collegas, qd nouũ eis visum fuisset, quærelantem in expensis condemnari, prætextu ꝙ multi distraherent̃ à q̃relis, dixi ꝙ allegare incōueniens, non est soluere, nec attendendum est, ꝙ fieri solet, sed quod fieri debet, & hoc ex quo dicebat̃ pscribas fiscales, nunquam recordari fuisse q̃relantem aliquẽ condemnatũ in ex-
1 pensis, quod concomitari poterat, ꝙ in † denuncia non reqrit̃ inscripto, sicut in accusatione, vt dicit Cy. in l.ea quidẽ, C.de accus. Bar. in l.Diuus, ff.de cust.reo. attñ dixi, ꝙ deficiẽs in ꝓbatione denunciæ, p̃sumitur calumniari, sicut deficiens in ꝓbatione accusationis, p tex. in c.1.de calumnia, & in ca. cum dilectus, de accus. & in c.1.de cal. & in l.j. §. calumniator. ff.ad Turp. facit quod no. Bar. in l.Senatus, §.j.q accus. nõ
2 possunt, & in l.j.§.incedit.eod.tit. & hinc est, ꝙ † si officialis non puniret denunciantem, & non probantem, ad cuius denunciationem formauit inquisitionem, pœna iuris seu statuti punientis accusatorem non probantem accusationem. nã tale statutum habet locum, ẽt in denunciante non probante suam denunciam, nam eo casu teneretur ipse officialis. Ita meminit Guid.de Suza. fuisse seruatum, prout refert formaliter, & sequitur Amod. Iust. in suo trac. sind. in rub. qua pœna puniatur officialis de negligentia, vbi subdit dicendo, nota & tene menti: quia prima facie diceres contrarium, imò &

magis

3 magis in spē dico, ꝙ iudex † inquirens ad prouocationē seu qrelam, & p ꝓbationes inquisiti seu defensiones, aut p ꝓbationum deficientiam, aut alia de causa inquisitus, consequitur absolutionem, debet q̄relantem, ad cuius ꝓmotionē, seu instigationem fuit inquisitio instituta, in expensis condemnare, vt notatur in c. cum dilecti. extra de dolo, & contumacia, in gl. quæ dicit, ꝙ † in cā criminali, siue agatur p viam de
4 nunciationis, siue inquisitionis, locum habet condemnatio expensarum, nec vr̄ sufficere pœna talionis, qa condemnatio expensarum, non est pœna seu interesse, respectu rei familiaris, vt notatur in c. fi. de rescr. in c. 1. de elec. in 6. in ver. hanc pœnam, in fi. & sic propter cām criminis vna p alium non impeditur, l. j. C. qñ ciu. actio. Item pœna talionis infligitur p calumniam, & sic p extrinsecam cām & sic pp diuersam causam, & ex eodem delicto punitur dupliciter, ad qđ
5 c. 1. de cri. falsi. imò ēt † pœna statuti, quod est stricti iuris, cōtra non ꝓbantes accusationem, habet ēt locum in denunciāte & ita fuit de facto terminatum in ciu. Regij per Guid. de Suza. & Rom. de Romāgis: vt attestant̄ in eorum attestationib. statutorum, p l. cum patronū, §. 1. de iure patr. & ibi est
6 tex. exp̄ssus, ꝙ † q nomen detulit, vr̄ accusasse, cū idē sit effectus, quo ad punitionē delicti, vt in l. j. ff. qđ quisq; iu. in fi. & in l. j. in fi. & in l. j. §. docet̄, ff ne quis eū, qui in ius. & huic decisioni adhęsit exp̄sse Io. An in tit. de denunc. §. j. in add. j. vbi eandē refricat qōnē, maximè, quia qui in ꝓbōne denunciationis defecit, p̄sumit̄ calūniari sicuti accusator, c. cū dilectus, extra de accus. & c. 1. de calūni. & bñ facit l. si quis est de cal. ibi dū dicit, adeant ptātē aut libellos offerentes, aut q̄relas suas apud acta deponentes. Ad id l. pe. C. de sep. viol. † vbi
7
8 q̄rela cōtra aliū instituta, vim actionis dr̄ obtinere. Et ꝙ † male denunciās, debeat in expensis cōdemnari, ꝓbat l. seueriter. C. de exc. tut. & ita ibi no. p Cy. & idē ētit in instigatore inqsitionis, vt no. ff. ad Turp. l. in Senatus, §. an ad eos. p Bar. & no. extra de ver. sig. c. sæpe in cl. p Gul. de mōte laudi, vtpote, qa ministrauit testes cōtra inqsitū, esto ꝙ fuit ꝓtestatus, ꝙ nō intēdit facere partē, & ibi no. p p̄fatum Gul. & no. extra de test. c. cū clamor. in fi. p Henric. Bohic. in sing. vi. qui male denunciauit, &c. & iō Bar. in l. 1. § an adeo, ff. ad Turp. dixit, ꝙ il

3 *Mutuum si sit ludenti, nec ipsi nec retinentibus ludum datur actio ad repetendum.*

4 *Domus, in qua luditur, confiscatur.*

5 *Ludum tenens in domo, si percutitur ratione ludi non solum in loco vbi luditur, sed vbicunque, non tenetur percussor, & talis iniuria est impunibilis, quæ nihil ciuiliter, nec criminaliter puniri potest.*

6 *Ex furto commisso tempore quo luditur in domo, in qua luditur, non competit actio furti.*

7 *Lusores per constit. regni, sunt infames, & prohibiti testificari, & facere testamentum: & incurrunt etiam aliàs pœnas.*

8 *Iudex dicitur satis excedere, dando licentiam, quam imparti ri non poterat iure prohibente.*

9 *Officialis licet durante officio conueniri non possit, sed expectari tẽpus sindicatus: tamen ex mandato superioris ita iubentis conueniri poterit. nu. 10.*

11 *Officialis remoueri potest durante officio ab antianis, si non fecit id quod debet.*

12 *Officialis qui indebite procedit ad capturam, & carceratione͂, tenetur actione iniuriarum, necnon ad damna, expensas, & interesse, nu. 18.*

13 *Officialis, qui in causa cri. iniuste processit ad capturam contra innocentem, tenetur similiter supplicij.*

14 *Iudex non debet compellere quempiam ad comparendum per captu ram personalem, nisi ex causa.*

15 *Testes nõ possunt produci pueri, qui à seruẽdo testimonio prohibẽtur*

16 *Testis faciens se criminum participem, est infamis, quia detegit tur pitudinem suam.*

17 *Testis minor ante vigesimũ annum in criminalibus, non recipitur*

19 *Officialis tenetur, si iustitiam denegauit.*

20 *Contemptor mandati regij superioris arbitrio secundum vnam opinionem, secundum aliam, punitur capite. Quod qualiter procedat vide ibi.*

21 *Princeps si in suo mandato non appesuit pœnam, certam, eo casu contraueniens, punitur pœna arbitraria, nu. 22.*

23 *Contemptor mãdati regij, in quo miũgitur pro quanto regiũ gratiã carã habet, ille cui dirigitur, eo casu priuabitur administr. of. etiam si imperpetuum illud haberet.*

24 *Cõtemptori mandati regij possunt subditi obedientiam denegare.*

DECISIO XL.

MAgnificus Alphonſus Porres Hiſpanus, regius capitaneus ciu. Auerſæ, dũ interpolatis vicib. multos ac quamplures de eadẽ ciuitate indebite carceraſſet, ꝓtextu ꝙ dũ ſecũ alloquerent̃, ridebant, alios aũt, q̃a corã eo nõ detecto capite eorũ iura ꝓpoſuerãt alios eiecerat à ſua pñtia, nolẽdo eos in eorũ iurib. audire, alios verbalibus iniurijs afficiẽdo, ac minando velle illos occidere, vocitando ſuũ maurũ ad hoc, vt enſem ſibi deferret, alios vero ꝓijciendo per gradus palatij, & (qđ deterius) ludos ꝓhibitos ſub certa mercede ꝑ publicum ꝓclama ꝑmittendo, in quib. pluries blaſphemiæ in Deũ, & in ſanctos auditæ ſunt. Nec ſuffragat̃ ei in hoc vlt. ꝙ ad defenſionẽ ꝓbauit duos alios eius ꝑdeceſſores idẽ in ꝑdicto officio exiſtentes permiſiſſe, cũ allegare incõueniẽs, nõ ſit ſoluere, nec
1 †attẽdi debet, qđ factũ ſit, ſed quod fieri debuit, vt dicit pulchre Abb. in c. cãm. de elec. ſubdẽs hoc facere cõtra fundan-
2 tes ſe ſuper obſeruãtia. Nã† certũ eſt ludos, in q̃bus pecuniæ amittitur, eſſe ꝓhibitos. dico eos, in quib. verſatur fortuna, vt no. gl. in l. 1. ff. de aleato. & in l. ſi filioſa. §. 1. ff. quarum rerum act. non datur. Concurrente maxime, q̃a in ludis vt plurimum concurrunt blaſphemiæ omnipotentis Dei, & ſanctorum, prout in ſpecie in prædictis ludis Auerſanis auditę fuerũt, vt teſtes deponunt, vt in auth. alearũ vſus. C. de alear. cum vulg. & in tm̃ eſt vſus ludi a iure improbatus ꝙ tenet̃ luſor omnino reſtituere id qđ vicit vſq; ad ann. 50. & & in tm̃: ꝙ ſi victus negligeret recuperare, poſſet illud repetere Epiſcopus loci, ſeu fiſcus, vt in ꝑdicta auth. alearum vſus, per quã patet ẽt poſſe inquiri cõtra luſorẽ, tã ꝑ iudicẽ loci, q̃ per Epm, & hoc rõne blaſphemiæ. Itẽ eſt, & aliud ſpãle cõtra lu-
3 ſores, ꝙ tã ipſis q̃ retinentib. ludum, ſi mutuum† fieret inter eos, nõ dat̃ locus repetitioni, nec cõpetit actio, vt eſt gl. in l. 1. in prin. & in l. fi. in ver. ſi accepit pecuniã, ff. de aleato. imò
4 (qđ plus eſt) in tm̃ iura deteſtantur ludos prohibitos, vt† im ponãt pœnã cõfiſcationis domus, in qua ludit̃, vt in d. auth.
5 alearum vſus. & (qđ plus exuberat) retinens† ludum in domo, ſi percutit̃ ratione ludi, nõ ſolum in loco, vbi luditur,

ſed vbicunq; dummodo ludi occaſione,nõ teneẽ pcuſſor,& talis iniuria eſt impunibilis,& nec ciuiliter, nec criminali-
6 ter puniri põt,p tex.in l.1.§.1.ff.de aleato. Et ſi tpe† ludi cõmitteret furtum in domo,in qua ludiẽ p quemcunq;,minime ſibi cõpeteret actio furti:vt in d.l. 1.§. ptor ait. de aleat.
7 Hodie autẽ in † pñti regno,p cõſt.regni,q̃ inc.mores diſſolu ti.luſores ſunt infames.& ꝓhibentur à ferendo teſtimonio, & à teſtamẽti factione, & alias pęnas incurrunt. vñ iudex,à quo dependeret debet punitio criminum, ſi ipſe crimina,& ſimilia nefanda cõmittat,ludos prohibitos p pecuniã pmittendo,quantum iuri, & iuſtitiæ inconueniat, nemo eſt qui
8 neſciat,† ſicq. ſatis dicitur iudex excedere, dando licentiam, quã impartiri non poterat iure ꝓhibẽte: per tex.in l.1.C.de deſerto.iuncta.gl.li.12.ita dicit Ang.in ſuo trac.find.Qđ qdẽ ad aures illuſt.dñi Proregis pueniẽs,reſcripſit per eius literas prędicto Alphonſo Capitaneo,ne ludos ꝓhibitos permitteret,imò expſſe ꝓhiberet,& ꝙ abinde in antea nõ ꝓcederet ad capturã,ſeu ad carcerationẽ alicuius ſuæ iuriſd.ſub diti,abſq; cõſilio aſſeſſoris ſibi dati:ꝙ q̃to regiã grãm charã hr̃et, quib. literis 13 ſibi formiter intimatis parere neglexit, & ludere permiſit,vſq; ad 10.dies ſubſequẽtes poſt dcãrũ literarũ intima vt affictũ duc. ſex cũ dimidio ſibi debitũ in fi. currẽtis mẽſis,in quo deficiebãt dies 10.conſequi potuiſſet, ex cã permiſſionis ludi:& pariter multas indebitas perſonales capturas,& carcerationes in perſonas quamplurium cõ
9 tinuauit:& † ptendens minime poſſe præmiſſis durante officio cõueniri,per tex.in l.pars literarum cum vulg.ff.de iud. & in l.nec magiſtratus, ff.de iniu. ſed expectari tempus ſindicatus,vt ibi plene Bar.& in l.1.ff.ad l. Iuliam.rep. Attamẽ quia facta p me de præmiſſis relationẽ illuſt.dño Proregi ita iubenti in collaterali regio conſil. mandauit in cauſa ipſa, inſtante maxime ſindico vniuerſitatis Auerſæ, ꝓcedi Sicq. denegari non poteſt, quin ꝓcedatur ex ſuperioris mãdato, vt d.Bal.in l.obſeruare,§.ꝓficiſci,ff.de off.ꝓc.in fi. dũ inq̃t,
18 ꝙ princeps† põt facere ſindicari ſuos officiales qñcũq. ſibi placuerit & ſic durãte offõ,p tex.in auth.vt iud.ſine quoquo ſuffr.§.ſi quis,imò nedũ princeps,ſed eius delegatus id facere,põt,per tex.in d.§.ſi.quis ita,ita dic. Ang.in d.trac. ſin.in

princ.

prin.Hinc dixit idē Ang.in l.2.§.fi.ff.de his,q̄ sunt sui vel
11 alie.iur.† q̄ antiani possunt remouere potestatem durante officio,si non facit id,qđ dēt,refert. & sequit Iason in l. ius
12 vocari,ff.de in ius voc.& sic qđ excesserit,† tenetur actione iniuriarum,necnon ad damna expensas,& interesse: ratione indebitarum capturarum,& carcerationū,tex.est in l.nec magistratus,ff.de in iu.gl.in l.2.§.fi.ff.si q̄s cau.& in l.quēad modum,§.magistratus,ff.ad l.Aquil.imò,& plus,si iniuste in
13 causa criminali processit † ad capturam personalem contra innocentem,tenetur similitudine supplicij. dixit Bal.in l.fi. C.de his,q̄ latr.ita plenè Amode.iust.in suo trac. fin.in verbo,item in eo,quod dictus potestas, & officialis. idem tenet Paris de Put.in suo trac.fin.in verbo,captura, in versic. quia
14 plerunq; paruo vol.quia iudex non debet compellere† partē ac comparēdum per capturam personalem, nisi ex causa, at dicit Paul.de Cast.in l.cōtumacia de re iud. & capitaneus ipse nedum cepit de persona,& indebite,sed ēt diu carcera tos detinuit, maxime quosdam pueros minores 12. & 10. annorum,& etiā alios infantes minores septēnio prætextu q̄ testificari fuerāt de crimine sodomiæ contra alterū puerum 13.annorum,& sic tā testes illos infantes,& pupillos ac cęteros, vt supra,& pariter criminatum carceratos detinuit,
15 contra dispōnē c.testes,el 1.vers.ad testimoniū 4. q.3. & ibi gl.quæ prohibet pueros in † testimoniū admitti. Idē firmat Spe.in add.Bat.in ti.de teste, §.1.vers.itē excipitur,q̄ est impubes,cū hmōi ętas non sit apta ad testimonium, vt tradit Ang.in auth.de test.per illum tex. in §.1. cum alijs adductis per Marsilium,in l.de minore,ff.de q.& in suo cons.28.maxime,cum omnes sint minores 10.annis,l.testiū,ff.de test.& tenet Alex.in cōs.64.viso.& 99.in causa 1.vol.& in particulari in proprijs terminis idē Mars.in prędicto suo cōs.28.in causa,nu.3. & in eius practica criminali, in verbo diligenter,nu.80.Nec credendum est in aliquo illi puero asserenti se subagitatum ab alio:tū quia minor septēnio,tū q̄a parti-
16 cipē † criminis se facit,q̄ ēt si esset maior non ꝓbaret,nec faceret in dicium ad torturā,ex quo reperitur infamis,& detegit turpitudinem suā:vt dñt decis.pallegatæ ipsius Marsi. per idē in particulari consuluit in cons.18.nu. 5.& cōs.22.

& in

& in spē idē cōsulēdo tenet Parisius nūc Cardinalis dignissi
17 mus,in cons.157.quā sit detestabile,in 4.vol.Et ꝙ † ante 20. annū testis in criminalib.non recipiatur ad testimoniū, est tex.in l.in testimoniū,ff.de testi.Bal.in add.ad Spec. vbi supra,& in l.2.§.obseruari,C.de iur. cal.Alex. cōs. 56. vol.2.& cōs.78.volum.1. Ang.in §.sancimus in auth. de testi. Vnde asportatis puero illo in criminato,& testib. ad magnā curiā vicariç,& eisdem inspectis ac diligenter interrogatis per excellentē ac magnificos regētē,& iudices, & me quoque assistente commissario cāç,& cū interuentu fisci p̄roni cōpertū fuit ex eorū deponentib.q plures ex ei ignorasse id,qd repe riebatur scriptū eos deposuisse,alij aūt ex ipsis pueris deponebāt,ꝙ in timorati ac instructi p ipm capitaneū ita deposuerūt,& non ꝙ ita verū esset, imò,& ꝙ alij ex eis verberati per capitaneū ita attestari fuerāt, ob qd liberati, & licentia-
18 ti fuerūt p magnā curiā vicariæ.Et sic succedit,ꝙ cū † pueros ipsos , & q̄plures alios maioris diuersis quæsitis coloribus iniuste carcerauit,tenet officialis ipse actione iniuriarum,necnō ad damna,& interesse. p d.l.nec magr̄atus, ff.de iniu & not.gl.in l.2.§.fi.ff.si quis cau.& in l. queadmodū, §. magr̄atus,ff.ad l.Aql. Nec voluit capitaneos ipse q̄ plures ad ipm recurrentes ꝓ consecutione iustitiæ audire, sed eos abire ac violentis clamoribus ac minis affecit,& aliquos ex eis carcerauit,vt processus cantat,& p gradus eiecit,maxime p̄sbiterū Lucā personā ecclesiasticā,& honoratā:intm̄,ꝙ cecidit sibi chlamys,& biretū supra gradus:quo casu ex p̄dicta
19 denegata audiētia † & repulsa,tenet p tex.in l.argentarius §. cū aūt,ff.de edendo.& no.Bald.in rubr. de pęna iud. q male iu.& ꝓbat bñ tex.in l.obseruādū,ff.de off.p̄si.& tñ officialis nedū de similib.sed ēt de leuissima culpa tenet:p l. nō simile.de magr̄a.cōue.Ita dicit Catal.de vixo.in suo trac.de sin.
20 Quæ oīa p̄uenta ad notitiā p̄dicti illustr.Proregis,† rescripsit,vt supra,q Capitaneus regiū mādatū cōtēnens,licet secūdum vnā opinionem veniat puniendus superioris arbitrio: vt inquit Bal.in auth.statuimus,C.de episc.& cle.vbi latius, & de comite Flādrensi loquit,& est tex.in l.2.C.de peti. bō. subl.li.10.attn̄ secundum aliā opinionem cōtemnens principis mādatum capite punit:vt dic. Iac.Rebuffi,& l.vniuersæ,C.

ſæ,C.de veter.numiſmat. ꝑt.l 11.qđ eſt intelligendũ, qñ in mandato vertit̃ magnũ ꝑiudiciũ, & graue periculũ: puta,ſi rex mãdauit alicui,vt muniat caſtrũ pp periculorum inimi corum,& tunc cõtrafaciẽs capite punitur:vt C.de off.ꝑf. põt Afr.l.1.in fi.vbi dicit,neglectores mãdatorũ noſtrorum capite puniantur,& ad hoc C.de re mil.l.2. §.in bello. & l.oẽ delictũ,§.contum.Si vero nõ vertit̃ grãde periculũ, ſed ſup leuib.reſcribit,tũc pęna extraor.& nõ capite punit̃,l.ſanctio legũ de pę.l.vnica,C.de theſ.li.10.& no.4.q.1.in prin.& no. p gl.Mari.de carã.in ꝓę.cõſt.regni.ita ex ꝑmiſſis formaliter tenet antiquus doc.& nobilis iudex Nic.de arbiſo de Auerſã.in lec.quã facit ſup cõſt.regni,in c.ita ꝙ ꝑdicti iuſtitiarij. ſub rubr.ꝙ nihil recipiat̃ p cõp.gñalium inquiſ.in verbo,ar bitrio.dicẽs,ꝙ qdã dñs Hiſpanus in ſupra d. mẽbro melius
22 diſtinguit,& dicit vt ſupra. Et†amplius p prius ſubdit, ꝙ ſi in mãdato regio nõ eſt appoſita certa pęna, dñs Bar. de Capua dicebat,ꝙ pęna eſt arbitraria.nã mãdatum.principis in ea procedit:vt lex:& quoties in l.nõ eſt certa pęna appoſita, tũc eſt arbitraria,l.ſanctio legum,ff,de pę.& facit de immu. eccl.c.graui.& amplius ſubdit ꝑdictus iudex Nic. ꝙ interdũ punit̃ cõtẽptor,vt pura fiat malefacti correptio. i. ſine pę.vt in auth.de nup.§.ſi aſcriptione coll. 4.Sed demũ reperi Lu.
22 de pe.idẽ vt ſupra formaliter diſtinguentẽ dicẽdo: † ꝙ ſi in mandato vertit̃ graue ꝑiudiciũ,vt quia mandatur muniri ca ſtrũ ob metum hoſtium,& tunc nedũ contemnens, verũ ẽt negligens capite punit̃,licet hæc pęna adiecta nõ ſit:vt ff.de off.ꝑf.pro.Afr.l.1.& ff.ne re mil. l.3.§.in bello.ſi vero nõ vertit̃ grãde ꝑiudiciũ,ſeu periculũ,ſed ſup leuib. rex reſcribit, tũc venit pę.extraor.& nõ capitis,vt ff.de pę.l.ſanctio.& hoc ſatis hẽt æqtatis,maxime ſi mandatũ negligit̃,ſecus ſi contennitur.Ita formaliter dicit Lu.de Pen.in l.1.C.de pig. ordo ſeruetur,li.12.& in l.1.C.de priuil.corũ qui in ſac. palat. lib.12.Ego igit̃ prouidẽs Alphõſum prædictũ nõ eſſe pluris,ſed indigere curatore, arbitratus ſum ſatis punitũ pæna talionis,cũ licet plures carcerauerit indebite,ut ſupra, quorũ aliquos detinuit p diẽ carceratos,alios p noctẽ,aliquos p duas,& tres horas &c.& capitaneus ipſe p bimeſtre in carcerib.magnæ cu.iuſtæ carceratus permanſerit. iõ in ſatisfa-
ctionem

ctionē carceratorū p ipm,pdcā carceratio bimestris sibi cedat in pęnā, quo vero ad cōtēptū regiorū mandatorū, cū eidē fuerit cōminata pęna sub obtētu regiæ grǽ, & cōtrauenerit,dico eūdē esse priuādū offō capitanei regij ciu it. A uersę,
23 & eius administratione,qđ fieri† posset, ēt si administrationē perpetuā de eo obtinuisset,cum ita iura in cōtēptores regiorum mandatorum animaduertant , dum eis iniunctum est pro quāto regiā grām charam hñt,vt dixit pulchre Ant. de But.in c.qđ sedē extra,de off.ord.quē refert,& sequit̄ Fel.
24 in c.qđ olim extra,da iud.vbi plus subdit,ꝙ in † casu pmisso potuissent eius subditi eidē obedientiā denegare,vt pbat̄ in c.venient,circa mediū.extra, de pscr.& ita in hanc sententiam inclinauit magna curia,neminę discrepāte,& executa.

1 *Familia curiæ, quæ prosequitur delinquentem ausugientem, si ipsum vulnerat:an sit in pæna:& qua pæna teneatur.*
2 *Resistere licet fugienti ante familiam curiæ, volentem cum iniuste capere.*
3 *Admonendi sunt officiales, vt caueant à dictis prosecutionibus, & vulneribus.*
4 *Famlia officialis occidens non permittentem se capi,puniri non pōt.*
5 *Impunitas ista causatur,vt isti birruarij vilissimi, fiat audaciores, scientes non posse puniri.*
6 *Familia officialis occidens capiendū,nō tenetur, si illi se defendat*

DECISIO XLI.

DVO seu tres ex birruarijs seu satellitibus magn. capitanei Fonsechæ,insecuti quendam inquisitum pro criminib.aufugientē coram,eis non valentes aliter illū capere, eūdē vulnerauerunt,& dū cecidisset in terrā,alter ex eis eūdē in terra pstratū vulnerauit.Hęsitatum igr̄ fuit in magna curia vicariæ,si fuerit ex hoc p eos excesū,&p excessu,qua pęna plectēdi venirēt, & q̄a qō quotidiana est,& sæpius occurrit in actu practico, dicā sup ea q̄ de iuris censura cōperio,& principaliter Ang.
11 in §.psci.ff.de off.pc.q.53.ubi† tenet,ꝙ ēt si talis psecutio pcessisset absq; moderamine inculpatæ tutelæ, non tenetur familia curiæ pp resistētiā,q̄ ille faciebat,alleg.tex.in l.si ser

uus,C.de

uus,C.de his,q̄ ad eccl.cōf.& qđ no in l.fi.C.qn̄ liceat absq; iud.se vind.& idem reperio firmasse Bal. in l.fi.C. de exhib. reis.vbi satis magistraliter locutus est, & more suo.& ibi ēt subdit id procedere, nedum si resistens offendat,verum ēt si fugiat ne capiatur.Qđ qdem notandum est; dicit.n. ipse,ꝙ si delinquēs fugiendo,pcussus est a familia curiæ, nō tenet familia & ita subdit vidisse de facto Perusij, & ēt audiuisse Pisis,& credit,ꝙ nō dēt puniri,si familia pcussit,qa nō poterat ipsum iungere,qđ dicit esse menti tenendum, & idē tenet Paris de Puteo,in verbo,resistentia, & Amod. iust.& in suo trac.fin.ver.itē in eo,ꝙ dicti socij milites,circa finē.ver. sed pone,miles socius,& hoc nisi ꝓsecutio seu captura ipsa
2 set iniusta,qa† eo casu liceret resistere iudici iniuste exequēti:p l.ꝓhibitum,C.de iure fisci.li.10.& l.deuotū C. de met. eo.li.& no per Cynū in l.1.C.vn̄ vi.& nō.in l.vt vim, ff. de iust.& iure.& ita firmat Amodeus prędictus fuisse pluries iudicatum,& qđ tenendum est menti perpetuo,& subdit dictam quæstione habuisse de facto in ciuit.Lucana, & ꝙ ita
3 fuit pluries consultum,& insuper † dicit admonendos esse officiales,vt caueāt quantum fieri potest à dictis vulnerib. ex quo ipse vidit in ciu.Perusij populū insurgentē cōtra potestatem,& eius familiā, qa vulnerauerāt quædā captū resistentem familiæ.ideo diligens officialis curabit,ne incurrat hos casus occisionis vel vulneris captiuorum, seu malefa-
4 ctorum. Et ꝙ†familia officialis occidēs inqsitum non permittēte se capi,puniri nō possit,tenet ēt Bar.in d.l.si seruus, C.de his,q ad eccl.conf.per tex.ibi:& p l.quemadmodum,§. fi.ad l.Aquil.& in l.fi.quando lic.sine iud.se vind.Bal.in l.1. C.vnde vi.& in l.nec timorē.ff.qđ met.cau.Bal.& Ang.in l. vt vim,ff.de iustitia,& iure Pau.de Castr.in cōs.194. viso supra dicto puncto.vbi subdit idē tenere Iacob. But.in l. 2.C. de his,qui latro.Ang.de Aret.in suo trac.malef.in vers.fama publica.& idem ante eos tenuit Alb.in 4. parte statut.q.36. & Ang.in d.trac.malef.in d.verb. fama publica.ver.verū qa. Idem refert,& seqtur Mar.in l.1.ff.ad leg.Corn.de sicar. vbi
5 subdit † ꝙ ex hoc.i. ob impunitatē,isti birruarij poltroni,& vilissimi fiūt audaciores,scientes non posse puniri. Et
6 ēt†si capiendus se defendat, non tenetur familia officialis ipsum oc-

ipſum occidens. Ita Pal. in l. ſi vt allegas in fi. C. ad l. Cor. de ſicar. Bal. in auth. ſed omnino, C. ne vxor pro marito. & ibi dixit, q̃ vulnerans ſeu occidens capiendũ, tenetur. Qđ intellige ſecũdũ Pal. in d. l. vt allegas niſi telo ſe defendat, q̃ tũc ſeruiens curiæ, nõ tenet de vulnerato aut occiſo. Ita Alexã. in auth. ſed omnino. pręalleg. & per hoc tex. in d. l. ſeruus, & in l. quemadmodũ, §. magr̃atus, ff. ad l. Aquil. & firmat Iaco. Butr. in l. 1. C. de his, qui latro. occ. & Bolog. in cõſ. 62. verſic. & hic aduerte, & plenè illuſtris Nic. Boër. p̃ſidẽs cõſilij Burdegalenſis, in dec. ſuis, nu. 170. in 1. parte, quẽ nouiſſime vidi. Et iõ cũ alter ex prædictis birruarijs vulnerauerit ip̃m inquiſitũ, poſtq̃ cecidit in terrã, quẽ ſalua manu apprehendere poterat, maxime, quia erãt tres birruarij, q ip̃m ſubſequabãtur, cũ dici nõ poſſit non fuiſſe penitus in dolo, fuit per magnã Curiam condemnatus ad remigandum in regijs triremib. per quinquennium contin. ceteri vero duo abſoluti.

1 *Inquiſitus de delicto, pro quo venit pæna mortis imponenda, ſi non ex veris probationibus conuincitur, ſed ex præſumptionibus etiam violenti, non poteſt ad mortem damnari, ſed minoratur pæna.*

2 *Dum quis condemnatur ex præſumptione iuris de crimine grauiſſimo, dicitur ille deficiens condemnari ex præſumptione violenta.*

3 *Præſumptiones violentiſſimæ, & indicia vbi concurrunt, habet locũ condemnatio.*

4 *Probatio plena reſultat ex multis indicijs ſimul iunctis, etiam ad quem criminaliter puniendum.*

5 *Fugiens cum gladio euaginato, facit vt illa fuga arguat homicidium, de quo fit inquiſitio.*

6 *Sẽtẽtia dũ fertur ex præſumptione violẽtia, debet multũ tẽperari.*

7 *Aſſertioni vulnerati, quòd ab inimico ſui tali fuit vulneratus, an debeat ſtari,*

Pauci reperiuntur in articulo mortis mentiri, ibi. nu. 10.

8 *Argumentum à communiter accidentibus, valet etiam in nu. 9*

9 *Aſſertio vulnerati exiſtentis in mortis articulo, facit indicium ad torturam.*

11 *Conſtitutum in mortis articulo, ſi quis diceret mentiri, eſſet contra veriſimile, contra quod veniens, non deberet audiri.*

12 *Fama ſola iũctis aliquibus adminiculis, vbi vertitur difficultas probationis,*

bationis, inducit plenam probationẽ sufficientem ad condẽnãdum.

13 *Fuga sociorum facit indicium.*

14 *Condemnato ex præsumptionibus etiam violentis, nunquam imponi potest pœna mortis.*

15 *Pœna mortis si imposita est à iure pro aliquo crimine, si tamen illud non est liquido probatum, licet iudici pœnam minuere.*

DECISIO XLII.

ANgelus Pisacane de Neap. Aromatarius, inquisitus de homicidio in p̄sonã Cæs. ꝓpe forũ magnũ, hẽt contra se Michaëlem testẽ, tunc temporis cum prædicto Cæs. euntẽ, qui de visu p̄dicti homicidij seu vulnerum, testatur aduersus ip̄m Angelũ, & fratres, producunt ẽt alij quatuor testes p regium fiscum, deponẽtes prædictum Angelum cũ duob. eius fratri. vidisse & eisdẽ obuiasse currentes ensib. euaginatis à loco, vbi Cæsar ipse vulneratus extiterat, & statim eodẽ Cæsare reperto, & asserente se plurib. vulnerib. apparẽtib. se à prædicto Angelo, & fratribus cõfossum. Et assignata cã inimicitiæ p plures testes, quia homicidæ ipsi suspicabant̃ famulã eorundẽ domus, q̃ aufugerat, fuisse p dcm̃ Cæs. subductã, & militãtibus p̄missis indicijs, & ꝓbationib ac p̄sumptionib. vna cum fuga. & cõtumacia fratrum eiusdem Angelis dicti criminis sociorũ, ac cõcurrẽte falsitate duorũ testium p eundẽ ad defensam ꝓductorum, quorum vnus deposuit Angelum stetisse in camera claui clausa ab hora 24. p totam noctẽ, vsq; in diẽ sequẽtẽ dormiendo cum patre, tenẽte clauẽ cameræ sub capite, alter vero idẽ asserẽdo verum, qđ in ianua illius cameræ non erat clausula, & sic nõ poterat serrari cum claui. fuit tãdẽ p̄dictus Angelus torturę suppositus, & absq; tractu spatio medie horæ, & minus detẽtus torturã ipsam parui faciendo, nullum apparebat sentire dolorẽ, fuit ꝓtestatione p̄missa eũdẽ sufficiẽter torquendo relaxatus, & demum post multos dies, dum fuisset repta q̃dã vehemẽs oro in eius nasitergio, & in eius cubile recõdita, de qua in processu, vt dolore nõ sentiret, fuit p magnificũ fisci p̄ronum institum prę dictum Angelũ pęna debita puniri, & amplius nõ torqueri: maxi-

maximè q̃a eius pr̃ ore tenus instantiam fecerat ꝓ ipsius tortura, vt citius cā ipsa finem acciperet:& dubitabat, ꝙ si retorqueret, & pp dictas orōnes, aut alias incantationes, seu breuia non sensisset dolorē, put aliàs nihil passus apparuisset, eneruasset pculdubio pbōnes, & fortè purgasset p̃sumptiones p̃dictas, & indicia, ad eo ꝙ nulla aut modica pœna afficiendus veniret: concurrente insup fama publica contra ipsum, & fr̃es; iō hæsitatū fuit in magna curia, an ex p̃missis vehementib. indicis, p̃sumptionib. & pbationibus, possit Ang. ipse ad mortē condēnari:& pculdubio dicendū est ꝙ non,
1 q̃a † vbi non ex pbationibus, sed ex psumptionib. ēt violentis pcedit contra delinquentē, seu inqsitū, nō pōt inquisitus ipse ad mortē condēnari, sed iusta est cā in eo casu minorandi pœnā, vt voluit Bal. in l. quid ergo, §. pœ. grauior, ff. de inf. & est tex. no. in c. inter solicitudines extra, de purg. cano. & extantibus tot p̃sumptionibus, & indiciis à lege approbatis, in oī cā ēt capitali iudex condēnare pōt, vt tenet Abb. in c. accedens, ver. nec obstat extra, de accus p tex. in c. de hoc extra de simonia: vbi ex p̃sumptione iuris si qs cōdemnatur ex
2 crimine grauissimo, dr̃ ille † deficiēs condēnari ex p̃sumptione violenta. Ita Bal. in l. fi. de pb. post prin. & in l. si q̃ adulterii, C. de adul. & potissime pcedūt p̃missa in p̃nti casu, ī † quo
3 concurrunt violentissime p̃sumptiones, & indicia, quo casu hēt oīno locū condēnatio: vt solēniter voluit Io. And. in addi. Spe. in tit. de pb. §. fi. vers. 13. de quo meminit Imo. in c. afferte, de p̃s. Ant de But. & Abb. in c. 3. loco, de pb. & ita intelligit l. fi. in ver. indubitatis indicijs, C. de pb. & in l. ij. in ver. argumētis cōuictus, C. quorū app. & in l. 3. ver. q̃ argumēta, ff. de test. & iō dicit Bal. in l. excipiunt, ff. ad Syll. ibi esse tex.
4 meliorē de iure, iūcta gl. in ver. pticeps, ꝙ ex † multis īdiciis simul iūctis resultat plena pbō, ēt ad quē criminaliter cōdēnādū, sed hoc intelligit ibi Ro. de indicijs indubitatis: p l. sciāt cuncti, C. de pb. & d. l. si qs adulterij, & vñr doc. exemplificare, † qñ reperit aliqs occisus, & à loco, in quo occisus
5 est, fuit aliqs visus cū gladio aufugere euaginato. ꝙ illa fuga arguit homic. manifestū, & punibile, absque alia probōne, vt dicit Bar. in l. furē: in prin. ff. de fur. & sequitur Abb. in c. 3. loco de probat. & Ioan. And. in d. versicu. 13. Bald. in l. neque

natales,C.de prob & in l.fi.ff.de off.proc.& leg. & Ang.in d. l.furem.Et licet videatur dubium fieri ex solemni dicto In-
6 no.in c.quia verisimile de præs. dum dixit, † quod quando diffinitiua fertur ex presumptione violenta,iudex debet multum tēperare sniam,& maximè non cōdemnare ad pœnā corporalem, per tex.in c.affertè,eo.tit.vbi Salomon motus ex psumptione adiudicauit vni mulieri filium:non tamen cōdemnauit aliā ad mortem,quam de iure condemnare poterat, si legitimè fuisset probatum contra ipsam, quod filiū alterius subripuisset, iuxta l.j.C.ad leg.Flau.de plag.& hoc dictum Inn. sequitur Card.in d.c.affertè.subdens,quod hoc non ponit per aliquē aliū doctorē,& tamen sequitur idē Ant.de But.Abb.& Imo.in d.c.afferte.idem Abb.in c.constitutus,de test.Pet.de Anch. in reg. semel malus,de reg.iur.in 6.Bal.in rub.de off.deleg. Abb.in c.de cohab.cle.& mul.& iste non est casus,de quo agitur,cū nedum psumptiones,sed indicia indubitatata concurrāt in casu pn̄ti:ex quib.pōt ad pœnam corporalem transcēdi, & & in casu Inn.& in c.affertèconcurrebant psumptiones dūtaxat hic aūt concurrunt multa,& quamplura,& maximè vltra teste de visu,concurrunt & alii testes plures, qui deponunt vidisse pdictum Angelū vna cum fratrib.aufugientibus,cū en
7 sibus denudatis in eorū manibus. Item concurrit † assertio pdicti Cæs.vulnerati,asserentis se vulneratū ab eodem Angelo,& fratribus,cui concurrente inimicitia, de qua supra, standū est:vt tenet Paris de Put.in suo trac.fin. in ver. tortura.lo vlt.in c.officialis posuit.vbi relata opinione Ang.in l. mater.C de cal.& Nic.de Neap.in §.si quis moriens,in l.j.ff. ad Sylla.tenentiū assertionē pdictā vulnerati minime probare contra illū,quē inculpat,vt ēt consuluit Alex. in cons.14. vol.3.attn̄ concludit Paris id non procedere, vbi concurrerēt alia in cā,quam assertio vulnerati:vt quia inquisitus esset inimicus vulnerati,quia tunc probaret eius assertio:& tanto magis cū in casu pn̄ti quāplura supra pmissa concurrant, & tanto magis credendū arbitror assertioni præfatæ,cum pdictus Cæsar ēt in vltimo vitę spū constitutus,idē semper affirmauerit, & tenendū est neminē esse immemorē salutis ęternę,& pauci reperiunt,vt experientia rerū magistra docet,qui in articulo mortis mentiant:imò cōiter oēs moriētes laborāt ad

salutem

ſalutem, & quāplures facinoroſi ac improbi extremo vitæ exhibente ſigna pœnitentiæ, & ſic validū eſt arg. à cōiter acci-
8 dentibus, l. certi condictio. §. ſi numos, ff. ſi cer. pet. & ſic † nō eſt credendum, ꝙ præfatus Cæſar in vltimis cōſtitutus, voluiſſet mentiri, innocentes inculpando: cōcurrēte maximè conſanguinitate inter eos, ſuper qua inquiſitus multū ſe fundat. & ita ēt per p̄dicta cōcludentia conſuluit Marſ. in dictā aſ-
9 ſertionē † factā per conſtitutū in mortis articulo, facere indiciū ad torturā, in ſuo conſ. 5. vol. 1. & licet dici ſoleat, ꝙ non oīs, qui moritur, eſt S. Io. Euang. vt dicit Bal. in tit. de pace cōſtan. in verſ. vaſalli. tn̄ ex hoc non tollit, quin maior pars migrantiū ex hoc ſeculo non nitanī mori abſq; onere conſcīę vt à cōiter accidentib. cōpertum eſt, quod quidē validū eſt. arg. vt ſupra, & non à raro contingentib. per l. palā, ff. de ri. nup.
10 nup. & l. certi cond. ſupra alleg. maxime, quia † cōſtitutus in mortis articulo, non p̄ſumitur mentiri, vt, inquit Bald. in ſuo conſ. 25. caſus, ſuper quo, &c. in 1. volu. & idē conſuluit Marſ. in ſuo conſ. 109. & iō pulchrè tenuit Pet. de Ancha. in
11 conſ. 151. viſa facti narratione. ꝙ † aſſerens quē conſtitutū in mortis articulo mentiri, diceret cōtra veriſimile, contra quod quis veniens, audiri nō debet. Itē concurrit contra p̄ dictū Ang. & f̄res fama publica, & vehemēs ſtatim, & incontinenti vulnerato Cæſare p̄fato, quòd ipſi vulnerauerint, ex qua reſultare apparet cōcomitantia ad aſſertionē ipſius, & ſic facit maius indiciū ad torturā: vt cōſuluit Bar. ī cōſ. 191. dño Paci de Burg. & ſequit̄ Bal. in conſ. 131. viſis dictis art. 2. volu. & in c. 1. §. iniuria. de pa. iur. fir. ver. ſed nunquid ex tali cōfeſſione. Alex. in add. ad l. fi. ff. de q. Fel. in c. veniens, de teſti.
12 & vbi vertit̄ † difficultas ꝓbōnis, fama ſola, iunctis aliquib. adminiculis inducit plenam ꝓbōnē, q̄ ſufficit ad condēnandum, c. p̄terea, & ibi no. de teſt. Ita in terminis Aut. de But. in c veniēs, lo 1. de teſt. Inn. in c. veniēs, de ver. ſig. in l. cū ſuper, C. de rei vend. & in auth. quas actiones, C. de ſac. ſan. eccleſ.
13 Alex. conſ. 24. vol. 2. Itē † cōcurrit, & fuga fratrū eiuſdē Angeli, & ſic participium, & ſociorum criminis, ex qua reſultat aliud indicium ad concomitantiam aſſertionis prædictæ, vt conſuluit Alex. in conſi. 65. vol. 1. & conſi. 41. vol. 2. Item cōcurrit falſitas duorum teſtium per ipſum Angelum ad eius
 defenſam

defensam productorum circa reserationem ianuæ cameræ, in qua dicebatur ea nocte dormiuisse, de qua plenè supra. Et
14 sic concludendo, dū quis ex p̄sumptionib. † ēt violentis dānatur, nunq̄ imponi poterit pœna vlt. supplicij: per singulare dictū Inn. in d.c. qa verisimile. & ante eū Spe. & Io. And. in tit. de p̄s. §. fi. ver. in summa, & p̄ Gand. in rub. de p̄sum. in tract. malef. & in rub. de hom. in ver. quid si plures pcusserunt vnū, & consuluit Alex. in cōs. 116. in cā inqsitionis formatæ, in fi. in 3. vol. & Ias. in l. vt vim, ff. de iust. & iu. Hinc dixit pulchrè Gand. in d. suo tract. malef. in tit. de præsump. & indic. indub. quē refert & sequitur Pau. de Ca. in l. fi. C. de prob. & in cōsi. 192. latius. in 1. vol. vbi pulchrè loquitur: q̄ licet reperiantur plura indicia contra aliquē, quæ sufficiant ad condēnationē, non imponet̄ sibi pœna ordinaria delicti, sed minor Idē refert, & sequit̄ Io. Lup. in sua alleg. in materia hæresis, sita in rep. c. per vestras. de don. inter vir. & vx. in fi. d. repe. & post ipsam in ver. posito adhuc, q̄ mihi dicat̄. tū maxime, quòd licet in aliquo crimine à lege † sit imposita pœna mortis na-
15 turalis: attn̄ vbi illud crimē non est liquido p̄batū, licet iudici pœnā minorare, c. circunsiones, 23. q. 5. & in c. innocens 23. q. 4. ita d. Par. de Put. in trac. sind. in ver compō. in paruo vol. & est sub verbo, culpa officialis. & q̄ qn̄ quis venit cōdēnandus ex indictis, & p̄sumptionib. vehementissimis, & ēt īdubitatis, non puniet̄ pœna delicti vera, sed alia minori, iudicantis arbitrio, tenet Bal. & Moder. in l. eius, §. 1. ff. de testa. & ibi Fran. de Arc. in ver. tertio dicit, sequit̄ ēt Bard. in cōsi. 62. post mediū, ver. & qnidē Bal. vol. 1. Io. de Imo. Card. & Fel. in d. c. affertè. post Siculū. Inn. in c. sicut, de simo. Pau. de Cast. in cōs. 197. Abb. in c auditis, de p̄scr. & ibi Fel. Alb. de Ros. in l. indicia. de rei vend. idē Sicul. in c. tertio loco. & ibi Fel. de p̄ba. & plenè illustr. Nic. Boer. in sua decis. 164. alia insup orta fuit, 1. vol. quā nouissimè imp̄ssam reperi. Quamobrē, ne res clara in dubium deducatur, ob torturam quæ reiterari, & acerrime posset, sum voti prædictum Angelum esse per quadriennium continuum condemnandum ad remigandum in regiis triremibus & in hanc sententiam concurrerunt cæteri mag. iud. eiusdem magnæ cur. mei collegæ, nemine discrepante, & ita executum fuit,

2 Testes

1 *Teste s sufficit concordari in eo, quò consistit substantia negocij principalis, dato quòd in cæteris discordarent: nam non ex hoc censentur varij, nec reprobantur. Imò eo casu videntur testes melius deponere, nec videntur eundem præmeditatumque sermonem attulisse. num. 2.*

3 *Testis si scienter adderet aliquam falsitatem dicto suo, dummodo illud non tangat substantiam negocij principalis, super quo deponit, tamen eius dictum valet.*

4 *Testis vt possit de falso puniri, est necesse, vt appareat falsum deposuisse super facto principali, super quo consistit substantia negocij, propter quod principaliter examinatur: secus. si super alijs. Qui si super his mentiatur, non potest dici falsum commisisse.*

5 *Falsitas non est, si testis coniunctus producenti interrogatus per iudicem neget se coniunctum: tamen ex quo est mendax, potest puniri de mendacio extra ordinem, arbitrio iudicis, ibid.*

6 *Testes si contradicerent etiam in facto principali, in quo consistit substantia negocij, dummodo in modico contradicant, non ex hoc censerentur varij nec falsi: nec ex hac reprobarentur.*

7 *Falsitas non tangens negocium principale, non facit quod dicta testium reprobentur.*

DECISIO XLIII.

LVCIANVS de sanctis, de S. Seu. & Valerius dicto lo paisano, ad instantiam Io. Scolorcię, & sociorum: super lapidibus proiectis ad fenestram cuiusdam impudicæ mulieris, producti in testes, deposuerunt duos ex pdictis querulatis nocte, qua dicebatur lapides proiectos, dormiuisse cum eis in vno eodemque cubili: vnus ex eis interrogatus in qua parte cubilis, dormierat, respondit, ꝙ ipse Lucianus steterat in medio aliorum: alter vero deposuit, ꝙ Lucia. ipse stetit ab vno latere cubilis: & sic nõ in medio. sicq; varijs, & discordantibus, instante magnifico fisci patrono carcerati fuerunt, & dum stetissent ferè per mensem in carcere ex hmõi mẽdacio, & offensione auriũ iudicis supplicarunt se ad tolerabilẽ cõpositionẽ admitti: & magni fisco fisci patrono ad id concurrente, per aliquẽ ex magnificis

iudicibus meis collegis dicebatur obstare regia nouellam pragmaticam prohibentem compones in causa falsi. Dixi,
1 quod salua † pace id deberet intelligi in causa principali, in qua vertur substantia negocij principalis: nam si in eo quis falsum deponeret, componi minime posset: secus in accessorijs, ex quo sufficiet testes concordari in eo, in quo consistit substantia negocii principalis, dato ꝙ in cęteris discordarent. Nam non ex hoc censentur varii, nec reprobarentur: per tex. in c. nihil obstat, de verborum significationibus, & ibi plenè doc. & probat bene tex. cum gl. in c. dudum, versi. substantia extra, de conuer. co niug. & in c. cum ecclesia, in ver. vacillasse, iuncta gl. de cau. poss. & ꝓprietatis, & facit bñ tex. no. in l. qui sentiam, quam ad hoc no. Bar. & Ang. C. de pœ. & illum tex. ad hoc originaliter no. Old. Laud. refert Bal. in l j. in fi. C. si plures vna sent. Idem pro regula tradit Ioan.
2 de Ana. in cons. 76. visis. & consideratis attestationibus † sub dens, ꝙ eo casu videntur tunc testes melius deponere, ne videantur eundem præmeditatumq; sermonem attulisse: contra, l. 3. §. 2. & ibi Bar. ff. de test. & intantum hoc est verissimũ,
3 † ꝙ si testis scienter adderet aliquam falsitatem dicto suo, dummodo illud non tangat substantiam negocii principalis, super quo deponit, tamen eius dictum valet. vtputa, si interrogaretur de nomine contrahentium, vel de parentela, aut de qua parrochia. & refert ita contigisse in personam Io. And. & sequitur ibi Imo. idem tenet Bar. ante alios, in l. eos, ff. de fals. & melius Bal. & Imo. in l. his verbis, §. fi. ff. de hær.
4 inst. Quinimo, & plus, ad hoc † vt qs possit de falso puniri, est necesse, ꝙ appareat falsum deposuisse super facto principali, in quo consistit substantia negocii, ꝑꝑ quod principaliter examinatur: secus, si super aliis: quia eo casu si mentiat̃, non ex hoc dici potest falsum commisisse, nec de falso puniri poterit, sed extra ordinem tantum, arbitrio iudicis. Ita singulariter voluit Iac Butr. in l. Lucius, ff. de infam. & idem ibi sequitur, & refert Angelus, vbi reputat notatu dignum prædictum dictum Iaco. But. & menti tenendum, & eandem decisionem pro mirabili, & singulari sequitur Ange. in consil. 194. visis processibus, & ibi Iac. But. exemplificat in eo, qui est coniũctus producenti, & interrogatus per iudicem, negat

5 gat † se coniunctum, quod licet sit falsum, non ideo incipit ex hoc in pœnam falsi, tamen ex quo mendax est poterit puniri extra ordinem arbitrio iudicis, & hoc idem tenet, & sequitur Bar. in l. pen. 2. lec. C. de transf. & facit. l. cum tibi, C. de iud. & idem sequitur Alb. de mane, in suo optimo tract. de testi. sub rub. quando testes repelluntur ratione domesticitatis, circa
6 finem. Quinimo † & plus, etiam si in causa principali, & proprie in eo, in quo consistit substantia negocii, testes contradicerent inter se, dummodo in modico adinuicem, non ex hoc censentur varii, aut falsi: nec ex hoc reprobarentur eorum dicta. Ita singulariter tenet Ant. de But. in c. 2. de reg. per illum tex. cum gl. & sequitur Alex. in cons. 24. animaduersis, & in cons. 105. responde domine, & idem tenet Ias. in l. si ex falsis, C. de transf. & in l quicunque. ff. de iurisd. om. iud. Fel. in c. cum tu. de test. vers. 2. no. Alex. in consi. 5. in 1. vol. in
7 causa inquisitionis, vbi exemplificat. Et quod † falsitas, quæ non tangit negocium principale, non facit quòd dicta testium reprobentur, tenet Bald. in l. pen. circa fin. C de transac. vbi hoc etiam sequitur Sal. subdens, quòd ita quotidie in practica clamant aduocati, vt no. Inn. in c. fraternitatis, de testi. vbi Io. de Ana. post alios, idem consulendo tenet Dec. in consil. 100. vol. 1. vbi subdit ita sæpius consuluisset Alex. maximè in consi. 5. in causa inquisi. 1. vol. vbi plures testes hoc modo à contrarietate defendit. Ex quibus dixi, non esse locum dictæ nouellæ regiæ pragmaticæ, & quòd poterat ad compositionem, & leuem procedi. Et ita executum fuit communi voto magnificorum iudicum omnium eiusdem magnæ curiæ.

1 *Vulnerans seipsum, puniri debet.*
2 *Clericus percutiens seipsum, est excommunicatus, nu. 3.*
4 *Statutum puniens vulnerantem aliquem, comprehendit etiam illum, qui studiose se vulnerauit.*
Miles se vulnerans non ex impatientia doloris, aut morbo, aut furore, siue tædio vitæ, capite punitur. & si sibi manus intulit, nec factum peregit, nisi ex præmissis, seu alia ipsarum id fecerit, capite punitur, ibidem.
5 *Vulnerans seipsum, punitur, ac si alium vulnerasset.*

DECISIO XLIIII.

HIERONYMVS de Ponte, ex q̃ plurib. delictis p ipsum patratis, condẽnatus extitit p magnã curiã vicariæ ad remigandum in triremib. regijs ad tempus, vt se mancũ redderet, & inhabilẽ ad remigandum, & sic pœnam remigandi euitaret, arrepto gladio se grauiter supra suam manum percussit, & vulnerauit, intñ ꝙ penitus inhabilem ad remigandum se reddidit. Hęsitatur, si ex hoc facinore plectendus veniat, cu nemo sit dñs membrorum suorũ, vulg. l. liber hõ. ff. ad l. Aquil. cũ vulg. Itẽ si plectendus venit, qua pęna plecti debeat. Et quo ad primũ,
1 nulli † dubiũ, ꝙ puniri debeat: vt dicit Bart. in l. si quis aliqd §. miles, ff. de pœn. idem Bar. in l. transigere. ver. item si ipsemet, C. de transf. & est optimus tex. ad hoc in l. omne delictũ, ff. de re mil. & in l. fi. §. si quis aũt, ff. de bon. eorum, qui mor. sibi consc. & ꝓbat bene tex. in c. non licet. 24. q. 5. vbi cleri-
2 cus † se percutiens, est excõicatus, & idem tenet Card. in cle. 1. in prin. in 3. no. extra de reliq. & vener. san. & in c. contigit, de sen. excom. & tñ excommunicatio est maior pęna, quæ im-
3 poni possit per canones. Et ꝙ † percutiens seipsum, puniri debeat est tex. in l. si quis aliquid, §. fi. ff. de pœ. & ibi Bar. Sed qua pœna plectendus veniat, reperio Io. And. in add. ad Spe. in tit. de pœ. in add. incip. in fauorem, vers. 2. q̃ro an vulnerans vbi dixit, quòd percutiens se ipsum, punitur pœna statuti de percutiente alium, & alibi dixit Bal. in proœ. decr. in vers. incip.
4 Rex pacificus, quod statutum † puniens vulnerantem aliquem, comprehendit etiam eum, qui studiosè se vulnerauit, & ideo tex. in l. 2. §. sic autem de bon. eorum, qui sibi mor. con sc. iussit percutientem se ipsum animo percutiendi, licet mors non sequatur, capite puniendum esse. Idem probat tex. in d. l. oẽ delictũ, §. q se. de re mil. cũ gl. & in l. si quis, §. miles, ff. de pœn. & ibi scribẽtes. In milite aũt decisum est ꝙ miles q se vulnerauit nõ ex impatiẽtia doloris, aut morbo, aut furore, siue tædio vitæ, capitæ punĩ. Ita iurisc. in d. l. oẽ delictũ, §. q se vulnerauit, ff. de re mil. & si sibi manus intulit, nec factũ peregit, nisi ex p̃missis causis, seu alia ipsarũ id fecerit, capite puniri debet, alias cum ignominia mittendus est p tex. in l. si qs.
5 aliqd, §. fi. ff. de pę. Et ꝙ vulnerans † seipsum, punĩ ac si alium

vul-

vulnerasset tenet Alb. Fulg.& Paul.de Cast. & Iason.in l.2. C.q̃ test.fac.pos.& hoc p tex.in l.fi.§.sic aũt,ff.de bõ. eorum, & d.l.omne delictũ,in §.qui se vulnerauit Ias.in d.l.alleg.expressionem tex.ad hoc in d.l.si quis aliquid, §.fi. ff.de pœn. idem sequitur Cass.in consu.Burg.ver.itẽ qui se ipm voluit occidere,Sed quia prædictus Hieronymus nouissime allegauit non ex causa se debilitandi se percussisse, sed ex casu, & fortuna, volens quoddã lignum incidere, petendo se admitti ad suas defensiones,quæ sibi denegari non poterãt, iõ fuit sibi impertitus terminus dierum 10 ad se defendẽdũ, nõ curando,qđ prius petierat stari iudicio ipsius magnæ curiæ,& probõnib.fisci contra ipm. vñ nũc pẽdet decisio, quæ nisi factis defensionib.apparere poterit,aut termino assignato elapso. Et sic ad laudem Dei omnipotentis nostri redẽptoris, ac gloriosæ Mariæ virg. Iesu Chri mris,sit imposita finis decisionionib.magnæ cur. vicariæ, cũ in ea iudicando vacauerim per annũ continuũ, & mensibus nouẽ, mãdato illust.domini don Petri de Toleto,Proregis dignissimi,tanq̃ vnus ex duob.cõsiliarijs regijs:q annis singulis hñt ex iussu Cæs. Maiestatis præesse in iudicio ipsius magnæ cur.ad electionem ipsius Illust.Proregis,q à die primo pñtis mensis Apr.anni.1543.iussit me redire ad propriũ locũ meę residentiæ,& in rota propria,in qua per prius degebã, sedens in uno ex primis duob.locis prope excellentem dominum. Præsidentem sacri regij consilij immediate:in quo Spiritussancti gratia incolumen me reperio.

Sequuntur Decisiones sacri regij consilij,iuxta ordinem, & numerum inchoatum.

1 *Clausula instrumenti, omnia contenta in eo esse vera facit vt non possint partes venire contra iuramentum,allegando simulationẽ.*
2 *Omnia,& singula contentæ in inctrumẽto esse vera iurans, & in nullo cõtrauenire , etiã absolutionẽ à iuramento petere nõ posset.*
3 *Iurans taliter,vt supra,si parte reluctante admissus esset ad probandum de simulatione,seu aliter contra instrumentum,tales probationes nihil probabunt contra instrumentum.*

4 *Articuli*

4 *Articuli impertinentes, dũ petitur ante omnia reijci per iudicem, non sunt admittendi. etiam salua pro testatione impertinentium, & non admittendorum.*

5 *Articuli an debeant admitti ita, vel non, dum prætenduntur impertinentes, ita quod ubi est dubium, non processus retardetur, posset tunc iudex admittere illos cum protestatione impertinentium, tamen melius faceret, velle prius hoc discutere: quia magis hoc expedit partibus, ne vexentur superfluis litibus: & ideo talis cautela non seruatur Romæ.*

6 *Articulorum impertinentia vbi apparere potest & pars petit, qđ reijcientur, non debet iudex admittere, nec illos reseruare, saluo iure impertinentium.*

7 *Articuli impertinẽtes non debent admitti, nec testes super eis recipi.*

8 *Stante statuto, quòd iudex admittere debeat omnes probationes, & exceptiones, saluo iure impertinentium: tamen non poterit admittere exceptiones euidenter impertinentes.*

9 *Instrumentum dicitur veritas apparens, & probatio probata, & nõ probanda.*

10 *Pro instrumento duæ oriuntur præsumptiones vna, quòd sit verũ: altera, quod sit solenne.*

11 *Per instrumentum illud quod apparet, dicitur esse certum, & manifestum, nu. 12.*

13 *Vxor repellitur à testimonio pro viro, vel contra virum.*

14 *Iudex tenetur ex proprio officio de conditione testiũ se informare.*

15 *Testi si obijciatur, quod est consanguineus seu domesticus producenti, & producens negat, si offertur probatio incontinenti, vel si id, quod obijcitur, est publicum, & notorium, admittitur exceptio. Si autem requiritur altior indago, tunc reseruatur post publicationem: quia in mora modici temporis potest esse paruum præiudicium.*

16 *Filius nec filia pro patre testificari potest: nec econtra.*

DECISIO XLV.

IN causa magn. Ioan. Ant. Grammatici, mei filij cum Io. Bap. de Capulo de Neap. lata sententia per sac. regium cons. contra eundem Io. Bap. super deuolutione cuiusdam terræ eiusdẽ, ob reditum

tum non solutum emphiteoticam per triénium, dum fuisset reclamatũ, ét productis artic. per eundem in cã reclamationis, & petitum per præfatum Io. Ant. ipsos añ oĩa inspici, & percunctari ac impertinentes reijci, cum auditum fuerit multa impertinentia produxisse, & alia concernentia simulationem prætensam, veniens contra tenorem instrumenti terræ pdictæ, nõ obstãtib. clausulis in eo adductis: & signãter
1 † oĩa in eo cõtẽta esse vera, quo casu nõ pñt partes venire cõtra iurm, allegando simulationẽ, nec alia, vt late Imol. post Ant. de But. in c. cũ cõtingit 6. mẽbro, de iureiur. & ibi Abb. in vers. 10. casus, & Abb. in sua disp. statuto ciu. Senarũ, vers. 10. casus. Bal. & Sal. in l. fi. C. de nõ nu. pec. Idẽ Imol. in c. ad nram, in fi. de empt. & vend. Imo. & Alex. in l. Seius, & augerius, ff. ad leg. Fal. & cõsuluit Alex. in cõs. 36. vol. 2. viso themate, & in cõs. 132. vol. 2. viso instrõ diuisionis, idẽ Alex. in l. nemo põt, & ibi. Imo. ff. de leg. 1. & ibidem sequit Ias. subdens hoc esse notandũ, qa valde vtile, & quotidianũ in practica, & ꝙ ipse habuit sæpe de facto consulere: imò eo casu
2 dũ iurasset oĩa & singula esse vera, † & in nullo contrauenire, ét adsolutionẽ à iurõ petere nõ posse: vt dicit ibi Ias. post Frãc. de Arc. & hoc maxime, qa eo ipso ꝙ peteret se absolui: ex quo exponeret, id qđ iurauit esse falsum allegaret se periurum: & sic non admitteret ad allegandũ turpitudinẽ suã, qa eo ipso esset periurus, & sic detegeret periurũ & oĩno repelleretur, vt late per Bar. in l. iusiurandum, ꝙ ex conuentione in §. procurator, ff. de iureiur. Et † in tñ hoc dcñ est veris-
3 simum, ꝙ si parte reluctãte fuisset iurans admissus ad pbãdũ de simulatione, seu aliter cõtra instrm, tales pbões nõ pbabunt, nec fidẽ facient. Ita Alex. consuluit in cõs. 89. volum. 2. & cõsil. 133. eo. vol. & plenè Bauer. in suo tractatu de virt. iuri. Et ideo debebat magnificus cõmissarius Frãciscus Aguirre Hispanus ante omnia videre articulos, & instrm iuratum, allegatum in dicta, & alijs clausulis: qui nec articulis visis, vt opinor, decreuit esse procedendũ ad receptionem testium, & si qui reperti fuissent impertinẽtes, facta publicatione vna cum depositionibus testium reijcerentur, à quo decreto dum fuisset pro parte præfati filij mei reclamatum, fuit iterum inculcatum aliud decretum, recipi testes salue

iure

iure impertinentium, & non admittendorum post publicationem:& dum instaretur in reclamatione, & ꝙ fieret relatio in Rota,fuit decretum ibidē faciendam esse relationem.
4 Et ꝙ grauauerit commissarius,accedat†præmissis,ꝙ articuli impertinentem debent ante omnia a iudice reijci, dū petitum est,nec aliter admitti:p l.:si duo patroni, §. idem Iul. ff.de iureiur.vbi Bar.dixit ꝙ iudex non debet articulos impertinentes admittere.Ad idem tex.in l.ad probationem. la 1.vbi Bal.in 2.nót.C.de probat.& in l. si defensor, §.qui interrogatus.ff.de interrogat.actio.& ꝙ ibi Bal. per illum tex. quod potissime procedit, dum de facili potest apparere de
5 impertinentia articulorum: per ea quæ infra dicam. nā†licet alias vbi est dubium, an articuli sint impertinentes vel ne,ne processus retardetur, possit iudex admittere illos cū protestatione: videlicet, saluo iure impertinentium, & non admittendorum,vt no.Host.Ioan.And.Bal.& Abb.& post gl. pe.in c.cum contingat.de offic.deleg.& ibi Ant.de But.dicit ꝙ multoties practicauit.Et Ang.in l.spetiali. de re ven.dicit quòd generali consuetudine inoleuit,quòd iudex ita admittat,& licet iudex tali cautela vti possit,melius tñ faciet velle prius hoc discutere & examinare, quia hoc magis expedit partib.ne vexentur superfluis litib.& expensis.& iō talis cautela non seruatur Romæ, vt dic.Car.in d.c. cum cōtingat,& ibi Bar.in d.gl,pen.ita consulendo etiam firmat Dec. in suo cons.161. per dominum præpositum omnium sanctorum.
6 Sed ꝙ†vbi potest apparere de impertinentia articulorum,& pars petit,ꝙ videatur & reijciantur,ꝙ eo casu iudex nō dēt admittere nec illos reseruare,saluo iure impertinentium & non admittendorum,est gl.not.in d.l.cum contingat. in gl. 4.super verbo, nihilominus.quæ est valde sing. secūdū Bal.
7 ibi ex quo†articuli impertinētes non dēt admitti, nec testes super eis recipi.Tex.est aureus secundum Bal in l.si duo patroni supra alleg.& ideo voluit Jmol.quem Mod. sequunt, in l.4.§.prætor ait.per illum tex.ff.de dā.infe.quòd etiam stā
8 te†statuto,quòd iudex admittere debeant omnes probationes & excep.s lua iure impertinentium & non admittendorum · quòd tamen non poterit admittere exceptiones euidenter impertinentes. Idem refert & sequitur Iason in d.l.

si duo

si duo patroni, §. idem Iul. ff. de iureiur. subdens esse bene not. Et ꝙ de facili & in promptu possit appere de impertinētia, id satis ex lectura ipsorum, nec nō & instri cōfecti inter partes ipsas & clausularū in eo contentarum, apparere pōt
9 nā magna vis consistit instro & eius ꝓbōnæ: † cū instrm, dicatur veritas appens, & sit probō probata, & nō probāda, vt dicit Bald. in l. imperator. ff. de sta. ho. & in l. 2. C. quando fis. priua. & in l. quoties, in fi. C. de iud. & in auth. qui semel. C.
10 qūo & quando iu. intantum, ꝙ † pro instro duæ oriūtur præsumptiones: vna, ꝙ sit verum, & alia, ꝙ sit solenne, secūdum
11 Bal. in c. 1. §. instrm. de no. feu. & id, quod appareat † ex instro, dicitur esse certū, ita dicit Barb. in c. fi. de libel oblat. & Bal. in l. 1. in prin. in vers. venio ad q. ff. de oper. no. nunc. Bal. in l. interest, de ꝓb. & faciunt dicta Io de Ana. in cōs. 97. in cā ista. Soc. in cons. 46. cum in pñti. & in cōsil. 89. in cā. Ias. in repet. l. admonendi, ff. de iureius. Hinc dixit Alex. cōs. 37 viso
12 & oportune, 2. vol. ꝙ id † cōstat per publicum instrm, dicit manifestum, & sic cum ex lectura clausularum instri & articulorū de facili apparere possit de impertinētia, debent articuli ipsi ante omnia inspici & discuti, & reijci, qtūs impertinentes apparebunt. Item est insuper aduertēdum, ad instātiam eiusdem Campuli fuisse citatos in testes eius vxorē, necnon & eius filiam, & pluries dictum fuisse non debere in testes recipi, tum quia eius vxor est similiter vt principalis obligata in instrumento pdicto, vt liquet ex eius tenore,
56 prio concedere dicitur,nisi apponat † dictam clausulam,motu proprio,in concessione,c.si motu proprio.de præb.in 6.& plena relata per Ias.in l.3.ff.quod quisq; iur.cir.pri. Secūdo, facit etiam me aliquantulum dubitare,ꝙ quatenus expssum fuerit tam antecessores ipsius principis possedisse quā etiā & ipsum principem videt priuilegium ipsum subreptitium,
57 cū † omnes qualitates sint exprimendę,quib.moueri posset princeps ipse ad non concedendum, seu difficilius cōcedēdū,c.postulasti,extra de resc.Bal.in c. cū dile.eo.ti.Abb.in c.
59 in præsentia.& in c.cæterum,eo.tit.Imò reqritur vt fiat notabilis

tabilis exp̄ſsio: nec ſufficeret in genere fieri, vt inrerpretatio ſaluetur à ſubreptione,ſeu obreptione. Ita conſuluitur Ro.cõſ.327.cum ſeq.& in cõſ. 38.& ibi ſubdit, ꝙ nõ ſufficit generaliter exprimi factũ,niſi exprimat modus facti.Ita di. gl.no,in c.dilectus filius,de reſc.& ibi Abb.& tenet Old. cõſ. 14.maxime, cũ modica ſubreptio vitiet, c.ſi motu proprio ſupra alleg.Ita dixit Bal.in l.ſi præſcr.C.ſi cõtra ius vel vtil. publ.& in c.decanis,de re iu.Ben.de plũ.in l.1.ff de nata.reſtit.Io.And in add.Spe.in rub.qui filij ſint leg. Et quib.omnibus p̄miſsis licet aſsentiam decretum regiæ cameræ exequendum,& illuſtr.princ.reſtituendũ tñ ad vberiorem cautelã,quæ obeſse non conſueuit,teneo attenta grauitate cauſę,cum de maxima ſumma agatur, conſulendam , eſse Cęſ. maieſtatem iam Neap.degentem & eius ſecundas iuſsiones expectandas,reſeruato ſemper tam excellentiſſimorum dominorum ſaniori iudicio, cui me ſubmitto. Et ita tandem executũ fuit,& cõmuniter votatum in fauorem ipſius princ. conſulto Cęſ.

1 *Contrarietas vbi eſt inter teſtes vtriuſque partis, vt quia teſtes pro vna parte dicunt,& pro alia parte alij teſtes producti dicunt contrarium, non ex hoc poteſt inferri ad falſitatem,& potius dici debet repugnantia inter teſtes,quàm falſitas.*

2 *Duo ſi iurant contraria,videlicet vnus vno modo,& alius alio modo,& contrario, licet aliter ipſorum ſit periurus omnino tamen ex quo quis ſit periurus ignoratur nemo ipſorum poterit de periurio puniri.*

3 *Data contrarietate inter teſtes vnius,& alterius partis,nullus ipſorum poterit de falſo puniri.*

4 *Teſtibus inſtrumentarijs contradicentibus,nemo ex his poterit de falſo puniri,nec notarius propter teſtes,nec teſtes propter inſtrumentum.*

5 *Ex dictis contrarijs teſtium vnius partis cum altera,non poteſt inferri falſitas:bene tribuitur materia Iudici ad inquirendum ſuper falſitate in alterutrum.*

7 *In notario potius in dubio præſumitur error, quàm falſitas.*

7 *Et ideo in eo requiritur probari dolus.*

8 *Officialis,qui vacat in multitudine agẽdorũ põt de facili obliuiſci.*

9 *Teſtes*

9 *Testes possunt quodammodo variare extra fluxum temporis.*
Memoriae hominum est labilis,& non diuturna,ibidem.

10 *Testibus duobus notarijs publicis magis statur, quàm duobus non notarijs aliter dicentibus.*

11 *Notarius praefertur vni testi.& etiam aequiparatur duobus testibus.*

12 *Fama bona in inquisitiũ tollit vnũ indicium.etiam quòd aliàs esset sufficiens ad torturam.*

13 *Qualitas personarum multum operatur ad remouendum praesumptionem falsitatis.*

14 *Calumniae praesumptio, excluditur propter qualitatem personae.*

15 *Factum de antiquo nedũ dici potest per decennium elapsum,verũ etiam & in minori tempore trium vel duorum annorum.*

16 *Testis ad hoc vt possit da falso puniri,requiritur quòd falsum deposuerit in facto principali,in quo consistit substantia negocij: super quo principaliter examinatur. Secus,si super alijs non tangentibus factum principale,quia eo casu non potest dici falsum commisisse, nec de falso redargui aut puniri.*

17 *Falsitas quae non tangit negocium principale, non facit quòd dicta testium reprobentur.*

18 *Testis quando negat ita deposuisse prout notarius scripsit dum tractatur de falso,stabitur potius dicto ipsius testis, quàm notarij.*

19 *Iudex in criminalibus si sibi videbitur,poterit incipere nedum à citatione,sed etiam à captura.etiam indicijs non praecedentibus.*

20 *Iudex antequam procedat ad examinationem seu capturã principalis,debet prius curare, vt sibi de delicto constet.*

21 *Fisci aduocatus seu procurator si indebite aliquem vexaret,vel iniuria afficeret,vltra quam debet in expensis erogatis pro tali vexatione condemnari, debet etiam viuus comburi.*

22 *Illustris persona à solo principe, & non ab alio iudicari debet.*

23 *Falsi accusatione pendente de iure, non poterit procedi ad expeditionem causae principalis,dico pendente causa falsitatis contra partem, & testes & intelligitur quo minus potest ferri sententia.*

24 *In regno tamen per regni constitutionem potest procedi super causa principali,ciuili,& super causa falsi.*

25 *Torqueri qui non potest, minime potest detineri.*

DE-

DECISIO LX.

IN causa excellentis Comitissæ Gulisani, cum illustris. Marchionissa Padulæ, exposita quærela falsi contra præfatam Comitissam, per dictam Marchionissam Padulæ, necnon, & contra testes per eandem productos in causa ciuili inter easdem vertente in S. regio cōs. prætextu, ꝙ cum testes ipsi deposuissent, olim comitem Culisani eius patrem fuisse in præsenti regno, & per transitum allocutum cum ipsis testib. de nonnullis concernentibus substantiam dictæ causæ principalis, appareat econtra probatum, ꝙ comes ipse tempore, quo prætenditur cum ipsis testibus allocutum fuisse, nondum venerat in præsenti regno. sed erat in insula Siciliæ: & sic falso attestati sunt. Itē ꝙ notarius, & iudex qui interuenerunt in testamento don Artalis, deposuerunt ꝙ dū accessisset ad ciuitatem Puteolorum de sero, & allocuti cum don Artali in cubile infirmo existente, recesserunt ad quodam hospitum ciuit. præfatæ, & de mane reuersi sunt &c. & demum nouissime examinati dixerunt, quòd applicantib. ad ciuit. præfatam remanserunt de nocte in camera don Artalis, vbi scriptum fuit eius testamētū, & sibi assignatū, & de mane ipsis redeuntib. dō Artalis illud subscripsit, & sic tanq̄ varij & discordantes de se ipsis ad se ipsos, vñr falsum deposuisse, ꝑ tex. in l. q varia. de fal. cū vulgari & tādē ꝓposito casu per magnā cur. vic. in Regio Collaterali consil. & corā illust. dño Prorege dō Petro de Toledo, assistente S.R.C. castri Capuanæ, conuenit de trib. discutiēdū. Et primo, an ex præmissis in thematæ procedēdū sit in ipsa quærela falsi exposita. Scdo, an constito prius de fal. prætensa, ꝓcedi debeat ad citationē ad informādū cōtra ꝑdictā illust. Marchionissam. Tertio & vltimo, an pēdēte dicta cā falsi cōtra principalē & testes, ꝓcedi possit in cā ciuili principali vertente in S.R.C.

1 ad actus incumbentes. Et redeundo ad primū, †dicebā ex cōtrarietate testiū vtriusq; partis minime inferri posse ad fal-

2 sitatē: cū potius †dici dēat repugnātia inter testes, q̄ falsitas, nā si duo iurāt cōtraria, v3 vnus vno mō, & alius alio mō & contrario,

7 in l.si librarius,ff.de re.iur.& iō† requiritur probari in eo do lus,quia falsitas non potest committi absque dolo,l.nec exē plū,C.de fal.& not.Cy.in l.si quis decurio.eo.tit. & in l.1.ff. quemadm.ad test.ape.& no.in c.cum Io.eremita.extra de fi. inst.ꝙ ita consuluit Bal.in cōs.33.licet ille,qui scr. in 3.vol. Secundo considerāda erit longinquitas temporis à tempo re conditi testamenti,à quo sunt iā anni 12.elapsi,& pariter à tempore primæ depositionis ipsorum testiū,à qua sunt iā septē anni decursi,in quo t pis interuallo de facili potest cadere obliuio in hoīe,ēt in eo,qd ipse fecit maxime,pp mul titudinē agendorū, ꝓut contingit in notorijs occupatis in diuersorū cōtractuū & testōrum confectione ꝓut in simili
7 dicit Bar.in l.† qd iussit:in fi.de re iu.& Alex.in cōs. 114.2. vol.vbi loqtur in officiali,q hēt vacare in multis, & faciunt plene relata p Soc.in regula.175.in 6.limitatione eiusdem fallentiæ,maxime,vt dixi,qa indiciū contrarietatis testiū de facili ꝑbet excusationem labilitati memoriæ,respectu decur sus tot annorū,intra quot facillime potuit induci obliuio:
9 cū testis possint quodāmodo variare ex tractu tpis: p text.in l.3.§.duæ āt sunt cāæ,ff.de carb.ed.attēta hoīm labili memo ria,& non diuturna, l.si arb.ff.de ꝓbō. ita dixit Gād.in ti.de fal.ver.qō tali est,qdā notarius,& in ver. ecōtra vř,& iō obli uisci quis de facili pōt de ptō, ēt de eo, qd ipsemet fecit vt inquit Spec.in ti.de loca. §.6.ver.65. Tertio.suffragatur persona notarii bo fa.& persona approbata in ꝑfato notariatus offō & pariter iudicis.Qui iudex similiter est, nedū iudex, sed etiam notarius,& sic stāt duo publ. notarij;vltra alios testes pro testamento testificantes, & à principe approbati in
10 officio not.nedum à lege.Hinc est,ꝙ statur† potius duobus test.notarij pub.q̃ duob.alijs non notarijs aliter dicentib.gl. est no.§.sanc.in ver.officij.& ibi Ang. hoc colligit,in auth ē. de test.& seqtur Iac.de S.Geor.in l.testium, ff.de test. & ideo
11 nō ab re dixit Bal.in l.militib.C.de test.mil,ꝙ † notarius ꝑfertur vni testi,& ēt æquiparatur duob.testibus,vt dixit Abb. in c.quoniam contra de prob.aduersus quos indicium vnicum,quod resultare posset ex ipsa contrarietate,seu diuersi-
12 tate inter eos,data bona fama tollitur, † etiam quando tale indicium esset sufficiens ad torturam, vt dicit Bal. in l.fi.ff. de prob.

de prob.refert,& sequitur Alex.in l.fi.ff.de q. & in suo cons. 90.Viso themate.in 3.vol.Angel.in l.milites, de q. & plenè Dec.in cons. 179.lætatus sum.in 1. vol.Quarto,considerari debet nedum qualitas,& condõ ignara ipsorum testium rusticorum,sed et persona,& condõ pfatæ illust.Marchionissę quærulatæ de productione, seu inductione falsorum testiũ,
13 cũ†qualitas psonarũ multũ operet,ad remouẽdũ psumptionem falsitatis:vt no.Bal.in l.2.C.de fals.& in l.quoties,§.sed nõ in corpore,ff.de hær. inst.& suffragant d.Io. And.& Ant.
14 de But.post Host.in c.finẽ lit.de dol.& cõtu.dũ dñt,†qđ pp qualitatẽ psonæ excludit psumptio calũniæ,& not.Alex.in l.pperandũ, §.finaũt alterutra, C.de iud.& no.Ant.de But.& post eũ Abb.in c.postremo,de appell.& cõsul.in ipẽ Dec.in cõs.175.vol.1.in cã falsitatis.vñ cum contrarietas,seu varietas aliqua,& in nõ subalib. cõsiderari possit in testib.ipsis,
15 ex obliuione potius pcessisse apparet,concurrẽte † facti antiquitate & vltra decẽniũ, nedum dici post factum de antiquo,verum ẽt,& in minori tpe trium, vel duorum annorũ, vt experientia docet, cũ labilis sic hominum memoria, per tex.in l.2.C.de vet.iur.enucl. & in l.peregre, ff.de acqr. pos. ita in particulari consuluit Mars. cõs.75.in cã a fsertæ falsitatis, 1.vol.& ita recolo alias consuluisse,& ẽt votasse dũ essem iudex in magna cur.vic. in votis meis,in voto 36.& in
16 cõs.47.in cã honorabilis Io.Ant.Quinto,tanto fortius†,pcedũt pmissa,quãto falsitas ipsa nõ ptendit in substantialib. sed in accessorijs,& ad hoc vt possit qs de falso puniri, reqrit vt falsum deposuisse appareat in facto principali,in quo substantia negocij cõsistit,sup quo principaliter examinat. Secus,si sup alijs nõ tãgentib. factũ principale,qa eo casu si dicit falsum,non ex hoc dici potest falsum commisisse:nec poterit de falso redargui, aut puniri. Ita voluit singulariter Iac.Butr.in l.Lucius.de infam. quem ibidem refert,& sequitur Ang. vbi reputat not.dignum, & menti tenendum eandem opin.p mirabili & sing. sequitur Angel. in suo consil. 194.visis processib. Idẽ recte intuenti tenet Bar.in l.pen.C. de trans. Alber.de mane.in suo tract. de testi.sub rub. qñ testes repellãntur ratione domesticitatis, circa fin.Imò,& plus
17 dico,q falsitas,†quæ non tangit negocium principale,non facit

facit q̄ dicta testium reprobent, vt inquit Bal. in l. pe. circa fi. C. de transf. vbi ēt idem sequit̄ Sal. subdens, q̄ ita in practica quotidie clamant aduocati, & no. ēt Inn. in c. f̄rnitatis, extra, de test. Idem sequit̄ Io. de Ana. & idē consulendo tenet Dec. in conf. c. 1. vol. vbi subdit ita sæpius consuluisse. Alex. maximè in conf. 5. in cā inquisi. 1. vol. vbi plures testes hoc modo à contrarietate defendit. Itē non apparet p̄fatū notariū, & iudicē fuisse in hac cā falsi examinatos sup p̄tensa prima depōne eorundē in ꝓcessu ciuili: & q̄ dicta prima depō fuerit eisdē lecta, quia, vt audio, dixerunt se nunquā taliter de-
18 posuisse, prout nunc d̄r in eorū depōnibus: & q̄n testis † negat ita deposuisse, ꝓut notarius scripsit, dum tractat̄ de falso stabit̄ potius testi, q̄ notario, vt firmat Spe. in tit. de teste, §. j. vers. sed pone, ecce iudex. & ēt in tit. de instr. editio. §. restat. in vers. quid si dum attestat̄, sequit̄ Abb. & cōiter scribentes in c. audientiā de p̄scr. vbi ēt Fel. & Pan. ibi in 5. no. Alex. in conf. 70. vol. 1. & conf. 74. vol. 1. Fel. in c. cū cām. in fi. de test. Card. & Imo. in cle. 1. de hæret. Circa secundū discutiendum. an non constito prius de falsitate p̄tensa, possit in cā ipsa ꝓcedi, & citari p̄fata illustriss. Marchionissa, ad instantiā re-
19 gij fisci ad informandū, & reperio † q̄ licet in criminalib. si iudici videbit̄, poterit incipere nedū a citatione, sed etiam à captura, & etiam indiciis non præcedentibus, secundum Bald. in l. si certus, ff. ad Syllanian. & in l. 2. C. de his, qui latro. Angel. in l. item apud Labeonem. §. quæstio. ff. de iureiurand. & in authen. vt iud. sine quoquo suffrag. §. scientes. Attamen Bartol. in l. fin. de quæstio. dicit, quòd debet prius
20 † constare iudici de delicto, antequàm procedat ad examinationem, vel capturam principalis. Idem tenet Angel. in tractat. maleficio. in verb. fam. publ. versicu. 13. ver. an iudex. Tancred. de Corne. in sua compendiosa, q. 17. Brun. in suo tracta. de ind. & tórt. & tenet consul. Marsil. in suo consil. 18. nume. 4. & melius in consilio 12. & consil. 35. volum. 1. & consil. 14. nume. 13. & in consi. 40. num. 4. & in consil. 8. & in casu, in quem fiscus. i. eius procurator, vel aduocatus fi-
21 sci † indebitè aliquem vexaret, vel iniuria afficeret, dum super falsitate præfata non probata ad informandū super ea in ius vocaret, & sic iniuria afficeret̄ in ius vocatus: qa iniq

 rd

ad iudicium ꝑtrahitur, debet in expensis ob talē vexationē condēnari,& eas soluere de ꝓprio, argō, l. succurrit, ff. de excus. tut.& no. C. in quib. caus. tut. hñti, l. non est. p Io. Fabr. & sequitur Bouer. in sing. suo, in verbo ꝓcuratores fiscales, in sing. 23. Item maxima pœna venirent plectendi, vt decidit Imp. in l. vniuersi, C. vbi cau. fisc. vbi eos viuos concremari iussit.& sic vult princeps, eius familiares prę cęteris grauius puniri,& hoc per rõnem secundum Sal. ibi. q̄a in ignominiam principis redeunt delicta ab eius familiarib. cōmissa, & cum p̄fata l. vniuersi, concordat propheta Dauid in psal. 139. labor labiorum suorum operiet eos. Cadant super eos carbones, in ignem deiicies eos.& in psal. 119. Quid det tibi, aut quid apponat̄ tibi ad linguam dolosam? Sagittæ po-
22 tentis acutæ cum carbonib. desolatoriis.& facit illud Esa. 33. Quod maxime attendendum est, cum † agat̄ contra illustris. ꝑsonam, cum illustr. ꝑsona à solo Principe, & non ab alio iudicari debeat, vt in l. quoties. C. vbi senato, vel clari. Circa tertium,& vlt. an pendente cā falsi contra principalē, possit in cā ipsa ciuili procedi ad actus incumbentes, vel impediatur cursus cāæ interim.& certe nulli dubium ꝙ non, cum in regno hodie præiudicialia sint sublata per regni cō-
23 stõnem, si ciuiliter agens. cum alias ex † iuris cōis dispōne non poterat procedi ad expeditionem cāæ, pendente accusatione falsi contra partē,& testes, vt tēnet Bal. in l. fin. C. de fi. instr.& idem Bal. post Cy. in l. 1. C. qui accu. non poss. Bar. in l. Dinus, cum l. seq. ff de pet. hær. Bal. in l. si quis testi. C. de test.& præfatæ decis. non concludunt, ꝙ non possit pro
24 cedi in cā ad actus incumbentes, sed bene † impediūt, quo minus snīa ferri possit,& ita innuit Cy. vbi supra in ver. suis, & pariter Bar.& sequitur Cap. in sua decis. 25. vbi ponit plures limitationes,& licet Tancr. de Corn. in sua cōpendiosa, in tit. de ind. in 10. q. dixerit, ꝙ huiusmodi cā falsitatis, est ꝑiudicialis ad cām ciu.& ideo in cā ciu. supersederi, per l. fi. de ord. iud.& inde d. gl.& And. in d. const si ciuiliter agens, ꝙ per d. const. est correcta d. l. fi. quia in regno pariter procedi potest super vtraque causa.& idem sequitur,& firmat Afflic. in sua dec. 129. sæpe sæpius. vbi refert D. Anto. de Alex. Præsidentem,& viceprotonotarium S. regij conf.& Anto. de

Baldax,regium Consi.dixisse,q vbi non pôt mora,vel negligentia imputari,aut q ius totius cāæ consistat in illis testib. accusatis,tunc debet supersederi in cā clu.Hoc p d.Bald. in d.l.fi.de fi.instr.necnon Cy.& Bal.in d.l.j.C.qui acc nō pos. Abb.in suo cons.16.vol.2.in p̃senti q. & plures alias distin. subdit Affl.ibi.ad quas me remitto.& idem sequit Afflic. in in sua decis.103.vbi subdit fuisse p S.cons.votatum,vt procederetur in vtraque cā:sed q non expediretur causa ciu.nisi prius expedita causa crim.super falsitate, nec constitutio regni habet locum in hoc casu, se quia per superuenientiam regię nouellæ prag.editæ tpe regis cath. gloriosę memorię die 10.Decemb.anni 1509.per illustr.dñm Raymundum de Cardona,fuit prouisum,non obstante accusatione falsi, contra testes,& partem procedendum esse in causa ciuili ad vlteriora,etiam vsque ad sententiam inclusiuæ, nec cursum causæ principalis aliter retardari, nisi iudici de falsitate ante expeditionem causæ constiterit:à qua regia pragm.hactenus obseruata recedere non licet,sed inuiolabiliter obseruari.Remanet vltimo prouidendum indemnitati testium exterorum:qui hucusq; in ciuitate Neap.detenti permanserũt, & stantibus præmissis,ac iuris dispositione iubente, vbi qs
25 non potest torqueri. † minimè detinendus est. Ita firmat Luc.de Pen.in l.quoties,C.de dign.lib.12.Aug.Arim.in addit.ad Ang.in trac.malef.in verbo,fama pub.in verbo, adde,& intellige præfata, & idem reperio cautum per ritum magnæ curiæ vic.incip.si accusatur aliquis.sub rubr.quæ in cip.detinetur inquisitus,si incipit constare. Ex quibus omnibus præmissis concurrendum duxi cum voto istorum magnificorum dominorum magnę curiæ, & S. cons. videlicet hos detentos dimittendos esse sub fideiussoria cautione in forma:& nihilominus procedendum esse in causa ciuili ad actus incumbentes,nec cursus causæ aliter retardari: & in causa falsitatis pinguiores probationes recipi,si produci cōtigerit.seruata in omnibus forma dictę Regię nouellę pragmaticæ.

1 *Clericus citari potest coram iudice laico, si sua interesse putauerit.*

2 *Clericus dum possidet rem à se petitam, debet coram iudice ecclesiastico conueniri.*

3 *Clericus citatus si sua putauerit interesse, asserens se possidere ratione suæ possessionis, erit reus necessarius, & potest petere se remitti ad suum iudicem.*

4 *Clericus, nec directè, nec indirectè trahi potest ad iudicem secularē.*

5 *Clericus non tenetur comparere coram iud. seculari, & si cõtumax est coram eo, non potest puniri ratione contumaciæ, cum citatio nõ teneat nec processus inde secutus.*

6 *Clericus veniens tanquam nominatus, & ius habens, & sic est necessarius defensor, & principalis, & tunc eo casu aduocat causam ad suum forum ecclesiasticum.*

7 *Iurisdictio non potest exerceri in non subditum.*

8 *Clericus non potest supponi diffinitionibus laicorum.*

9 *Iudex laicus non potest habere iurisdictionem in clericum, etiam de consensu episcopi.*

10 *Clerici vt conueniantur coram iudice seculari, minime Papa hoc facere potest, & si faceret, Iudex secularis cognoscere non posset.*

11 *Clerici sunt exempti à legibus temporalibus, & sic à iudicibus.*

12 *Princeps nullus, nec imperator, nec Iudex secularis vllam habet iurisdictionem in personas ecclesiast.*

13 *Clericus eo tunc quod est clericus statim est exemptus à potestate nedum Iudicis secularis, verum etiam imperatoris.*

14 *Clericus citatus per Iudicem secularem, & in eum consentiens, & passus vt de ipso cognoscat, non potest hoc facere nec tacite nec expresse posset in ipsum consentire, nu. 15.*

16 *Clericus citatus per iudicem secularem si non comparueirt, & fuerit contumax, & bannitus, bannum non tenet.*

17 *Clericus coram Iudice seculari non est licita comparitio, nec possibilis prorogatio.*

Clericus in nullo casu potest cognosci per Iudicem secularem, nisi ratione feudi, & ita etiam fuit conuentum inter S. Rom. Ecclesiā, & Regem tunc præsentis regn, ibid.

18 *Clericus citatus à laico, & non declinans forum, extraordinaria pœna puniri debet.*

19 *Clericus si a sententia lata contra ipsum per iudicem ecclesiasticū*

&

& successiue ab executione non appellauit, nec de nullitate dixit si tamen in præsentiarum comparet cum instrumento clericatus, dicendo de eius nullitate, debet audiri: & sententia, & eius executio annullari.

20 *Iurisdictio quando deficit in iudice, semper opponi potest, etiam si statutum vel constitutio dictaret generaliter, quod non potest opponi de nullitate sententiæ.*

DECISIO LXI.

VENERABILIS Ioannes Longus de ciuitate Vici, rector ecclesiæ S.Nicolai de Vico, in ius vocatus in S.regio consil. ad instantiam honestę mulieris Iustinæ longæ super assistentia quorundam bonorum stabilium dictæ ecclesiæ, cum clausula, si sua putauerit interesse, comparuit petēdo se remitti ad eius iudicem ecclesiast.competentem, qua remissione tacite denegatæ per magnificum causę commissarium, fuit in causa processum ad dationem termini ad probandum, in quo termino clericus ipse articulauit, & probauit se tanquam rectorem ecclesiæ præfatæ, eadem bona possedisse, & possidere, docendo etiam de titulo possessionis præfatæ, & tandem cōpleto processu fuit per S.consilium lata sententia contra ipsum clericum, & præstita assistentia præfatæ Iustinæ in bonis præfatis, à qua sententia, licet fuisset de nullitate dictum attamen fuit decreta executio super bonis præfatis, & stante Iustina ipsa in eorum possessione per triennium, fuit actum de nullitate executionis præfatæ, necnon, & sententiæ per

1 prius latæ. Et dum hæsitaretur in eodem S.consilio †quid iuris, videbatur dicendum prima facie clericum potuisse citari per iudicem laicum, cum clausula illa, si sua putauerit interesse, & sic non principaliter: vt inquit Bal. in l. testamenta, C.de testa. Ang. in l.j.§.hęc stipul. ff. si cui plus, quam per le. Fal. in l. consulta diualia. C. de test. Petr. de Anchar. in regula, ea quæ 16.quęst. de regu. iur. in 6. Ias. in l. testamentū 2.col. C.de test. Aret. in §.1.inst. de excep. vers. ex his videtur inferri talis conclusio. Fel. in c. instrā de fid. instr. & sic cū ci-

tatus clericus ipse si sua putauerit interesse, petierit simpliciter remissionem, nec allegauerit se possidere bona præfata, videtur ꝙ in huiusmodi iudicio procedi possit coram iudice laico, stante maximè, quia clericus ipse aliter non reclamauit: sed expresse consensit iu S. consilium, articulando, & probando, quæ sibi incumbebant, et circa iustitiam cāæ. Verum quia in articulis posuit, & probauit bona præfata fuisse, & esse præfatæ suæ ecclesię, & tanquam eius rector tenet, & possidebit, certè ex hoc videbatur esse locus remissioni ad Iudicem ecclesiast. & minimè posse per Iudicem secularem
2 in cā ipsa procedi. Ex quo clericus, † dum possidet, conueniri debet coram suo Iudice ecclesiastico, c. si diligenti, & c. nullus iudicum, extra, de fo. comp. & videtur tex. in l. procurator ad exhibendum, ff. rem rat. hab. & ita dicit esse certū Pet. de Anch. in regula: ea, quæ 28. de reg. iur. in 6. & in alia impressione, est in q. 17. & ibi dicit ꝙ talis clericus ita cita-
3 tus si sua putauerit interesse, si asserit † se possidere, ratione suæ possessionis erit reus necessarius, & potest petere se remitti. Idem tenet, & sequitur Capici. in deci. S. Consilii 8. & ibi subdit non bene, nam secundum Pet. vbi supra sufficit ꝙ allegetur illud interesse, maxime dum subest clausula, videlicet: aliàs procedet in eius contumaciam, q̄ alterat clausulā supradictam, vt videatur reus necessarius. Ita Soc. in trac. de
4 cit. 2. art. prin. 14. q. Cui suffragatur, quia clericus † directè nec indirectè pōt trahi ad iudicem secularem, vt in auth. statuimus, C. de episcop. & cle. & d. c. si diligenti. vbi expressius Abb. de fo. comp. vbi Abb. subdit, ꝙ iudex secularis non est necesse potest iudex contra clericum: & idem tenet Bald. in l. si quis ex aliena. ff. de iu. vbi subdit Bal. ꝙ iudex laicus est
5 inhabilis, & incapax iurisd. † contra clericum, & ideo clericus coram eo non tenet̄ comparere, nec rōne contumaciæ pōt puniri, si non comparet coram eo. & idem latius tenuit Bal. in l. gn̄aliter, C. de epis. & cle. & sic citatio ipsa nō tenuit nec processus idem secutus, vt inst. de pœna teme. liti. ꝑ totum. Ita dic. Sal. in d. l. consulta diualia. C. de test. & præmissis accedant dictā do. Ant. Card. Zab. & Franc. de Are. in c. qm̄
6 frequenter, §. ꝙ si super. extra, vt lit. non contest. dum † loquū tur de clerico nominato in iudicio, dicunt, ꝙ si clericus venit

nit tanquã noĩatus,& ius habens,& sic est necessarius defensor,& principalis,ꝓut in casu pmisso, & tunc eo casu aduocat cām ad forum suum ecclesiast.Et idem refert,& sequitur Soc.ibi.in ver.4.& hoc ex quo venit principaliter ad sui ipsius defensionẽ.Vñ pōt vti priuilegio suo,l.idemq;, §.gñaliter,ff.mand.vbi tex.& gl.secundum d.Ant.& Are.in d.§. ꝙ si super.qđ ēt ꝓcedit,vt ibi dicit,nedum quo ad priuilegiũ fori, sed ēt quo ad aliud quodcunq;priuilegiã competẽs noĩa to cõparẽti.Nec vr̃ in aliquo sibi obstare,ꝙ articulauit,& ꝓbauit corã S.cõs.& sic apparet in iud.laicũ consensisse,& ꝓbõnes induxisse,quia † iurisd.non pōt exerceri in non sub-
7 ditũ,c.p venerabilẽ,extra q̃.fil.sint leg.vt d. Fel. in c. quæ in ecclesi.extra de const.ver.3.decl.gl.in c.dudum, extra de reb. ecclesiæ non alien.in 6.hinc dixit tex.in c.decimæ,96. dist.
8 clericũ † non posse supponi diffiuitionibus laicorũ , & late scrib.Host.in sum.de iud.§.q̃ sit necessaria, & ibi subdit , ꝙ
9 † ēt de consensu epi non posset iudex laicus hr̃e iuris.in clericũ,vt in ca. decernimus, & in c.quanto,de iud.Quinimò,
10 & plus,ēt Papa † minime id facere posset, vt clerici conueniant corã iudice seculari , & ēt si hoc faceret , non ex hoc posset iudex secularis de clericis ipsis cognoscere, vt dicunt. Card.& Abb.in c.ppendimus,in rep.extra,de sen.excom. refert,& sequit Rom.in sing.suo,in verbo,Papa, in ver. quæro
11 nunquid,ex quo † clerici sunt exempti à legib. tpalibus, & sic à iudicibus,c.cũ ecclesia,extra,de const. secundum Bal. in
12 c.clericus,de pace ten.& iō nedum iudex,imò nec † Princeps nec Imp.nullam hēt iurisd.in psonas eccles.qa l. diuina cautum est:Noli tangere Christos meos.i.clericos, ita Bal.vbi supra,&.no.in auth. de non alien.in princ. hinc pulchrè firmat
13 Abb.in c.solitæ.extra,de maio.& obe.ꝙ eō † ꝙ quis est clericus,statim est exemptus penitus nedum à ptãte iud.secularis,
14 verumetiam à ptãte Imp.Imò si consentiret † clericus in iudi.secularem,& passus fuerit ab eo cognosci , non posset hoc facere,& sic suo priuilegio clericali renunciare,p tex.in d.c.si diligenti.in c.significasti,de fo.comp.& in c.contingit.extra, de sen.excom.& in tm̃ est hoc verum,ꝙ clericus litigando co
15 ram iud.laico, † nec tacitè,nec expræssè posset in ipsum cõsentire,vt legitur.& no.in d.c.si diligẽti,& firmat Spe.in ti.de

cita.§.1.verſ.ſed pone.& ibi ſubdit, q ſi clericus citatus per iud. † ſecularem corã eo non cõparuerit,& fuerit cõtumax, ſeu bannitus,bannũ non tenet.& idẽ ſequit̃ Bal. in d.l.gñaliter,C.de epiſ.& cle. & ppea voluit pulchrè dñs Aegid. de mandalbertis antiq.doct.in ſua diſput inci.qõ talis eſt.q̃ reperitur inter diſput.Pauli de Leaz.rñdendo ad Bar.in l.non
17 vr̃,de iud.q † clericis coram iud.ſeculari non eſt licita cõparitio, nec poſſibilis prorogatio, & p d.c. ſi diligenti. & idẽ in regno vr̃ expreſſe tenuiſſe And.de Iſer.in conſt. de perſonis.ſub rub.vbi clerici in maleficijs conuen. debe. vbi dicit fuiſſe conuentum inter Rom.eccleſiã,& regẽ regni in inueſtitura,q rex nullam aliquo caſu habeat iuriſd.in clericos, niſi rõne feudi.& tenet etiam Abb.in c. cum non ab homine.extra,de iud.circa prin.& ita de conuentione præfata in particulari docet c.regni.item ſtatuimus, q clerici. ſub rubric.de non trahen.cler.ad iud.ſec.niſi pro bonis feud. & d. c.fuit Caroli principis Salerni primogeniti regis: & ſubdit id fuiſſe ex conuentione habita inter S. Rom. eccleſiam, &
18 dñm Patrem noſtrum:imò,& plus,ſi clericus Io. †ipſe non declinaſſet forum,& in S.conſi. conſenſiſſet, expræſſe dr̃et puniri per iud.eccleſiaſticum pœna extraordinaria, quaſi fuiſſet tranſgreſſor canonis,ſecundum Bal.in l.j. in fi. C. de ind.vid.toll.qui ſubdit hoc procedere, etiam ſi ſtatutum prohiberet declinare forum ſub pęna,ex quo tale ſtatutum non valeret. Idem refert,& ſequitur Bertr.in ſuo tract. de epiſco. po,in 5.parte,lib.4.in verſ.49.quæro.in fi. d. ver. in verbo, iuxta præmiſſa ſciendum eſt. Et licet fuerit per S. conſi. ad relationem regij conſi.& commiſſarij cauſæ certo modo pceſſum ad ſententiam contra ipſum clericum & ſucceſſiuæ ad eius executionem,inſtante ſemper clerico in remiſſione ad iud.eccleſiaſt.allegando ſententiam,proceſſum,& omnia acta nulla,attñ dato,q à ſñia nõ fuiſſet reclamatum, nec de
19 nullitate dictũ, † ſi demum poſt ſñiam cõparet clericus cũ inſtrõ clericatus,dicendo de eius nullitate, eſt oĩo audiendus,& ſñiam,& executionẽ annullabit ac pceſſum.Ita punctualiter voluit Bal.in pall.l.gñaliter,C.de epiſ.& cle. & idẽ Bal.in l.j.C.ſi à non cõp.iud.& hoc ob defectũ iuriſd.qui ſp opponi põt:& reddit iudiciũ retro,nullũ,vt d.Bal.ibi.& maxime,

20 xime, qñ deficit ipso iure † iurisd. semper opponi põt, etiã si statutũ, vel constitutio dictaret generaliter, q̃ non possit opponi de nullitate sentẽtiæ, ut no. in c. 1. de sequestrario. poss. & fructu. & ibi per gl. sing. & idẽ consuluit Bar. in suo consi. 62. clericus sub nomine, & idem post ipsum Dec. nullã mẽtionem faciens de Bar. in suo consil. 241. scripsi aliàs breuiter 2. vol. & plenè Fel. in c. cum ordinẽ extra, de resc. Ex quibus dixi executionem sententiæ diu iam executæ retractãdam, quousq; aliter per S. consi. prouisum fuisset: & hoc fuit dictum, vt deferretur honori commissarij causæ, qui procul dubio inaduertenter ad id processit, & nihil detrahitur parti, quin ius suum non integre consequatur maxime, cum ita vocauerit totum S. consil. nemine discrepante, & ita executum fuit.

1 *Rogitus testium, non præsumitur: & ideo tam in testamento in scriptis, quàm nnncupatiuo requiritur, quòd appareat.*

2 *Et intantum, quòd si notorius scripserit tales testes præsentes ex hoc concludi posset illos fuisse rogatos.*

3 *Testamentum antequam publicetur, dicitur scriptura priuata, & ideo requiritur, quòd publicetur coram iudice.*

4 *Nepos testatoris posset in foro cõsciẽtiæ auocare hæreditatum ab hærede scripto in testamento in scriptis sigillato, si in apertura testamenti non fuisset citatus.*

5 *Testamentum licet testator bene ordinauerit, & perfecte, & pariter notarius optime illud scripsisset, & expleuerit, nisi demum ipsum legerit in præsentia testatoris, & testium, & testator asserat illud esse suum testamentum, non valeret, nedum iure testamenti, verumetiam nec iure codicillorum, vel fideicommissi.*

6 *Notarius si facit imbreuiaturam testamentũ, & non legit ipsam coram testibus, nec in charta pura, quòd non valet.*

7 *In testamento requiritur etiam quòd scribatur nomen hæredis manu testatoris, si scribere.*

8 *Solemnitas si una sola in testamento in scripsit deficit, etiam quòd deficiat subscriptio unius testis, testamẽtũ erit ipso iure nullum.*

9 *In testamento inter liberos, scriptura patris nõ probabit ipsius volũtatẽ, si per duos testes probetur dicta patris uoluntas: qui deponant vidisse patrem dictare, aut fateri illam esse suæ voluntatis.*

10 *Testator si scripsit testamentũ manu sua, in qua non sunt testes de-*

scripti,

scripti, & testatur dixit se in illa compleuisse testamentum, talis scripturæ non probat: nec valet, si non constat testatorem perfecisse testamentum.

11 *Testator pater si in suo testamento filios suos hæredes scripsit, & legata reliquit, & aliter testamentum ipsum non legendo, nec legere faciendo in causa recondidit, dicitur testamẽtum imperfectũ, & si non valet inter liberos, fortius inter alios, nu. 12.*

13 *Testamentum fieri cæptum, tamen quia non perfectum ex deficientia voluntatis incompletæ, apparet esse nullum.*

15 *Testator pater si in schedula manu ipsius testatoris scripta inter liberos suos filios ipsos hæredes instituit: si non fuit lecta, & publicata defectu voluntatis non completæ, non tenet, etiam si ad pias causas.*

15 *Testamentum nuncupatiuum, si antequam notarius recitaret testator moreretur, non teneret, etiam factum ad pias causas.*

16 *Testes non possunt esse mulieres in testamento.*

17 *Testator dum apparet voluisse in scriptis testari, si non perfecit testamentum, non tenet.*

18 *Et tale testamentum etiam inter patrem & filiam non teneret. et de æquitate canonica.*

19 *Testamentum ex generali consuetudine notariorum continet clausulas, si non valet iure testi in scriptis, valeat vt nuncupatiuum: & si non iure testi nuncupatiui, valeat iure codicillorum, seu cuiusuis alterius vltimæ voluntatis: seu omni alio meliori modo. & sic verba præfata ex communi consuetudine, censetur vt consuetudine censentur vt consueta fuisse apposita in testamento: licet in eo non appareant.*

20 *Clausulæ consueta apponi in instrumento, per notarios, semper haberi debent pro expressis & appositis, etiam si fuerit penitus omissæ.*

21 *Quod maxime procedit in consuetudine, quæ ut plurimum seruatur quotidie, secus tamen esset in consuetudine, quæ bis: aut semel in anno seruatur: quia tũc si omittitur, actus redderetur uitiosus.*

22 *Clausulæ supra dictæ magis apparent procedere de consuetudine notariorum, quàm testatorum.*

23 *Clausulæ supra dictæ requiruntur apponi de ordine & uoluntate testatoris.*

24 *Quando constat testatorem uoluisse in scriptis testari, si non ualet testamentum in scriptis, non ualebit ut nuncupatiuum.*

25 *Ve-*

25 *Verisimile non est testatorem uoluisse restringere ad unam uiam testandi,& sic eligere inter,per quod eius iudicium impugnaretur.*

26 *Testator dum uoluit in scriptis testari, & deficit aliqua solennitas testamenti in scriptis,ualebit ut testamentum nuncupatiuum,nisi expresse se arctasset ad test. in scriptis,quia forte noluerit aliter ualere,quam testamentum in scriptis,quia tunc non ualeret, ut nuncupatiuum.*

27 *Amor & dilectio p̄sonæ in testatore,habet uim clausulæ codicillaris.*

28 *Ardor liciti amoris, habet uim reuocationis clausulæ derogatoriæ appositæ in primo testamento.*

29 *Papa,qui contulit beneficium consanguineo suo, præsumitur,quòd caro & sanguis ei reuelauit,ut ita faceret,& non spiritus sanctus.*

30 *In consistorio Principis sola facti ueritate inspecta procedendũ est.*

31 *Iudex dum potest procedere sola facti ueritate inspecta,poterit iudicare secundum quod Deus esset iudicaturus.*

32 *Sacrum consilium potest iudicare secundum conscientiam.*

DECISIO LXII.

IN causa magnificorũ Lucij & Fabij de Loffredo cũ mag. Ioan. Ant. de mansellis, & fratribus super hæreditate quondam excellentis Penelopes de mansellis, veniunt Loffredi actores, vt consobrini fratres eiusdem Penelopes ab intestato, asserentes testamentum ipsius Penelopes, in quo instituit mansellos p̄fatos hæredes, non subsistere ex pluribus, maxime ex deficientia solemnitatis requisitæ in testamento in scriptis,cum con interuenerint septem testes, nec octauus testis loco testatoris,nec ipsorũ subscriptiones,& signa:iuxta tex.in l.hac consultissima in fi.de testa.per quam requiruntur testes esse
1 rogatos: & rogitus† testium non præsumitur, sed requiritur vt appareat tam in testamento in scriptis,quam nuncupatiuo:vt consuluit Alex.in consi. 70.viso consil.in 2.vol.Bal.in consil.198.tam legitimam,in 4.vol.in antiqua impressione, vbi fortius firmat, ꝙ si notarius dicat testes præsentes non
2 ex hoc inferri posset illos fuisse rogatos. Ita etiam in particulari consuluit Bar.consil.32.vol.1.Item & tertio non fuit testamentum ipsum aliter publicum coram iudice,prout à iure re-

3 iure reqrit ante eius publicationē†non sit nisi scriptura priuata, vt tenet Bar. quē oēs sequunt in l. 2. ff. quęadm. test. aperi: Item, & quarto, non apparent aliter citati hi, quorum interest in publicatione ipsius testamenti: vt ib. firmat Bart &
4 in tantum hoc procedit, ꝙ†nepos testatoris pōt in foro cōscientiæ auocare hæreditatem ab hærede scripto in testamēto in scriptis sigillato, si nepos ipse in apertura testamenti non fuisset citatus. Ita voluit pulchre Ias. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. in 2. lect. in vers. subijciūt. Imo & Alex. in tm̄ est publicatio seu apertura testamenti necessaria, ꝙ ēt si testamētum esset inter liberos, requiritur publicari. & ēt ad pias causas: vt consuluit Old. in cōs. 119. Titius condidit. Io. And. in tit. de instr. edit. §. cōpēdiose, & incipit, ex parte, vers. si prius. Pet de Anch. in c. cum esses, de test. Item testamētū ipm velut incompletū, & imperfectū minime fuit lectū: nā, vt dicit Ang. de Are. in suo trac. de testamentis, in gl. in verbo, le-
5 ctum & perfectū, licet†testator bene ordinauerit eius testm̄ & perfecte, & pariter notarius opīme illud scripserit, & expleuerit, nisi demū ipsum legerit in præsentia testatoris, & testiū, & testator asserat illud esse suū testm̄ non valeret, nedū iure testī, verum ēt nec iure codicillorum, & fideicōmissi, licet in eo esset fideicommissum insertū, p tex. in l. fideicō. §. quoties, de leg. 3. nec posset etiā hmōi testamētū publicari: vt ibi no. Bar. & facit optime tex. in l. Lucius, ff. de test. mil.
6 & ideo dicit gl. ꝙ si notarius facit imbreuiaturā†testamenti, & non legit ipsam coram testibus, nec in charta pura, ꝙ nō valeret. Ita dic. ibi Bar. & in l. sciendum, ff. de verb. obl. uersi. sed. quid, & ideo opus est, quòd semper in fine schedulæ testamenti dicatur per notarium, actum factum, & perfectum facit l. contractus, C. de fide instr. & idē firmat Ang. in pręfato trac. de test. & subdit esse no. qa ipse bis vidit de facto. Itē,
7 & sexto, deficit nomen hæredis, qđ nō fuit scriptum†manu testatoris scientis scribere, & pariter deficiunt cæteræ solemnitates de quibus per Spec. in tit. de instr. edit. §. vt āt ad eius mām, & Phil. fran. in rub. de test. in 6. & Ang. de Are. in §. fin. autē quis ita formido l. inst. de pup. subst. imò & plus, si una sola solēnitas in testamento in scriptis deficit, etiam ꝙ defi-
8 ciat subscriptio unius testis, testamētum †erit ipso iure nullum:

lum per tex. in præfata, l. hac consultissima. §. si autem, & l. publ. & l. iubemus, C. eo. ti. & si vnum ex testib. mori cōtigerit, idem erit: vt dic. Bar. in d. l. 2. ff. quemad. test. apia. & plenè Soc. in suis fall. uer. testator, fall. 398. imò in maiori casu in testamēto in scriptis aderāt 14. testes subscripti: & quia vnus ex eis non dixit se subscribere loco testatoris, testamentum non tenuit: sed vt nuncupatiuum ex clausula generali omni meliori mō &c. Et in tantum attenditur solēnitas in te-
9 stamentis, ꝙ ēt si essemus in testō inter † liberos, si producat scriptura patris, nō ꝓbabit ipsius volūtatē, nisi ꝑ duos testes ꝓbet dicta patris uoluntas: q deponant uidisse illam scribere, aut audiuisse patrē dictare, aut fateri illā esse suæ voluntatis: ut dicūt doc. in d. l. hac cōsultissima, §. ex imperfecto, & in auth. ꝙ sine & ibi Bal. & Sal. Paul. de Cast. & Alex. Bal. in l. fi. uers. sed ulterius quæro, C. fam. ercisc. Bal. cōs. 396. ꝙ schedula 4. vol. imò plus dixit Bal. in qōnē. C. de fideicō. vers. qđ
10 † de scriptura manu testatoris, in qua nō sunt descripti testes, & testator asseruit se in illa compleuisse testm̄, talis scriptura nō ꝓbat, nec ualet, si non cōstat ꝙ testator pfecerit testm̄ adeo ꝙ scriptura ipsa fuerit habita ꝓ absoluta: & ideo si pater in suo testamento, in quo ipsum conscribendo filios
11 † hæredes instituit, & legata reliquit, & aliter testm̄ ipm nō legendo, nec legi faciendo, in capsa recondidit, dr̄ testamētū imperfectū, & subdit, ꝙ si non valet inter liberos, multo fortius inter alios. Et idem consuluit Alex. cons. 76. vol. 3. Et ꝙ talis institutio hæredis non teneat, ultra præmissa adducit: quia ipso incompleto superuenit eidem Penelope testatrici sincopa, seu mentis alienatio post institutione præfatā, adeo quòd eius intētionem vlterius explicare nō ualuit quo casu
12 † nihil actum seu gestū fuisse dicēdū est: ꝑ tex. in l. fideicō. §. quot. & ibi glo. ff. de le. 1. & l. is, q̄. vbi Bart. & alij, ff. de test. & no. Ias. post alios in d. l. hac consultissima §. ex impfecto, in
13 1. limitatione, & sic licet fuerit inceptū, tamē, quia nō † perfectū ex deficientia uolūtatis incōpletæ, apparet esse nullū: vt cōsuluit Abb. in cōs. 105. 2. vol. qđ vēdicat sibi locū, ēt si fuisset inter liberos schedula manu testatoris scripta, in qua
14 sint filij hr̄des īstituti, † si nō fuit lecta & pub. defectu volūtatis nō cōpletæ, nō tenet, vt decidit Alex. in d. §. ex impfecto,

quod

ꝙ habet locũ, etiam si ad pias causas non teneret ex causa incompletæ voluntatis vt consuluit Old.cõs 119. Titius cõdidit testamentum, vbi subdit. ꝙ ẽt in testõ nuncupatiuo, si
15 antequam notarius recitaret † testm̃ testator moritur, non tenet testamentum, etiam factum ad pias causas: quia non dicitur testamentum, prout plenè firmat Dec. in consil. 159. & 488. vbi à maiori decidere apparet hanc opi. in testamento nuncupatiuo. Vnde concludendũ videtur, quòd volens in scriptis testari, si deficiunt aliqua solemnitates testamẽti in scriptis, dictum testamentum non tenet, etiam vt nuncupatiuum secundum doc. in d. §. per nuncupationem. Et est etiã
16 in terminis dec. Affl. 153. Nec opitulatur † testimoniũ mulierum, cum in testamento testificari non possint. l. fi. & ibi gl. C. de codic. & plenè Ias. in d. l. hac consultissima. intantũ, ꝙ ẽt tempore pestis nõ admitterentur prout firmat consulendo Alex. cons. 70. in 2. vol. l. fi. cũ. ibi no. C. de test. & plenè
17 Dec. in consil. 284. Item claudicat testamentum, † cum liqueat excellentem Penelopen voluisse in scriptis testari, & tamen non perfecit testamen tum, & sic apparet imperfectũ: per tex. in l. si quis, & l. ex ea scriptura, ff. de test. & l. hac consultissima, §. ex imperfecto. vbi Bart. & omnes, & in l. fideic. §. quoties. de leg. 3. & Abb. in præallegato consil. 105. Guido Papæ in suo consil. 134. non valuit, nec valet testamentum, & consuluit Alex. consil. 77. 3. vol. subdens hanc esse uerã &
18 communem opin. nam etiam inter † patrem & filium tale testamentum non teneret: per text. iuncta gl. in l. fi. C. fam. herc. imò nec de æquitate canonica teneret, vt d. Ant. de Butr. in c. 1. de success. ab intest. quem communiter canonistæ
19 sequuntur. Nec uidetur militare † generalis consuetudo notariorum circa appositionem clausarum, videlicet, si non valet iure testamenti in scriptis, valeat vt nuncupatiuum: & si non iure testamenti nuncupatiui iure codicillorum, seu cuiusuis alterius ultimæ uoluntatis, seu omni meliori modo & sic uerba præfata ex communi consuetudine censentur, ut consueta fuisse apposita in testamento licet in eo nõ appareant, per glo. in l. fi. de fideiuss. & plenè doct. præsertim Ias. in l. illam, C. de collatio. cau. in c. cum M. Ferrarieñ. de
20 constitutio. & plenè Dec. in consil. 449. in 4. vol. nam † clausulæ

sulæ consuetæ apponi instrumentis per notarios, semper habe beri debent pro expræssis & appositis, etiam si fuerint penitus obmissæ, per tex. meliorem de iure, secundum Bal. in l. si iuncto gl. C. de fideiuss. Bal. Imo. & Mod. in l. huiusmodi,
21 in prin. ff. de leg. 1. Ias. in l. argent. ff. de eden. quod† maxime concedendum est, cum simus in consuetudine, quę ut plurimum seruatur quotidie: secus enim esset in consuetudine, quæ bis aut semel in anno seruaretur quia tunc si obmitteretur, actus redderetur uitiosus. Ita dixit Bar. in l. scio, §. medico, ff. de annu. leg. & facit bene tex. in c. quo ad consulta-
22 tionem. de off. del. nam præmissis responderi posset, † ꝙ tales clausulę magis procedere apparent de consuetudine notariorum, quam testatorum, & sic potius de consuetudine notarij, quam ꝙ testator ita expræsserit: vel ꝙ ita fuerit de eius mente, prout d. Bar. in d. l. 1. in 6. q. de iure cod. & sic non attenditur talis clausula. Et hoc communiter approbatur, vt refert Cur. iunior. in consil. 101. & plenè Bar. inter consilia Cur. senioris, consil. 47. sapienter optimus, uers. & ad hoc ad-
23 duco. Requirrtur † ergo, ꝙ talis clausula apponatur de ordine & uoluntate testatoris: vt decidit Guido Papæ, in sua decis. 513 quia deficiente testatoris uoluntate, dicta clausula codicillaris non opitulabitur: ut plene post Bal. consuluit Dec. in consil. 205. in fi. & idem Dec. in consil. 294. Dicebant tamen aduocati† mansellorum non esse vsqueq; verum, quod quā-
24 do constat testatorem uoluisse in scriptis testari: si non valet testamentum in scriptis non ualebitur nuncupatiuum: cum ita in particulari firmat Cyn. post Iac. de Rauen. in d. l. hac consultissima, §. per nuncupationē. Pau. de Cast. & Mod. ibidem, quia illa duo non sunt inter se contraria: vt ibi. dicit Ful. cum non sit uerisimile testatorem voluisse se restringe-
25 re ad unam uiam testandi & sic eligere inter, per † quòd eius iudicium impugnaretur. per text. in l. 3. ff. de test. mil. Ita in spē Paul. de Castr. in l. hæredes palam. in princ. ff. de test. allegando not. per Cyn. in d. §. per nuncupationem. & magis in spē in l. 1. §. sinautem, ff. de hær. insti. vbi firmat, quòd dum
26 testator voluit† in scriptis testari, & deficit aliqua solemnitas testamenti in scriptis, ualebit ut testamentum nuncupatiuum, nisi exprefse se arctasset ad testamentum in scriptis: quia

quia tunc nō ualeret ut nuncupatiuū: p no.in l. contractus, C.de fi.instr.Ita consuluit Soc.in cōs.175.2. vol.Quid ergo dicendum in tāta varietate?diuerterem me à præmissis,nisi ex meritis ꝓbatorū dephenderem magnam,imò maximam dilectionem,& amorē eiusdē excellentis Penelopes, erga p̄fatū mag.Io.Ant.māsella & fratres,qui cū essent de eius antiqua prosapia,& familia,eos ingenti amore prosequebatur asserendo semper illos esse suos hæredes , & successores,vñ concurrente tanto liciti amoris ardore,& caritate erga fam. & ipsius cōseruatione,nulli dubiū,quòd talis amor habeat uim clausulæ codicillaris,cū fuerit in testamento ipso iusti-
27 tuta persona valde dilecta testatori,& etiā†quòd nō affuissent nisi quinque testes,hmōi amor, & dilectio p̄sonæ habet uim clausulæ codicillaris.Ita singulariter dixit Bal.in l.si iure,p gl.ibi.C.de testa.manu, & consuluit Ro.in cōs.279.amplissime doc. ubi plus subdit, ꝙ ardor liciti amoris hēt vim reuocationis clausulæ derogatorię appositæ in 1.testamento
28 & idē refert: & sequitur† Ias.in l.non dubium, in fi.C.de testa.sequitur,ēt, & refert Cass.in consuet. Burgundiæ,§.5.fol. 142.vers.secūda est,vt dicit,qa ardor,&c. Et suffragatur optime, qđ dr̄ de Papa,qui contulit beneficium consanguineo
29 suo,nā præsumitur†quòd caro,& sanguis ei reuelauit,ut ita faceret,& nō spiritus sanctus,prout pulchre inqt Bal. in l.tutor peritus,§.1.ff.de excus.tut.& præmissa maximé concedēdo,cum simus in sacr.regio cōs.& sic in consist. Principis:in quo sola facti veritas attendi debet, reiectis solemnitatibus. iur. ciu. solo iure gentium attento:ut inquit Bar. ad repr.in ver.uidebit, Bald.in l.nemo,C.de sent.Franc.de Aret.in cōs. 84.diligenter,&c.refert, & sequit̄ Ias.in l.certi cōdictio, §.si numos,ff.cer.pet.ubi subdit,ꝙ vbi iudex pōt sola facti ueritate inspecta ꝓcedere, poterit recedere à regulis iuris,maxi-
30 me in consistorio principis,in quo sola facti †veritate inspecta procedendum est,ut inquit Bar.in l.Aemil. Largian.circa fi.ff.de minor.Pau.de Cast.in l.1.ff.si sæp.in integ.rest.po-
31 stu.Et sic†dū iudex pōt sola facti ueritate inspecta procedere,poterit iudicare,secūdū qđ Deus esset iudicaturus.Ita dixit singul.Bal.in l.pen.uersic.6.quæro, C.de iu.del. sequitur Geor.nact.in rep.cl.sæpe,de uerb.signor.Claud.de Seys.in l. beneficium,

beneficium, C. de constitu. princip. subdens se ita esse solitum dicere, quod maxime procedit, cum S. consil. obtineat vicem præfecti prætorio, vt dicit Guid. Papæ in sua decis. 29. parlamenti Grationop. in superiori consistorio, & dum
32 loquitur de illo consil. seu parlamento, vbi plus subdit † qd potest sacrum consil. iudicare secundum conscientiam, per ea, quæ ponit Barto. in l. vnica, C. vt quæ desunt aduocat. in fine sui comm. & si aliter faceret, peccaret, secundum theologos, & plus subdit, quod debet attēdere ad veritatem principaliter potius, quàm ad subtilitatem: iuxta no. in clemen. pastoral. de re iudic. & in cap. ad apostol. eod. titu. & plus subdit Guido papæ ibidem, ita pluries vidisse obseruari in decisionibus causarum, cum in curijs parlamenti procedatur iuris solemnitatibus non seruatis, sed sola facti veritate inspecta, etiam præter consensum partium: vt testatur idem Guido in decis. sua 216. iudex de voluntate &c. & in alia decis. 58. de stylo, & communi obseruantia. Suffragatur insuper capitulum, detestantes, in præsenti regno: per quod iudicibus iniungitur veritate inspecta iudicandum. Et sic ex præmissis omnibus, & eorum singulis secutus sententiam multorum ex istis magnificis patribus, & dominis S. regij consil. meis collegijs, dico institutionem hæredis factam per excellentem testatricem de ipsis magnific. Ioan. Anton. Mansella, & fratribus in suo vltimo vitę eulogio, tenere. Sed quia maior pars sacr. regij consil. ac etiam collateralis aliter vocauit, necesse fuit exequi, quòd à maiori parte decisum, & comprobatum fuerat. Verum declaratum fuit ipsos succedere in partem bonorum hæreditatis prefatę eis tangentem virtute fideicommissi quondam Tirelli. & ita executum fuit mediante decisione prędicta.

1 *Filia fæmina descendens ex masculo, dicitur descendere per virilem sexum.*

2 *Neptis tua nata ex filio tuo, dicitur de descendentibus tuis per virilem sexum, seu masculinam lineam.*

3 *Filia semel exclusa à successione patris propter masculum, intelligitur semper exclusa, in tantum, quòd mors masculi non opitularetur fæminæ, vt posiit mortuo masculo succedere, nu. 4.*

dabatur:nec instantia pōt dici perempta: qa non incepit ex quo lit.contest.& termini datio,fuit cum persona minus legitima:vt inquit Bal.in auth.offeratur. de lit. contest. & in l. licet,C.de ꝓc.& nihilominus posito,ꝙ incepisset, fuit suspēsa per oppōnem prag.& sic interim stabat in suspenso,& de nec fuisset remotum impedimentum oppōnis , non poterat currere.Ita in terminis consuluit Are.in cons. c. in cā Geor. & ponit aliud exemplū,in l.ꝓperandum,in prin. vers. & sic inst.C.de iud Et plus dicebat magn.aduocatus Comitissę,ex his posse inferri vnū eidem nouū,videlicet,ꝙ postquam lis erat cœpta cum fisco,& stante nullitate priuilegij concessionis,licet reperirent̄ domus penes aliū,hr̄ ac si penes fiscū,ēt iuxta terminos c.regni,conuentus,ꝙ prag.in 2.c.nō opitulatur fisco,vt sic sicut fiscus non potuisset eū opponere , ita ꝙ nec hr̄des Montalti patet ꝑ verba prag.ibi si quid petere aut aliquā litē in quempiā intendere in aīo habuerit, & sic denotat litē mouendā contra particularē ꝑsonā.Cū igit̄ simus in statuto odioso,& ꝓhibitiuo non reddi ius , vel non posse agi,qđ est contra ius,vt dicit Inn.in c.quæ in ecclesiaꝝ, de
47 const.sequit̄.ꝙ † non veniat fiscus,q̄ est ꝑsona repræsentata vt declarant gl.& doc.C.de iure fisci lib. 10.ita in spē no.per illum tex.Ant.de But.in c.graue,in 4.no.de p̄b.& proprie in fisco,ꝙ sit persona repręsentata,& nisi per legē extendat̄ dispō,ꝙ non compręhendat̄,cōsuluit Rom.cōs.400 quęro.an stat p̄cipue in si.verbis,& ꝓ hoc est tex. formalis in l. si quis in tanta,C.vnde vi.ibi,vt possessionē rerū apud fiscum , vel apud hoīes,dū ibi appellatione hoīs,nō venit fiscus , cū ponant̄ vt diuersa,& hoc in prag.subnectit̄ dū dr̄,vt tantā ipsarū rerum,q̄ petunt̄ vel p̄tendunt̄,q̄ de ipsarū personarū, inter quas negociū vertit̄ qualitatis &c.& sic personas possessorū voluit inspici,& per consequentias non veniat fiscus , qui ꝑsona rep̄sentata est,& confirmari pōt ex regula,l.inquisitio.C.de solu.vt in generali sermone nō veniat ꝑsona disponētis,corroborat̄ ex regula.l.bene à Zen.& l.oēs,de quadr.p̄scr.vt ꝓhibitio de nō reddendo ius nō cōprehendat fiscū , nisi q̄tus tp̄s esset expresse appositū.Et cū ob bonū publicū fuerit edita prag.p̄dicta,vt eius verba innuunt, & vt li-

48 tes,& controuersiæ extinguerent,ex ipsius † verbis, & pręfationib.colligitur mens statuentis,l.j.in prin.de orig.iur.Ro. cons.180.si admittimus,vbi subdit,ꝙ ex præfationib.priuilegii colligitur finalis rō eiusdem inductiua , sed huiusmodi rō publicę vtilitatis ac euitandi confusiones regni cessat in fisco,vt patet postquã de litib.subditorũ loquitur: iō cessat

49 in eo regia prag. † cũ cessante finali rōne priuilegii seu statuti,cesset ipsum priuilegiũ,& statutum,l.Titia,§. vsuras,de leg.2.& plenè Lud.Ro.vbi supra,dum satis ad ꝓpositũ dicit, ꝙ persona,in qua cessat finalis rō priuilegij,non includitur in ipso priuilegio.Et inquantũ aduersus sñiam latã per summum Pontifice,contra regẽ Fed.audit satis lætari ex aduerso:ꝙ non præcesserit citatio , & sic ꝙ fuerit nulla ipsa , nec causæ cognitione præcedente.Nam aduertendum est, quòd Papa cum collegio Cardinalium ad dictum priuationem processit,& ad inuestituram prædictorum regum , etiam de plenitudine potestatis,vt verba geminata demonstrant,quo

50 casu † non est necessaria partis citatio, vt dicunt Hostien. Ioan.Andrę.Anton.de Butr. & Imol. in capitul. in nostra. de procur. refert & sequitur Alexandr. in consilio 12. ibi ,

51 & posito , in septimo volum.Papa † cum & viua voce pronunciare possit,non tenetur seruare forma,vt no. per gloss. in capitu. fin. & in capit. illustrum. de re iudic. in 6. intantum , quòd in sua sententia iuris ordo non requiritur . Ita dicit Innocen.in causis.de re iudic.Ange.in l.princeps, ff. de legibus & quia insuper in ea declaratur Regem ipsum priuari de plenitudine ptãtis:vt tenet Abb.in c.cũ Berth. versic. vel 3.de re iud.firmat Soc.consi.63.ibi,& hoc maximè.volu. 3.sequitur Hipp.in sing.75.in fi.& latè Dec. in c.fi. de cōstit. vti.vel inuti.Secundo ẽt rñdetur , ꝙ ex verbis inuestiturę apparet ex intentione Papę & collegii velle oĩno sibi regnum auferre,& ipsum prædictis Regib.concedere, & siccũ cōstat

52 † de hmōi enixa voluntate, non erat necessaria citatio , vt dicit Panorm.in c.inter quatuor.de maio.& obe.& sequitur Cur.iun.in consi.1.versi.facio tñ aliam.Tertiò, liquet ex literis ipsius Regis in actis ꝓductis ipsum habere pacem cum Turca,& ad eundẽ oratores & munera transmisisse, & sic ap

 paret.

paret, se hostē ecclesiæ, & venisse contra ꝓprium iurm pſtitum tpe suę coronationis, existente hoc regno sub directo dñio ecclesiæ, vt testať cle. pasto. §. rursus, de re iud. in quo iuramento cāuit expſſe absq; Papæ licentia cum infidelib. non conuersari, nec pacem hre: per tex. in cle. 1. de iureiu. ver. por
53 rò. & sic non † requirebať citatio partis: cum hostis citari non debeat: vt dicit Bal. in l. executorē. ver. pterea, C. de execu. rei iu. vbi ēt subdit non esse de consuetudine gñali hostes citandos. & infert ad sñiam contra regem Rob. ꝙ si non ua-
54 luit vt sñia, valuit † vt declaratio hostis: & sic vbi princeps pōt alii inuito præiudicare: defectus citationis non vitiat: vt plenè ꝓbat Fel. in c. cum olim. de re iud. & plenius Alb. Bru. in consi. 19. Item de munerib. transmissis ad regem Turcarū nec non de oratorib. & conuersatione, & amicitia cōtracta, liquet p literas ipsius regis Federici in ꝓcessu, & iō pōtifex
55 † in sñia asserit esse notorium inexcusabile, confessio. n. notorium inducit. Bar. in l. si confessus. de cust. reo. & sic quādo
56 † factum † vasalli erat notorium, non requirebatur citatio partis: vt per multa comprobat. Soc. in cons. 87. in 5. dubio ibi; confirmatur. vol. 3. in 6. dubio. ibi. 6. dominus Imperator. Idem Soc. vbi propriè loquitur, qñ non abstulit castrū; quod concessit: quia satis dr̄ priuasse, & declarasse priuatum, nec alia citatio requirebatur. in consi. 4. ver. ex alio ēt ostenditur vol. 3. & latius Alb. Bru. in d. consi. 19. ver. 4. moueor. Item liquet prædicto regi Fed: circa præmissa iam notoria nullam
57 competisse defensionem: & non † requirebatur aliter citari, Ita Soc. p multa relata per ipsum in prædicto suo consil. 87. ver. capio 6. ibi: ex quibus patet. vol. 3. & subdit hoc etiā militare, quando defensio competeret, quam princeps tollere potuisset. Ita limit. cle. past. de re iu. & sic cum notoria fuerit conuersatio ac participatio cum Turcis hostibus Rom. sedis, & sic subsistente iusta cā priuationis, poterat Papa declarare, ꝙ erat legitima, & sic non requirebatur citatio. Ita Soc. ibi tāto fortius, quia inest clausula. videlicet, supplentes de plenitudine potestatis defectus tam iuris, quā facti. per ea quæ dixit Aret. in consi. 8. versi. 3: hoc confirmatur. quanto magis, qui iuncta gl. cum dicta clausula, supplentes, adest
clau-

clausula,ex certa scientia,de consi.Cardinalium,per ea, quæ in specie consuluit Alex.consi.92.col.6.versi. & vbicunque. vol.6.Nec suffragaretur non esse credendum assertioni Pontifi.cũ pdicta non potuerit,nisi aliunde percipere, & sic req-rebat citatio:quia tractabat de commodo pprio ipsius pontifi.& q fuerat notorium,requirebat citatio.Nam salua pace sumus in diuersis terminis:Papa.n. asserit sibi constare notorio inexcusabili,ita q celari non poterat. In istis ergo po-
58 tuit se papa informare parte aliter non citata, qa † valet talis receptio pbõnis super hmõi notorio,quod princeps iudica: esse tale,& in hoc standũ est suæ assertioni. Ita post alios tenet Soc.in consi.87.ver.capio nunc 5.ibi confirmat. & in tm̃ statur narrationi papę, quando se fundat in ea . q donec fuerit pbatum contrariũ,non recedit ab ea.Ita latè Soc.ibi: quia est declarõ ad cle.illam primam,de pb.inferens in ver.
59 capio sextã.ibi in 6 do.Imp.q † quando dicit sibi inexcusabili notorio constare, credit ei. & non requirit citatio partis.Plus etiam voluit Inno. in c.tua.in fi.de coha.cle.q si iu-
60 dex pcessit † tanquam iudex super notorio, licet sibi non constaret factum notorium,ex quo tamen verè est notoriũ, sñia eius irreuocabiliter.tenet sequitur Abb.in c cum olim, ver.ad hoc.de re iu.quæ decisio satis congruit ad hoc præterea,pontifex asserit sibi constare inexcusabili noto. & disponendo vult sibi credi:Nulli dub.q standum sit suę dispositioni:nam si potest mandare,quòd alli credatur multo fortius sibi credendum est, & hoc saltem , donec sibi probetur contrarium. Ita consuluit Socin. consilio 266. ibi, sed tamen ad pręmissa respondetur,in 7.volum.& ideo dixit Ioan.Faber.in l.ex verbis, C. de donatio. inter virum & vxor.
61 † quòd hodie videtur, quòd si princeps recitat, & fundat suam intentionem super eo,quod recitat,stabitur ei, & ideo si confirmat,quasi ritè factum videtur tenere. allegat. cle-
62 men.prima de probatio. Pręterea, accedit † totum collegium Cardin.& sic statur dictorum ipsorum, vt dicit Andr. in capitu.1.in fine. de controuer. feud. apud pa: ter & ideo singulariter dixit Bald.in consilio 277. pridie enim consul-
63 ui.in princip.volum.5.quod omnes Reges † mundi hoc iu

re vtuntur, quòd in regnis suis ponunt, & deponunt duces, & comites, & quos volunt & vbi exprimunt causam, non potest probari contrarium, & maximè, cum est pragmat. sanctio. de consilio procerum, quia tot, & talia adsunt testimonia, quòd fas non est contradicere, & licet nunc magis appareat de veritate dispositorum, tamen siquis vellet probare contrarium, quòd non audiatur, quando ex probatione argueretur principem, vel papam cum tot Cardinal. cœtu dixisse mendacium, vt consuluit in particulari Geminian. in consilio 33. versicu. nec obstat. & ita intelligitur Andræ. in capitu. sancimus, in fin. quo tempo. mil. videlicet, quando

64 solus rex hoc diceret, quamuis verior sit opinio. quòd † in principe non recognoscente superiorem, stetur suæ soli assertioni. Ita Iacob. de sancto Georg. in sua inuestitu. in uer. & dicti vasalli, ver. inquantum supra dixi, & quòd credatur

65 † Cardinalibus, consul. Alexandr. in d. consilio 92. versicu. quantum vero, in 6. volum. Item nonne apparet inuestitura de regno facta ambobus regibus videlicet, cathol. & christianiss. sequitur quòd aliqua citatio non requirebatur, sed credatur, vt dicit Bald. in l. nam ita diuus, de adopt. & plenè Curt. Iunior. in d. consilio 1. versicu. 7. & late Alber. Brun. in in suo consilio 5. vbi de plenitudine potestatis loquitur, & ita intelligitur Abb. in capitu. quæ in ecclesia. si quando non de absoluta potestate, sed ordinaria princeps procedit: vt ibi intelligit Barba. in apostill. ad Abb. & sequuntur doctor. plenè in d. capitu. quæ in ecclesiarum. Nec sufficeret causa expræssa de Turca: quia falsa est, nam licuit inuocare auxilium Turcarum, per vulgar. consil. Oldrad. de quo su-

66 pra. † & sic sententia fundata in causa non subsistente, de iure non tenet, per iura vulgar. & quòd falsa causa † non

67 † uitiat sententiam, ut firmant doctor. in l. iuste possidet, de acquirend. possess. & nihilominus priuatio fundatur etiam in alijs causis expræssis in sententia, & maxime, quia uenit contra iuramentum fidelitatis, & de quo iuramento meminit clemen. 1. uer. porrò, de iureiur. & clarum

68 est, quòd quando supremus † princeps asserit aliquem fuisse sibi ingratum, non est opus alia probatione, sed eius as-

sertioni

ſertioni plenè credendum eſt,ut conſul. Bal.in conſ. 278.q̄ritur,ſi rex Ro.ibi,ſed contrariũ,vol.3.ſequitur Iac.in ſua in ueſt.in ver.& dicti uaſalli,uerſ.& inquãtũ dixi ſupra. Et ta-
69 men inire pacẽ † cũ Turca eidẽ regi nõ licuerat, abſq; pontificis licentia,per text.in d.cl.1.§.porrò, cũ ſint hoſtes religionis,& fidei ut ibi Papa exprimit,& facit text.in l. 1.cum
70 ſeq.ff.ad l.Iul.maieſt.† committunt enim & laici crimen læſæ maieſt.contra papam,c.fœlicis,de pœ.in 6.tenentur enim ſeculares principes auxilium præſtare ad arcendum hoſtes
71 eccleſiæ,ut d.Ioan.And.in c.fi.de dilat.& ipſo † iure ſunt excommunicati , qui cum eis conuerſantur, uel aliqua tranſmittunt bona,per text.in c.ſignificauit, & in c. quòd olim, de Iud.& ita alias doct.Barch.conſuluerunt regi Ioanni, vi-
72 delicet,quòd non poſſit facere † pacem cum rege Tuneti: in conſulto papæ:ut refert doct. ille Barch.qui fecit tract. prouinciale omnium eccleſiarum,in c.an imper.vel aliquis rex Chriſtianorum poſſit inire pacem cum Sarracenis,vel Tur-
73 cis.& tamen communis † concluſio ſe habet , quod extante bello iuſto ex parte inuocantis auxilium infidelium, & non ſit bellum actiue, uel paſſiue cum infidelibus & fieri poteſt abſque ſcandalo,quòd tunc licet inuocare,ut colligitur ex doctr.Ioan.de Ana.in c.ad liberandam de Iud.ibi ſolet concludi. ubi Felyn. allega. conſ. Oldr.71.quę qualitates ceſſabant. Nam quis erit tam audax,qui dicat regem ca-
74 thol. mouiſſe † bellum iniuſte, & occupaſſe partem regni? erat enim Rex Hiſpaniarum, qui poteſtatem habet bellum indicendi:ut dixit Abb.in c.ſicut,de iureiur.& cum eo concurrit auctor.eccleſiæ:ergo fuit ex ſui parte iuſtũ bellum,c. excommunicamus, §.catholici, ubi doct. de hæret. & poſtquam inuocatio Turcarum, & reſiſtentia regis Feder. erat in contemptum clarum B. Petri. omnia iura, quæ de hoſtibus loquuntur , habebant locum contra ipſum regem , & ipſius adiutores. Ita in ſpecie Angel. locutus in regno Siciliæ, in ſua diſputatio. ex torta guerra, &c. & tanto magis,quia cathol. Rex in commiſſione facta in perſona magni capitanei de officio uiceregis in p̄nti regno aſſerit regnum hoc diuiſum cum rege Gallorum fratre , & confœderato

derato suo uni ex eis competere.& idē dicit Pōtifex in sua inuestitura,quā facit ambobus regib. & pariter cath.rex in priuilegio uēdit oris & cōcessionis Lauelli facta magn.Ioāni de Tufo,asserit se de regno legitime inuestitū. & licet dicat in d.priuil.duntaxat:tñ facit ius quo ad omnes, ex quo id Rex generaliter dicit,& affirmat,ut testatur Ang.in l.item ueniūt,§.cæterū,ff.de de pet.her.& facit.l.fi.ubi doc.C.de leg. Et sic si legitime erat inuestitus, quis furiosus audeat bellū iniustum asserere?cū ex huiusmodi legitima inuestitura de-
75 tur† facultas ꝓpria auctor capiēdi, ut pulchre exordit Affl. in dec.229.in prin.& sic cessat reqsitum primū.Remanet igr̄ concludendū,ꝙ rex Fed.nō potuit eripere domos à Comite, sub prætextu rebellionis,ex quo comes ipse erat cū rege cath.in exercitu destinato auctor. sedis apost. & sic de iure ei-
76 de Fed.erat administratio interdicta,† ꝓut ita in spē in Imper.excōmunicato,& deposito tenet Bal.in tit.de pace Cōst. in fi.ver.venio ad primum.Pet.de Anch.in c.ad apostol. 20. not.de re iud.in 6.& plenè Affl.in ꝓœ.const. q.1.Itē si rectè aduertatur,Rex cath.interpretatus est prag.minime subsistere gesta per regem Fed.tempore quo erat iā de regno despe-
77 ratus,& effectualiter priuatur,&iō postq̄ q legē † fecit,hāc interp̄tationē dedit,interp̄tatio ipsa attendenda est,uerba sunt Inn.in c.cū ecclesiæ.ibi, sed dices. de except.quē sequit Bal. in l.præscriptione,uer.præterea,contra dictos doct.C,si contra ius,uel util.publ.Et ꝙ sit stādum huiusmodi declaratio. cōsul.Ang.cons.273.Bonifacius,& late Fel.in c.cū uenisset.
78 ubi bonus tex.de iud.Circa uero† dispōnē,l.bene à Zenone, in quo fundant Montalti,dr̄,ꝙ procedit,ubi inter alia ꝓcedebat subhastatio,ut Bal.post antiquos in l. 1.C.de here.uel actio. uend. & licet Iac.in d.uersic.princeps,dixerit se dubitare de dicto Bald.qua illa lex.habet locum etiam in donatione:tamen dicit dictum Bal. esse menti tenendum : quia non habet contradictorem.& eandem opin.Bal.sequit Cur. iun.in consi.242.in fi.& in consil.seq.& dicit, ꝙ in illo text. uerbum nullum de subhastatione .dico quòd licet non exprimatur tamen subintelligi, quia extenditur per illam legem præcedentem, l.omnes,& siue uendat Imp. siue Augusta

sta, siue fisci ꝓcurator, seu patrimonij sit tutus emptor, & nulli dubium est, ꝙ qñ uendit ꝓcurator fisci, siue patrimonij, ꝙ requirunt subhastationes, ut ꝓbant iura allegata p Bal. in d. l. 1. C. de her. uel act. uend. & ideo merito doc. antiqui ita intelligebant legem illam, & bene: quæ intelligentia ēt salua
79 ri potest in donatione, qa † ad finē ut dominus rei propriȩ excludant per quadriennium, reqritur ꝙ sciat initiū tēporis alias tēpus non currit, l. fi. C. de tēp. in integ. rest. cōsul. Alex. cōs. 71. uer. non obstat, 1. uol. Soc. cōs. 80. uer. p̄terea, vol. 3. q̄ rō pōt ēt in donatione uerificari, ut proclamet ꝙ princeps intēdit donare rē, q̄a ꝓposito ꝓclamare, elapso termino quadriennij, unusquisq; erit exclusus, iuxta tex. in l. si eo tpe, C. de remis. pign. & ꝓprie in fisco est tex. in l. si hypothecas, C. de remis. pign. quē ad limitationē legis, bñ à Zenone, alleg. Soc. in cons. 46. vers. 4. respondeo, uol. 4. & sic concluditur, ꝙ postquam habemus doct. intelligentes, l. bene à Zenone, & potest ex præmissis sustineri, non est recedendum à tali intelligentia. & Bal. sequitur ēt Fel. in c. quæ in ecclesiarū, ver. 1. enim limitatur. extra, de const. Itē lex illa procedit, quādo princeps disponit de re, tanq̄ simpliciter sua, non adiecto, ex qua cā, secus tamen, si dicit ex qua causa est sua: prout in casu præsenti per obitū don Antonij de Cardona. Ita decl. Cy. in addi. ad l. 1. C. de her. vel actio. uend. quem ibi sequit Bal. & Sal. ita formaliter intelligit Soc. in consil. 46. uers. solum restat in 4. uol. Item dicit illā legem procedere, quando princeps facit de plenitudine potestatis, & constat principē velle uti potestatis plenitudine. Ita in spē Bal. in pœ. decr. vers. vnde lex inferens leuem occasionem erroris impedire uigorē illius legis. quæ enim maior occasio, & rō esse posset, quam princeps credat domum ad se spectare, nō recordatus quòd erat restituenda comiti ex suo contractu inito cū rege Gallorum, nec habita notitia, ꝙ comes deduxerat ius suum in iudicio, & iam illustr. Proregi supplicauerat? Profectò, si hæc principi innotuissent, non concessisset optime ergo succedit Decis. Bal. leuem occasionem ad errorem requiri. & licet Felyn. in d. c. quæ in ecclesiarum. versic. 5. limita, dixerit, ꝙ hæc limitatio repugnat illi legi indistincte loquenti, tamen

80 mē opi. Bal. sustinet, q† illa lex priuans quēpiā suo iure dēt intelligi in casu quo cōsueuit princeps, vz qñ facit de plenitudine ptātis, & vult tollere ius alterius. nō āt, qñ simpliciter, quia in dubio nō dr̄ derogatū, nec uti plenitudine ptātis, p vulg. dcm̄ Inn. in c. nouit, de elect. Vltimo non obmittitur ꝙ tunc tēporis concessionis p̄dictæ comes erat minor, & sic si res sua fuit donata, non fuit exclusus, imò competebat sibi restō, etiā cōtra dispōnē legis, bn̄ à Zenone, iuxta gl. & doc. in l. fi. C. si aduer. fiscū. & ita firmat Laud. ubi supra, in fi. verbis. Et sic ex præmissis, p vtráque partē adductis, fuit per sacros. cons. decretū, ꝙ exceptionib. oppositis ad merita reseruatis, foret in causa ipsā procedēdum, a quo decreto fuit ꝓ parte conuentorum reclamatum. Et ꝓ iustificatione reclamationis adducit̄ tenor regiæ prag. ex cuius uerbis dr̄ aperte dignosci: ꝙ nō possit qō aut lis moueri circa disposita p regē Fed. & Ferd. I I. & ꝙ in simili se habet exceptio, l. bene a Zenone, opposita. ut patet in l. prædicta, ibi, nemo audeat eos, qui res accipiunt per quenecunque titu. alienationis, siue immobiles, siue immobiles, siue se mouentes, uel iura incorporalia, uel panes ciuiles iudicijs afficere, vel sperare aliquam contra vos esse sibi viam aptā. sed omnis aditus præcludat, & sic patet, ꝙ prohibet d. lex posse in iudicio agi.
81 & sic ubicunq; per obiectū† exceptionis denegat̄ iurisd. dēt iudex ante oīa sup ea pronunciare tacite uel expsse: ut no. Io. And. & doc. in c. 1. de ord. cog. nec debet reseruatis exceptionib. ad merita in causa procedere: ut in c. si clericus laicum de foro cōp. & no. in c. inter monasteriū, de re iud. & p Bar. in l. quidā cōsulebant, ff. eo. tit. & probatur in l. si quis ex aliena, ff. de iud. & in l. 2. ff. si quis in ius uoc. nō ierit. & per Inn. in c. super literis de rescr. & est gl. in c. 1. de off. del. in 6. & in c. Ro. de pœn. eo. lib. igit̄ &c. Nec obstaret dicere fuisse pronunciatum tacite, transeundo ad ulteriora, quia hoc est falsum, cum declarauerit in causa procedi, reseruādo dictas exceptiones. unde eo ipso, quòd voluit cognoscere de causa, grauauit non declarato prius, si exceptiones militabant seu competebant, & sic si sua erat iurisd. Nam aut uoluit cognoscere de istis exceptionibus, & simul, & semel de meritis causæ, & resultaret contradictio. Nam per dictam exceptionē dicit

dicit nõ esse procedendũ. Procedendo uero ad ulteriora, dicit contrarium, & hoc est de directo contra casum c. exhibita. de iu. & in c. tua. de ord. cog. & c. lator. qui filij sint leg. Aut uoluit prius procedere super meritis causę principalis, & demum declarare super dictis exceptionibus, prout fecisse uidetur, easdem ad merita reseruando. & ordo est peruersus, & præposterus, ex cuius peruersione cum sit eiusdẽ causæ ad eandem, redditur processus nullus, per plene no. in l. prola-
82 tam, C. de sent. & interloc. om. iu. & sic † procedendo grauauit, ex quo si exceptiones competere fuerint ueræ, & sic cõpetere, processus non teneret super principali, ex quo iudex prius non pronunciauit super suam iurisd. ut plenè scribit Inno. in c. præterea, de dil. Io. Ant. in reg. sine possessione, de reg. iur. in merc. in 6. & sic reperirentur partes frustra litigasse, qd est absurdum, ꝑ quas rõnes, & iura. in terminis consuluit Abb. in cons. 14. in causa feu. q. in 1. vol. Et quia datur ordo in d. prag. q minime in aliquo capite contentorum in ea
83 apparet seruatus, ergo &c. tũ maxime, q̃a † princeps nunquã apponit ordinem, nisi cum magno mysterio, & rõne, ut in c. cũ dilecta. de resc. & in c. venerabilis, de off. del. & iõ nullũ est, qd' fieret, non seruato ordine ꝑdicto: ut no. gl. in clem. 1. de iure patr. & voluit pulchre Bal. in d. l. prolatã, uersic. & nota ꝙ princeps, C. de sent. & interloc. om. iud. sed dictus ordo non fuit seruatus, dũ fuit pronunciatum in causa ipsa esse procedendum, dictis exceptionibus ad merita reseruatis. ergo &c. Et posito ꝙ ex aliquibus productis redderetur in dubium, si exceptiones oppositæ militarent, cum sint eiusmodi, quæ si uere audientiam denegarent, & concluderent iudici iurisd. non competere, & in isto dubio ante omnia pronunciandum erat sup eis, absq; aliqua reseruatione: ex quo conclusio, de qua ꝑ gl. & doc. in d. l. ille, à quo. §. si de testõ, ff. ad Trebelli, ꝙ vbi est dubiũ an exceptio cõpetat uel nõ, possit illa reseruari ad merita, procedit, nisi fuerit talis exceptio
84 opposita, q̃ † concludit iurisd. iudici non copetere; vel nisi si reseruaretur, peruerteretur ordo iuris: quia in ꝑmissis casib. etiam sit dubiũ, an exceptio competat, est omnino ante omnia pronunciandum super exceptione: nec põt fieri reseruatio ad merita: ut uoluit Hostiẽ. in d. c. cum contingat, quem

ibi refert:& sequitur Fel.& etiã Abb.in prædicto suo consil. 14.Sed istæ exceptiones oppositæ sunt huiusmodi, ꝙ ꝑ eas audientia denegatur,& concluditur iudici iurisd.non competere.Item quia per dictam prag. datur ordo,ut nullatenus agi possit de ereptis per dictum regem Fed. nisi à dicto vicerege,& capta informatione de iuribus omnibus, & qualitate personarum,& cum uotis, & sententijs prædictorũ fiat relatio regi, & à rege ipso licentia procedendi obtineatur, & sic si posset fieri dicta reseruatio. peruerteretur dictus ordo: ergo &c.Et sic concluditur exceptiones ipsas nõ potuisse ad merita reseruari, & ꝙ decretũ ꝓdictum, per quod prouisum extitit fore in causa procedendum, sit nullum, & enormiter grauauerit,& grauet conuentos &c.Et tandẽ dum fuisset pũctus iste discussus per sacrum regium consil. in collaterali consilio.me existente infirmo per duos dies,tandem me absente,audiui fuisse pronunciatum exceptionem regię prag.
85 non obstare.& hoc arbitratus sum propter ꝓductionem † nullarum scripturarum, ex quibus reddebatur res dubia si exceptiones competerent, ita uel ne: quo casu poterant ad merita reseruari,ut no.gl. & can.in c.cum contingat,de off. del.& doc.in l.ille, à quo.§.si de testamento,ff.ad Trebell. Et quia pars non contenta decreto prædicto,quod cum honestate per transiebat,uoluit Deum tentare,ideo apertius prouisum fuit non esse locum regiæ pragmaticæ.

1 *Exceptio iusiurandi,& periurij, impedit litis ingressum ad ulteriora.*
2 *Princeps ex causa remunerationis seruitiorum potest dominium alteris quæsitum de iuregentium tollere.*
3 *Princeps ex causa remunerationis potest tollere dominium rei alterius,& mihi dare.*
4 *Nemo præsumitur incontinenti in eadem scriptura se corrigere voluisse.*
5 *Clausula,absq. præiudicio iuris alieni,posita in priuil.per principẽ, intelligi debet,præterquam in expressis.*
6 *Reseruatio non ualet circa ea,quæ sunt specialiter declarata.*
7 *Clausula,iuribus alienis semper saluis,seu iuribus nostræ curiæ saluis,non operatur in concessis,& expressis,sed tantum uidetur reseruasse*

seruasse aliàs, quàm donata & ea, quæ insunt confirmationi, seu donationi: quia generi per speciem derogatur.

8 *Mentio est facienda de regio assensu & confirmatione, aliàs gratia non ualet tanquam subreptitia.*

9 *Consanguineorum præsentia, & auctoritas in contractu mulieris & minoris facit cessare præsumptionem metus, nu. 64.*

10 *Præsentia iudicis, se officialis in contratu mulieris facit cessare omnem præsumptionem doli, & metus, nu. 65.*

11 *Impetrans absolutionem à iuramento, non facta mentione, quòd iurauerat ipsam non petere, & ea impetrata non uti, redditur nulla.*

02 *Absolutiones, & relationes a iuramentis, tot sunt necessariæ, quot fuerunt iuramenta.*

13 *Obstacula, & impedimenta vbi sunt plura, ibi debent esse plures sublationes impedimentorum.*

14 *De instrumentis omnibus ita in genere non sufficit fieri mentionē, dum se ad instsumenta refert, etiam cum clausula, quòd tenores eorum habeatur pro expræssis, & hoc dum absolutio expeditur per inferiorem à Papa, ut quando fit per præsentia curiam. Secus, si fieret ab ipso Principe, cui potest tales clausulas imponere, nu. 15. 16.*

17 *Clausula, quorum tenorès habeãtur pro expræssis, non sufficit, quando gratia fuisset obtenta ad postulationem partis, sed quando motu proprio.*

18 *Rescriptum, seu impetratio ut saluetur à subreptione, non sufficit in genere facere mentionem: sed requiritur notabilis expræssio eorum, quæ potuissent diuertere principem ad non concedendum seu difficilius concedendum.*

Obreptio non euitatur, si quis per inuolucrum uerborum effugiat deliberatam mentem principis, ibid.

19 *Impetratio ut saluetur à subreptione, non sufficit exprimere generaliter factum, nisi etiam exprimatur modus, & qualitas facti.*

20 *Transactio rescindi non potest, prætextu læsionis etiam ultra dimidium iusti precij.*

21 *Transactionis exceptio impedit litis ingressum, & processum ad ulteriora, licet possit etiam opponi ad merita.*

22 *Transactionem rescindere uolens, necesse habet restituere id, quod accepit ex causa transactionis prædictæ, intantum quod opponēte con-*

conuento, impeditur agere quousq. restituat quod recepit, nu. 23.

24 *Instrumentum dum producitur, dicitur euidentissime constare.*

25 *Iudex, qui interuenit ut testis in aliquo contractu, non uidetur illum tanquam iudex approbare: quia talis præsentia non inducit consensum. nu. 26. 27. 28.*

29 *Actor in suo libello non tenetur facere mentionem de exceptione rei. Ita etiam in rescripto.*

30 *Rescriptum non faciens mentionem de priuilegio, per quod priuilegiata conceditur exceptio peremptoria, ualet, & non uitiatur, ut obreptitium, uel subreptitium.*

31 *Exceptiones ante litis contestationem potest iudex non admittere, si vult.*

32 *Exceptio peremptoria non reddit rescriptum subreptitio.*

33 *Contrahens cum persona coniuncta, & asserens se esse maiorem, non poterint coniunctus asserere se circumuentum ab illo, tanquam minore, dũ asseruit se maiorem: cum propter consanguinitatẽ nõ præsumitur eius ætatem ignorasse, licet iurauerit.*

34 *Absolutio, seu habilitatio à iuramento, ita conceditur maiorib. sicut minoribus læsione enorssimimæ:*

35 *Clausula quorũ tenores, formas, conscientia, &c. ac si de uerbo ad uerbum nihilo penitus obmisso inserentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expræssis habentes operabitur ac si omnia contenta in instrumento specialiter, & nominatim expressa fuissent.*

36 *Papa dicens in rescripto, quod tenor habeatur pro expresso de uerbo ad verbum, facit quòd nulla obstantia officiat.*

37 *Clausula, præmissis, & quibusuis alijs in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus, ostendit intentionem rescribentis in concessione, etiam si quæcunque obstacula sibi nota fuissent.*

38 *Qualitas spurietatis tacita in rescripto, reddit ipsum subreptitium, tamen si princeps utatur verbis generalibus includentibus qualitas, super quo prouidet, censetur dispensatus, & gratia nõ vitiatur.*

39 *Clausula ob obstantibus plus operatur, quàm clausula, ex certa sciẽtia.*

40 *Clausula, ex certa scientia, facit ualere illud, quod aliàs patiebatur defectum.*

41 *Principi aliquid facienti ex certa scientia si quis opposuerit, debet repelli & nihil opponi põt eo casu quod annullet gratia, n. 42. 43.*

44 *Transactus ratione enormis læsionis licet dubiũ sit, an possit rescindi: ta-*

di:tamen accedente enormissima læsione, & inspecto litis euentu rescindi,& annullari potest.

45 *Exceptio transactionis dum requirit altiorem indaginem, debet ad merita reseruari.*

46 *Exceptio transactionis tunc impedit litis ingressum, quando est facta bona fide secus,si mala fide,nu.51.*

47 *Transactionis exceptio licet impediat litis ingressum,cum sit exceptio litis finitæ,& si interuenerit læsio vltra dimidiam iusti precij non potest transactionem rescindere:tamen quando continet enormissimam læsionem,etiam habito respectu ad dubium euentum litis,absque dubio potest rescindi,nu 48.*

49 *Promittens non contrauenire contractui,etiam ratione enormis, vel enormissimæ læsionis poterit, cōtrauenire si fuit enormissime læsus.*

50 *Contrahens cum adolescente consumpturo,dicitur dolose facere.*

52 *Confirmatio non validat ea,quæ nulla sunt,sed ea,quæ valida sunt tempore confirmationis.*

53 *Princeps dum in priuilegio aliena iura reseruat,solum ius,quod ipse habet concedere videtur.*

54 *Clausula,iuribus alienis semper saluis importat conditionem,videlicet,quando aliena iura sint salua,& rex concedens sub illa clausula,non tenetur de euictione.*

55 *Reseruatio expressa plus operatur ad effectum validandi actum, quam tacita.*

56 *Geminatio clausularum,multum prodest impetranti:& demonstrat enixam principis concedentis voluntatem.*

57 *Rescriptum principis non faciens mentionem de alterius possessione,nullum est.*

58 *Assensus obtentus à principe per spoliantem,non facta mentione de spolio,nullus est.*

59 *Inuadens castrum alterius,& eius possessionem adeptus,si obtinuit eius possessionem à principe,confirmatio erit ipso iure nulla, cum per obreptionem obtenta præsumatur:quia de alienis rebus fit confirmatio:& sic est ipso iure nulla. Non est verisimile, quòd quis iuri suo sponte renunciet,ibi.*

60 *Princeps dum in suo priuilegio habuit tenorem instrumenti,ac aliorū de necessitate exprimendorū formas,continentias, & compendia,ac si de uerbo ad verbum,&c.omne subreptionis vitium tollit.*

63 *Habilitatio à iuramento, per quam quis absoluitur cum clausula, præmissis, & quibuscunque alijs in contrarium non obstantibus, nedum rescripti subreptio tollitur, sed etiam transactio iurata.*

Transactio rescindi non potest prætextu læsionis vltra dimidiam iusti precij, ibid. nu. 63.

Veniens contra transactionem, debet ante omnia offerre omne id quòd ex causa ipsius recepit, ibid.

Differens facere id quòd debet, non pōt petere quòd sibi debetur. ibi.

62 *Transactio generalis tollit omnes actiones, & obligationes, etiam in iudicio non deductas.*

66 *Præsentia viri in contractu vxoris, facit cessare omnem præsumptionem doli & fraudis.*

DECISIO LXVI.

IN cā excellentis Comitis Simbaris cū magn. Ioanna de Ayerbo, prętendente rescindere contractus geminatos, & triplicatos ini tos inter ipsam & p̄fatum Comitē super cessionibus; & refutationib. dicti status, assensibus regiis vallatis, fuerunt ꝑ parte p̄dicti excellentis Comitis oppositę quāplures exceptiones ad impediendū litis ingressum, & ꝓcessum ad vlteriora, & in primis fuit opposita exceptio iurisiurandi, apparente ex facie instrorum transactionis, & concordiæ roboratorum regiis assensibus, quę † em̄ exceptio iurisiurādi,
1 & periurii impedit ingressum litis, & ꝓcessum ad vlteriora? ꝑ tex. in l. nā, & postea, vbi doct. cōiter maximè Bar. & Alex. ff. de iureiu. & firmat Bar. in l. eleganter, §. si quis post, ff. de cond. ind. & hr̄ in c. 1. de lit. contest. in 6. Nec posset parti aduersæ suffragari prætensa habilitatio à iurō obtēta à pn̄iaria, ex quo obtinens tacuit de assensu regis catholici super testō quondam Sancii de Ayerbis, in quo cauit, ꝙ si Ferd. filius primogenitus morte præuentus fuisset absq; liberis masculini sexus, Alphonsus de Ayerbo pr̄ ipsius Comitis succederet, & licet assensus prędictus fuisset obtentus post mortē Sancii, & Ferd. attamē valet, & tenet cū clausula, de plenitudine ptātis, volumus eādē vim, & efficaciā obtinere, ac si tpe dictæ dispōnis interuenisset, non obstante, ꝙ post mortē obtentus esset. ex quo cum p̄stitus fuerit ex cā seruitiorū, & in remuneratione p̄dicti Alphonsi, potuit rex, ēt si aftrix filia

Ferdi-

2 Ferdinandi inuestita fuisset, sibi prçiudicare, & oĩa iura † to lere: cum ex cã prædicta, & in remuneratione seruitiorum, possit dñium alteri q̃situm, de iuregentium tollere: p tex. in l. itẽ si verberatum, vbi Bar. & Ang. ff de rei vend. & in l. Luc. vbi idẽ Bar. & Ang. ff. de euict. & in l. Antiochẽsium, vbi scri-
3 bentes, ff. de priuil. cre. Et † quod cã remunerationis, sit suffi ciens principi ad tollendum dominium rei meæ. consuluit plenè Rom. in cons. 30. in casu ꝓpositæ consultationis. Pau. de Cast. cons. 105. donatio prædicta, in fi. & Deci. in consil. 498. viso casu ꝓposito, & in cons. 488. viso puncto. in 3. vol. & alibi sæpe, & ita cõiter tenent doct. Cauo. in c. q̃ in ecclesia rum, extra de const. & p alios in l. fi. C. si contra ius vel vtil. publ. & in ꝓœ. ffor ũ. Nec ꝓdest dictæ actrici auctoritas Loffredi, in c. 1. §. donare, vers. cum accidisset hic casus, q̃ l. feudalie. pot. dum inquit, ꝙ dum hic casus contigisset tpe regis catholici de comitatu Simbaris, & de comitatu Auellini, q̃a tractabatur de præiudicio hæredum de consilio magnifici Thomę de Malferito vicecancellarii regni Aragonum, viri doctissimi, recusauit rex ipse assensum præstare, de quo quidem ex tenore priuilegii ꝓducti in actis, apparet totum cõtrarium, vbi est subscriptio prçfati catholici regis, nec non, & prædicti quondã magnifici Malferiti, & sic salua pace prę dicti mag. Loffredi aliter se habuit factum, quã ipse scripserit. Vnde aut forte id somniauit, aut affinitate magn. Pyrrhi Antonii Crispani viri prædictæ actricis, & cognati ipsius magn. Loffredi ductus, ita dixerit, litẽ futuram hãc præsentiens. Nec clausula: absq; prçiudicio iuris alieni. vr̃ in aliquo prçiudicare eidẽ actrici, cum rex ipse ex certa sc̃ia memorãdo substõnem factã Ferdinando, si absq; filijs decederet masculis, & ꝙ demum decessit relictis duab. filiab. tm̃, consensum præstitit cum clausula, de plenitudine ptãtis, & ꝙ habeat illam vim, & efficaciã ac si obtentus fuisset in vita, non
4 obstante, ꝙ decesserit Sancius, & Ferd. absque filijs masculis nam clausula illa: videlicet, sine † præiudicio iuris alieni. intelligitur in non expressis, & in iure, quod forte competeret aliis quã fœminis: vel de aliquo iure particulari: vtpote hypothecę vel simili, postquam assensum præstitit ad exclusionem fœminarum, ne videatur aliàs incontinenti in eadem

ſcriptura ſe correxiſſe:contra tex.in l.nam ad ea.ff.de cond. & demon.& ſic mutaſſe voluntatem:contra tex. in c. maiores,de pac.& in l.qui teſtm̃,ff.de prob.cum non ſit præſumẽdum voluiſſe apponere dictam clauſulam ad impugnandũ, & irritandum dictum aſſenſum:vulg.l.ſi miles, qui deſtinauerat,ff.de milit.teſt.& facere actum fruſtratorium : contra
5 tex.in c.ſi ciuitas,de ſent.excom.in 6.Et ꝙ prædicta † clauſula intelligatur præter quàm in expreſſis, decidit expreſsè Bal.in l.item Labeo,ff.famil erciſcun.vbi quærit de illa clauſula,ſaluo,& reſeruato.quòd ſi ſententia eſſet contra legem, vel præter formam ſtatutorum,ꝙ ex tunc intelligatur reducta ad debitum modum,quam iudices maleficiorum adducunt in finibus ſententiarum,vtrum aliquid operetur, & arguit primo ꝙ ſic:per gl.ibi.determinat tamen contrarium, ſecutus Iac.de Belu.in l.ſi pacto,quo pœnam in ſuis add.C. de pactis,& reſpondet ad gl.in d.l.item Labeo. quod debet intelligi circa non deciſa, ſed obmiſſa. & quòd circa ea,
6 † quę ſunt ſpecialiter declarata,non valeat reſeruatio. & ea eſt ratio ſecundum eum, quia eſſet ſibijpſi contrarius. Ad idem accedat,quod voluit Andr.in c.1. qui ſucc. tenen.vbi
7 dicit,ꝙ ſi † in conceſſione principis ſeu confirmatione dicatur,iuribus alienis ſemper ſaluis, ſeu iuribus noſtræ curiæ ſaluis,non operatur in conceſſis,& expræſſis, ſed per talem reſeruationem videtur princeps reſeruare alia, quam donata,& ea,quæ inſunt confirmationi vel donationi,quia generi per ſpeciem derogatur,alleg.tex.in l.ſanctio legum, ff. de pœn.quibus ſuffragantur dicta Pau.de Caſt.in conſi.162.circa id,quod primo conuenti.Soc.conſi.43.viſo teſtõ in 4.volu.& latè gl.Pariſienſi.in §.44.q.10.& faciunt alia multa allegata in cauſa comitis Condiyanni; & in alijs multis cauſis.Et ꝙ in caſu præſenti dicta clauſula,ſine præiudicio iuris alieni,noluerit reſeruare iura filiarum reſpectu ſucceſſionis ſed iura aliorum,vel aliquod ius particulare, vt puta hypothecæ,vel ſimile,patet, quia inter cæteras cauſas in procemio priuilegij aſſignatas per regem catholicum, quibus maieſtas ſua fuit mota ad præſtationem dicti aſſenſus:ex quib. cauſis arguitur mens diſponentis,iuxta tex. in l. ij. & quod ibi doct.no.præſertim Bar.& Bal.de hær.inſt. & in l.regula.

in §.

in §.si quis ius,ff.de iuris, & fac.ign.fuit, quia dispositio testamentaria prædicti Sancij fuit satis honesta, & vtilis, pro cõseruatione feudi in familiã,q̃ per masculos conseruatur. Si igitur ad hunc effectum præstitit assensum,commendando dispositionem Sancij sic prouidentis, si per illam clausulam,sine preiudicio iuris alieni, voluisset reseruare ius filiarum respectu successionis feudi, posset de inconstantia redargui,ex quo primo concessisset assensum ad exclusionem fœminarum,& eodem contextu in eademmet scriptura, virtute dictę reseruationis illas inclusisset.Quod non est dicendum de tanto principe, cuius p̃cipua fuit constantia virtus. Item minime meminit de assensu comitis Ripacurtiæ tũc Proregis,super transactione inita eo tpe,nec successiue Cæsareę maiest.die 20.Aug.1518.super dicta transact.c.& assensu,ac beneplacito interposito per dictum Proregẽ, ac ẽt sup instrõ ratificationis prędictæ factæ in anno 1519.sub commemoratione,imò cum inserto tenore tam dictę primæ trãsactionis,q̃ ratificationis inde secutę,quã assensuum regiorum desup pręstitorũ,de quib.assensib.& regiis confirmatio
8 nib.oportebat fieri mentionẽ alias † grã fuisset subreptitia, secundum gl in cle.dudũ,in ver.pactũ de sep.Alex. in consi. 62.vol.1.& cons.125.vol.2.& Cur.Sen. in consi.35. & ita in spẽ consuluit Ripa,q optime loquit̃ in 2.lib.rñsorũ. c.28. p perfecta resolutione in vers.5.ex alio redditur subreptitia, nu.29.Secundo,quia licet fecisset mentionẽ,ꝙ in instrõ vltimæ trãsactionis interuenerit p̃sentia & auctoritas Funufrij Cantelmi eius viri ac illust.Marchionis layni & excellentis Carolli Spinelli,cuius consanguineorũ,tamẽ non meminit, ꝙ in primo cõtractu celebrato in anno 1518. interuenit p̃sentia consensus, & auctoritas do. Antonini Sisc Comitis agelli,eius auunculi,& pcurator,& Mundualdi p eã potẽti, & concessi:& minus ẽt, ꝙ ad dicta trans. fuit deuentũ interueniẽtia p̃ntia plurimorum Comitũ,Baronũ,ac aliorum nobilium,& maxime illustris don Vgonis de Moncada, prioris S.Euphemiæ,tuc regij gubernatoris puinciarũ Calabrię; & cõtractus trãsactionis fuerat celebratus in terra agelli sui auũculi;cũ cuius auctoritate cõtraxit, vt sic nullus possit suspicari nec cogitari metus,& minus ẽt meminit,ꝙ in cõtra-

iurauit se esse maiorē 13.ann.de quo oportebat facere mentionē:aliàs absolutio est nulla vt in terminis consuluit Ab. in cons.72.quinq; dubia examinanda,in 4.dubio, vol. 1.&
15 seq.Soc.in cons.95.59.Nec suffragaretur † fuisse factā mētionē de oīb.instris,dum se ad instra refert,& voluit tenores illorū haberi ꝓ expressis:iuxta id,quod di.Ang.in l.oēs p illū tex.C.de pscr.30.ann.quia hoc non sufficit, vt in particulari in terminis consuluit Rom.in d.cons.326.quē sequitur
16 Soc.in pdicto cons.59.qui oīno inspici dēt. Nec est † omittendum,ꝙ absolutio seu habilitatio pdicta fuit obtenta à summa pnīaria,quo casu talis clausula non operat̄ expræssionem,q̄a dictum Ang.in l.oēs,C.de pscr.30.ann. & sequaciū,habet locū in dispōne legis vel principis,non aūt in inferiore à principe,vt tradit Ang.in l.sed,& si quis in §.quæsitū,per illum tex.in ver.spāliter, si quis caut. & sequit̄ Alex. ibi.ꝓ quo dicit esse bonū tex.in c.qui ad agendū, de procu. in 6.Fel.in c.nonnuli,in vers.hæc & similia.de rescr.Dec. in cons.165.viso tenore priu.vbi latissime.Vltimo, habilitatio pdicta concessa fuit ad postulationē partis,vt patet in ea , &
17 sic†non motu ꝓprio:quo casu,ēt si obtenta fuisset à summo Pontifice,non sufficit dicta clausula:sed est plus,quā necessaria spālis expressio,secundū Ang.in d.l.sed & si qs, in §.q̄sitū,in fi.si quis caut.Rom.in cons.227.Istæ sunt rōnes, & sequtur Dec.in d.cons.165.viso tenore priuilegij. Nec pmissis refragat̄ clausula:& cū solennib.clausulis,condōnib. cautelis,& iuratoriis renunciationibus,personæ , & bonorū quorumcunq; obligationib.efficacibus,& fortissimis, & alia, & pmissa forsan cū diuersis aliis clausulis,ꝓmissionibus,& iuratoriis renunciationibus,& psonarū, ac bonorū obligationibus,aliisq; insolitis ac fortissimis, & efficacioribus cautelis ꝓcesserunt,& facta fuerunt,&c.& alia, Nos igit̄ dicti instri,& aliorum oīum hic de necessitate exprimendorū tenores,& continentias formas,& cōpendia, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissum insereret̄ , psentibus ꝓ plenis sufficienter expssis habentes,& attendentes , ꝙ iurm nō
18 debet esse vinculū iniquitatis &c.Nā pmissa † non euacuāt vitium subreptionis:quia non sufficit in genere facere mentionem,sed requiritur notabilis expræssio eorum,quę potuissent

ſent diuertere principem ad non concedendum, ſeu difficilius concedēdum, vt dixit no. Panor. in c. in noſtra, de reſcr. Bal. in c. cum dilecta. eo. tit. Panor. in c. 2. de dolo, & cōt. Nec euitatur obreptio, ſi quis per inuolucrum verborum effugia deliberatam mentem principis. Ita Pan. poſt Inn. in d. c. cum
19 dilect. quia non ſufficit, † vt impetratio à ſubreptione ſaluetur, exprimi generaliter factū, niſi ēt exprimatur modus, & qualitas facti vt dic. gl. in c. dilectus filius Abbas, in ver. cauſa de reſcr. Et huius eſt rō, quia ex ea generalitate, quæ obſcuritatem parit, de facili princeps pōt circumueniri: vt in l. fi. in fi. C. de dot. promiſ. Ita in proprijs terminis in abſolutione à iurō, concludit Rom. in prędicto conſ. 326. & ſequitur Cur. Sen. in conſi. 35. ſtatuto, & capitulis Ianuæ, & Soci. in d. conſi. 59. Prętcrea, vltra exceptionem periurij, obſtat
20 exceptio † tranſactionis, & ratificationis factæ ex interuallo, & alterius ratificationis ſubſecutę: imò ēt nouæ, & geminatæ tranſactionis ſubſecutæ, ēt ex interuallo 10. annorum, quę tranſactionis exceptio de per ſe, circumſcripto iurō impedit litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora per tex. in l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff. de cond. ind. & in l. tranſ. finitam, C. de tranſac. & in d. c. 1. de litis conteſt. in 6. quia aut actrix vult, venire tanquam decepta dolo re ipſa, & enormiter læſa, & non poteſt, ſtantibus ampliſſimis renunciationibus tā in prima tranſactione, quàm in 2. 3. ratificatione, exceptione doli, vis, metus, in factum, & omni legum auxilio. Item ſtante donatione facta ex certa ſcientia, de omni eo, q̀ forte plus valerent iura ceſſa, & renunciata, quia potuit renunciari, remedio, l. ij. de reſcin. vend. & per doc. in d. l. ij. Itē potuit renunciari omni legum auxilio, vt per Bar. in auth. matri & auiæ, C. quando mul. tu. off. fun. pot. Item quia tranſactio nō poteſt reſcindi prætextu læſionis, etiam vltra dimidiam iuſti precij. vt tradunt Cyn. Bal. & Sal. in l. ij. C. de reſcind. vend. Bal. in l. ordo, de exec. rei iu. & in l. fi. §. 1. C. comm. de leg. & ſcribentes in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obl. & Mod. in l. fratres, C. de tranſ. vbi firmant hanc eſſe cōem opi. & tenet ēt Alex. in conſi. 43. ſup præmiſſo themate, in 1. vol. Et hoc, niſi habito reſpectu dubij euentus litis, daretur læſio vltra dimidiā, & ſic ēt fuiſſe deciſum in cōſ. refert Affl. in dec. 220.

licet

licet in casu nostro nulla ēt minimo læsio considerari possit eũ uirtute trāsactionis ꝑdictarũ fuerint soluti ꝑdictæ actrici plus quā scuti 20.mille,excedētes tunc tpis valorē dictæ terræ Simbaris, ut liqt ex actis. Itē obstat actrici exceptio, quā de euictione tenet actio, eundē agentē repellit exceptio,de qua in l.uendicantem,ff.de euict.Similiter ꝑ Comitē opposita; quia in ult. transact. instrumento promisit euictionē in ampla forma: imò ēt dedit fideiussores de euict. & iō nunc agēdo repelli dēt à limine iudicij,& omnis sibi audiētia de-
21 negari,ex quo dicta exceptio†est de exceptionib.impedieti bus litis ingressũ,& ꝓcessum ad ulteriora, licet possit ēt opponi ad merita,ꝑ tex.in l. 3. C.de fide instr.& iure hastæ fisc. lib.10.ubi not.Bar.& seqt̄ Phil.Fr.in d.c.1.de lit.cōtest. in 6. Itē obstat actrici exceptio præcij nō soluti;nā si prætēdit tot transactiones rescindere, hēet necesse restituere acceptũ, ut
22 est casus in l.si diuersa,C.de trāsf.vbi † q̄ vult rescindere transactionē,tenet̄ ad restitutionē acceptorũ ibi hoc ēt no. Pau. de Cast.& Sal.& no.Bal.in c. 1.§.not.de his,q feu.da.pos. vn-
23 de cũ teneat̄ † ad restitutionē opponēte cōuento, impeditur agere,ut no.doc.in l.iurisgentiũ,ff.de pac.& in filiæ licet, C. de colla.& in l.Iul.§.offerri.de act.emp.Bal. in l.cũ tradit.C. de act.emp.& ita alias meminit Affl. fuisse decisum in cō si. in sua decis.supra d.3.dubio. Vltimo cōsiderādũ est,ꝙ ab anno 1514.quo fuit obtentus assensus à rege cath.snp testō Sācij,decursi sunt anni 30. Item,ab anno.1508. quo fuit inita dicta transactio,sunt elapsi anni 36. & semper terra Simbaris fuit tēta,& possessa per Alphonsum, & demum post eius obitum per modernum Comitem cum præstatione militaris seruitij & sic cum non agatur nunc cum fisco sed inter priuatos,etiam si aliquid ius competijsset actrici, fuisset exclusa præscriptione,ut in c.si qs per 30. & ibi And. si de feu. fue.cont.& habetur in const.regni:quadrig.quæ exceptio similiter est impeditiua litis ingressus,& ꝓcessus ad ulteriora
24 secūdũ tñ distōnē Bar.in l.si.ff.ꝓ suo ꝑsertim, qa ex†instris publicis,& regijs assensibus dicit̄ euidētissime cōstare,iuxta dictũ Bar.in l.1.ver.uenio ad qō.ff.de nou.oper.nuncia.iuxta tex.in c.cum dilecti.de donat.& in c. cum contingat. ubi hoc not.Anton.de Butr.in 3.notabil.de rescrip.& in c. licet

causam,

causam,de prob. Et sic stāte volūtate Sācij senioris de cōseruādo terrā ipsam in familia,deficiente primogenito sine masculis,& consideratis tot ratificationib. cōtractibus,& regijs assensibus, ac transactionib. ac exoluiione scutorum 2000. in circa,æquiualentiū,nedū dubio euentui litis, & p̄tēsis iurib.actricis,sed vero p̄cio æstimationi, & ualori terræ p̄dictę factis,in quā pro obseruantia, & executione iustæ, & honestæ auiæ dispositionis, stante tā notoria iustitia,molestari,p̄dictus excellēs Comes nō debēt,obstātib.tot exceptionibus ualidissimis,& vnaquaq; ipsarū,p̄put exceptio iurisiur.periurij,trans.Itē quē de euict.13.act.& c.Itē p̄cij nō soluti,& p̄sumptionis,& qualibet ipsarū impedientibus litis ingressū, & processum ad ulteriora,ulterius molestari , & ita fundat̄ ex præmissis prædicti eccellentis Comitis intentio. Pro parte uero prædictæ Mag.actricis dr̄ esse in causa ipsa procedēdū,non obstantibus exceptionib. p̄dictis,& incipiēdo ab exceptione iurisiurandi dr̄,iā est p̄uisum p absolutionē seu habilitationem à iuris.Nūc āt circa subreptiones,& obreptiones allegatas,dū dicitur,tacitam fuisse p̄ntiā do.Ant.Ianua. tunc præsidentis sacri cons.quia nō interuenit,ut iudex,nec
25 ut superior,ita q̄ ex eius præsentia dici possit†exclusus metus uel dolus,sed interuenit ut testis: q nō approbat contra-
26 ctū nec reprobat,arg.l.Caius,ff.de pig.act.†& talis p̄ntia nō inducit̄ consensum.l.Titia.§.Lucia Titia. ff.de leg.2.& Ang. in l.quidam.ff.de euic.& accedit cōs.Pau. de Cast.74.& quæ dixit Bar.in l. sicut, §.non videtur,quibus mod.pig.vel hyp. sol.& plenè Io.Lupi.in rep.rub.de don. inter vir.& vx.& po-
27 nit gl.in cōs.feud.paris,§.13.in gl.1.& sic præsentia†illa nō adhibita ad illum finem, nihil operari poterat: cum operari non potuisset ultra intentionem agentis, l.non omnis,cum simi,ff.si cert. peta.& sic taciturnitas præsentiæ prædicti do. Ant.ut testis interuenientis, non inducit subreptionem nec obreptionem,c. plerunq; cum ibi no.de rescriptis.;Secunda subreptio uana est,cum contrarium appareat, ex inspectione absolutionis, in qua facti series per extensum narratur, & geminatione non obstante Papa ex iustissimis causis in rescripto narratis,cōcedit habilitationē,ut agere possit.Tertia,subreptio minime suffragari apparet, dū p̄supponit̄ non fuisse

fuisse factã mentionẽ de receptione pecuniæ, & ratificationem contractuũ.qa eo mõ tollitur,ex quo procurator, q ratificauit,nõ habuit mãdatũ ad ratificandũ: sed tm̃ ad recipiẽdũ pecuniã,& nedũ de promissione pecuniæ, sed ẽt de solutione,& quietatione per actricem facta eccellenti Alphonso
15 in suo tract.de peste,ver.14.vbi dicebat,q statutum † prohibens extra territorium annonam deferre, puta vinum, vel frumentum pro abundantia in ciuitate conseruanda, non ligat ecclesiam,quin minus possit extrahere annonam,quam colligunt ex prædijs ipsarum ecclesiarum, per regulam dicti capituli,ecclesia S.Mariæ, & hoc absque dubio secũdum eum procedit in bonis,videlicet in frumento, & vino ecclesiarum,sed in clericis dubitatur. Sed dicit idem in clericis sentire Bal.in consi.198.statuto ciuit.Tergesti.2 vol.& tamẽ statutum huiusmodi debet esse fauorabile, & pro bono publico introductum,ne carestia ciuib.inducatur, & sic totum contrarium statuto Salerni,de quo agitur, & tamen non ligantur ecclesiæ.Ergo multo magis non ligabuntur Salerni statuto.Et in particulari, q huiusmodi statutum non liget
16 † ecclesias,consuluit Bal.in d.consi.198. & in statuto simili dictæ ciuit.Salerni,& sentit Bal. q tale statutum prohibens intromissionem vini nati extra territorium, non includat clericos,vt patet in d.cons.in fi. Ergo à fortiori in casu de quo quęritur,vbi tractatur de vino proprio ecclesiæ,quæ habet maiora priuilegia in patrimonialibus,quam clerici, per ea,quę dicit Abb.in c.fi.de vita,& hone.cle.& sic ex præmissis relatis dimissis cæteris non ita stringentibus, vr̃ exarata intentio ac defensio ipsius monasterij,& eius Abbatis.& insuper probando adductis in contrarium dicebat pręfatus iuuenis alumnus celeberrimi Soc.optime quidem indolis, & acuti ingenij.q quęsitus dicebatur de statuto generaliter loquente,vt includat clericos,si fuerit pro bono publ. introductum hoc salua reuerentia à nemine iure comprobat̃, imò totum contrarium,vt colligit Abb.ex d.c.ecclesia,in j not.& sæpius per Anch.in locis pręall.& in specie per Dec. ibi.nu. 55.Nec videretur obstare opi.Bar.dum dicit,q fallit, quando statutum loqueretur in rem,quia valeret, nam respondet̃ verum hoc procedere,quando statutum esset æquum, & fauorabile.Idem, quandò statutum esset directum circa res subditorum tantum: vt clare patet in exemplo posito per pręfatos Doc.vbi supra:& nam & res dotalis dum potest alienari virtute statuti,non poterit nec clericus illam emere,qa.
statutum

statutum loquitur de reb.statuentium,& prohibentur subditi tantum illas alienare:quod fieri potest, an in præsenti casu,licet statutum loqueretur in rem,tamen si vellemus extẽdere ad omnes res,& sic ad res,seu vina ecclesiæ,disponeret de rebus non subditis,quod fieri non potest. Ita in particulari dixit Abb in repet.d.c.quod clericis, vers. ex hoc infero. extra de fo.comp.& hoc,quia res clericorum , & multo ma-
17 gis ecclesiæ non subijciuntur † statutis laicorum,c.fi. & ibi no.extra de vita,& hon.cler.& tam clerici , quam res ecclesię,non subsunt nisi Papæ,& eorum episc.c.si clericus laicũ. extra de foro comp.& consul Cald.in cons.suo 12.inter cõsil.Anch.Nec militaret,ꝙ ratione territorij , & ipsius ciuit. cuius sunt statuentes,seu confirmantes eorum statutum possunt ꝓhibere vina ecclesiarum intromitti intus eorum ciu. & territorium,& sic diceretur statutum disponere ea rõne, circa res statuentium,arg.l.in re mandata,C.mand.procedat limitatio supra facta,nam respondetur ꝙ clerici ecclesiæ habent participiũ,& cõe commercium cum laicis,& reb.eorũ, & dicunt ipsi quoque hr̃e participiũ ipsius ciuitatis,vt respõ-
18 det Anch.in d.c.canonum statuta,ver.non obstat,ꝙ † re sua &c.& inde est,ꝙ cler.dicunt de populo,in fauorabilib. vt d. Alb.in tract.statutorum,2.parte, 2.q. vers. quid plura. quod
19 ẽt comprobatur,nam statutum imponens vectigal † seu pedagium pro rebus,quas per territorium statuentium aliqs transuehit,non includit ecclesias,aut res,seu bona clericorũ c.quãcunq;,de cens.in 6.& ibi Doct.Bar.in l.j.in fi.C. de muner.& in quo loco,lib. 10.& Dec.in fi.d.c.ecclesia.Ancha.in d.cons 155.& tamen istud vectigal imponitur rõne territorij p quod transeunt asportantes res,& nihilominus dñi territorij non possunt qdquã à clericis exigere. ergo à maiori non possunt illos ꝓhibere,vnde rõ territorij non debet esse in consideratione,& maxime in pñti casu , in quo clerici hñt participiũ cum ciuib.vt supra,& eo magis, cũ dñs territorii confirmans statutum illud gñaliter loquẽs, nõ vr̃ cõfir-
20 masse respectu ecclesiarũ,q̃ sunt immunes:quia † gñalis cõfirmatio non includit casus prohibitos & illicitos,l.si pater. in prin.ff.quæ in fran.cred.arg.c.veniens. de iureiuran. not. Albe.in tractat. statut.2. parte, ver. sed supposito , quòd tale

ſtatutum.ergo &c.nec ſuffragatur vniuerſitati præfate,quòd alij clerici Salernitani in idem concurrunt:qa non per illos inferri poteſt præiudicium præfato monaſterio,'& eius abbati,q̧ nunquã dicto ſtatuto ſeu capitulis conſenſerunt.arg. l.non debet alteri p̱ alterum,ff.de reg.iu.cũ ſimi.& in ſpẽ ſupra dictum fuit,ſtatutum laicorum minime ligare poſſe eccleſias:ẽt ſi alteri ꝓdeſſet ꝓut refert Fel.in d. c.eccleſia. His ergo pro vtraque parte præmiſſis, quid reſidet dicendum in tanta varietate?& pro concluſione ego dicebam, ſatis conſiderandum,ꝙ ſtatutum hoc ſeu priuilegia nunquam apparent fuiſſe recepta per præfatum monaſterium S.Benedicti, ſeu eius abbatis,qui pro tp̃e fuerunt, & ſic ſtante immemoriali tp̃e,quo prætenditur ſtatutum factum & non ſeruatum per dictum monaſterium,ſequit̃ ꝙ dato, abſq; veri præiudicio,ꝙ ſubſiſteret,non poſſet monaſterium ipſum ſeu abbas turbari in eorum libertate,ſeu compelli ad illius obſeruantiam:p̱ tex.in l.fi.ver.hoc ẽt.C.de fun.patrimo.lib. 10. & ibi
21 per Bar.Iac.Reb.Io.de Plate.& Luc.de Pœn. † qui dixit ꝙ non ſoluens canonem vel cenſum,per 40.an.erit tutus à ſolutione præfata,'& idem in terminis conſuluit Bald.in ſuo conſi.125.q.vertens.ver.2.præmittendum eſt,vol. 1.& etiam in ver.3.præmitttendum eſt, ꝙ conſuetudo vel p̃ſcriptio nõ
22 arctat † illos,contra quos præſcribentes vel conſuetudinarij nunq̃ ſunt vſu præſcriptione vel conſuetudine.c. dilecto, de of.Archi.quia iſti tales ſunt immunes,immunitatem præſcripſerunt,quia etiam contra eos non fuit leuata muneris impoſito,l.j.§.Iul.ff.de iti.actuq; priu.& p Bal.in p̃alleg.cõſ.
23 quod eſt ſing.vbi etiam in fine † dicit,quòd libertas præſcribitur etiam ab eo,qui ſcit ſe teneri,l.ſequitur, §. ſi verò, ff. de vſur.& gl.in l.ſi publicanus,§.1.ver. municipij. de publ. quem ibi facit ſin.Albe.in l.comperit,C.de præſcrip.30. an. vel 40.& ita per illa tenet Alex.conſi.148.in 6. vol. num.6.
24 quod quando hoc † ius exigendi competit fiſco vel reip. vt hic,tunc libertas ſeu immnnitas illud non ſoluendi pręſcribitur 40.annis,l.omnes,C.de pręſcrip.30. ann. & in particulari in caſu pręſenti,in quo prætenditur omnes clericos obſeruaſſe dictum ſtatutum non immittẽdi vina præter monaſterium S.Benedicti,dixit in ſpẽ Bar.in l.licitatio,§. earũ.
ff.de

ff.de pub.ꝙ si omnes ciues soluerunt gabellam impositam,
25 excepto vno,qui non † soluit per dictum tempus, quòd erit in tali casu præscripta immunitas non soluendi,& ibi sequuntur communiter Doct.& Fr.Balbus,in trac.præscr.nu. 29.cum seq.Accedat insuper,quod inquit Pan.in c.non minus,in fi ver.vlt.quæritur de immu.eccl.ꝙ ad hanc vini ga
26 bellæ solutionem,† quòd ecclesiæ & clerici ex suis vineis colligunt,minutatim venditi compellant, quando gabella ipsa extitit pro onerib.ad quę ecclesia tenet imposita, tunc cum succedat loco illorum munerum, vt hic prætendit pro reparatione murorum & viarum seu curretiarum & pontiũ ciuitatis,excusari non potest,l. ad instructionem C. de sacr. san.eccl.Ita tenet ibi Iac.But Bal.& Mod.& Ias.in d.l.placet & consuluit Bert.consi.53.& alias.no.in c.quanquam.de cẽsi.in 6.& cle.præsenti.eo.ti.vt est,quando gabella illa applicatur.fisco vel ciuitati.sed non ad illum vsum conuertendũ, vt consuluit Pan in suo consi.6.casus,sup quo.vol.1.& Fed. de Sen.cons.207.nos Griffol.Iac.firma.in trac.gab.7.q.7.partis principalis ver.an autem possit.singulariter.& Franc de Ripa in suis interpretatio.& respon.lib.2.resp.c.22.ad secũdum vr.& nihilominus non apparet articulatum nec probatum pro parte vniuersitatis Salerni,id quod oretenus allegatur,ꝙ pro aliquo bono publico emanauerit præfatum statutum.Vltimo,ꝑ reseratione clauis totius materiæ,nonne apparet articulatum & probatum de vetusta & in memoriali consuetudine præcedente tit.priuilegiorum regiorum allegato? certè sic:& tñ productis per eandem vniuersitatẽ quã plurib.regijs priuilegijs;nullibi apparet, in eis loqui de ecclesijs,ecclesiasticisq; personis,& sic cessant priuilegia alle-
27 gata,quorum † virtute statutum ipsum fundabatur:& sic cursus tpis longissimi seu immemorialis non facit præsumi id,quod priuilegijs inspectis non continetur:ꝑut in terminis consuluit Pau.de Ca.in suo consi.48.in causa,quę vertitur inter Reuer.patrem,post medium.dum dicit, ꝙ si ex fa
28 cie instrumenti apparet † ꝙ non infuit citatio ad sententiam,non statur dictæ præsumptioni propter antiquitatem: quia sublata est propter euidentiam facti:cum nulla sit maior probatio,quam rei euidentia,vt no. Ion.in c. proposuisti.

sti.de proba.facit,l.emptorem in princip.ff.de actio.empt. & d.consil.Paul.de Ca.sequitur Alexan.in consil.1. in 4. volu. refert etiam & sequitur Afflict.in suis decis.7.in causa domini Mocciæ:eandem opi.tenet Io.Lupi in repe. capituli : per vestras.extra de don.inter vir.& vxo.Deci. in consi.30.in 1. volu.Parisi.Cardin.dign.in suo consi.95.in 1.volum. Fel.in c.sicut.ver.7.& vlt.extra de re iud.Card.molend.in consuet. Pari.§.5.Ex quib.per me adductis,& cæteris consideratis per mag.dominos.de S.cons.fuit decisum,capitulas, seu statutū ciu.Salerni & prætensa priuil.non comprehendere nec afficere prædictum monasterium & Abbatem S.Benedicti, aut eius monachos,sed eisdem libere licere dicta vina intromittere pro libito voluntatis,absque impedimento aliquo.

SVMMARIVM.

1 *Dos si datur per patrem filiæ minus legitima,conqueri potest.*

2 *Filia,quæ excluditur à successione intelligitur ad tempus exclusa. i.vt quandiu masculi supererunt.*

3 *Interpretatio in odiosis stricta fieri debet.*

4 *Constitutiones regni dicuntur esse statuta in regno : & sunt stricti iuris:& interpretandi in casibus,in quibus loquuntur.*

Constitutioni regni habentur loco statuti: & non producuntur ad similia & consequentia ibidem.

5 *Renuncians successioni in ampla forma,non intelligitur renunciasse legitima sibi competenti,nisi de ipsa legitima fuerit facta expressa mentio in renunciatione.*

6 *Filia renuncians successioni paterna,asserens se dotatam de paragio, & vltra paragium,non videtur renunciasse legitimæ.nu.7.*

8 *Filia vel filius si habita portione pro sua legitima, renunciat patri cum iuramento bonis maternis & paternis,an tunc comprehendatur legitima.*

9 *Promissio renunciandi bonis paternis & maternis , an extendatur ad feudalia & emphyteutica:& ad cura realia.*

10 *Filia renuncians successioni bonorum paternorum, non videtur renunciasse feudalibus.*

11 *Feudalis causæ dispositio,non videtur facta,nisi exprimatur : quia natura bonorum feudalium,separata est ab alijs.*

12 *Renunciatio fieri promissa,debet intelligi, cum sit stricti iuris, vt*

non

non extendatur ultra expressa, sed renunciatio debet fieri in partem. i. interpretatio, quæ renunciaati minus præiudicet, & vt minus contineat.

13 *Soror ex consuetudine. Neap. si dilatatur maritari à fratre ultra annos sedecim succedet in virilem cum fratre.*

14 *Filia seu soror, vt excludatur à successione, requiruntur duo, videlicet, quòd dotetur, & quòd congruè dotetur. nu. 15.*

16 *Filiæ si dos datur à patre, & dos sit minor legitima, poterit supplementum petere.*

17 *Filia si in dote sibi data à patre fuit enormiter læsa, præsumitur ab eo subducta.*

18 *Filia si sit vnica patri, debet pinguius dotari: ita quòd saltem legitimam habeat: & nunquam bonus vir arbitrabitur legitimam filiæ auferendam.*

19 *Filia consequitur legitimam beneficio iuris, & non patris.*
Pater cogitur dare magnã dotem filiæ, nisi excedat legitimam. ibi.

20 *Filia si virtute statuti dotari debet arbitrio propinquorum, nõ poterunt propinqui minus legitima arbitrari.*

21 *Paragium filiæ, est portio, quã habet de bonis, quæ habere debet sine aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum subsidij.*

22 *Filia dotata, licet excludatur a patris successione, etiam si dos fuisset minus legitima, tamen post mortem patris aget filia cõtra fratrem ad supplementum.*

23 *Filia si inuenirent sibi patrem propter pulchritudinem, seu valorẽ, vel strenuitatem fratris pro modica quantitate dotis, non ex hoc debet fraudari legitima. Imò & si cum tota legitima non reperiret virũ cõdignũ, totam portionem, ad quam succederet ab intestato, consequi posset: & petet supplementum congruæ dotis. nu. 24.*

25 *Filia tunc dicitur dotata de paragio, quando dos non fuit minor legitima.*

26 *Filia dotata à patre cum dote minori paragio, & renunciauit paternæ successioni, poterit tamen petere supplementum paragij.*

27 *Filia si fuit congruenter dotata à patre, & demum patris facultates auctæ sunt, & ita auctæ tempore mortis patris reperiuntur, poterit ex hoc filia supplementum petere.*

28 *Dos ut dici possit congrua, sex requiritur.*

29 *Dos ut congrua dicatur, non potest esse minor legitima, etiam si pater in testamento prohiberet, ut ipsa non posset plus petere.*

30 *Filia*

30 *Filia minus cōgruè à patre dotata, pōt petere supplemētū legitimæ.*

31 *Filia licet asserat se dote sibi data à patre contenta, etiam cum iuramento, ipso iuramento non obstante, poterit supplemantum legitimæ vel congruæ dotis petere.*

32 *Pater dum sui calliditate operatur, vt filiæ suæ opulenti hæreditati renunciet seu priuetur, prædo magis, quàm consultor dicitur.*

33 *Filia nuptæ etiam contra patris voluntatem debetur legitima: & inde etiam, quando pater declarasset in testamento quòd plus petere non potuisset: nam debet supplementum legitimæ consequi, etiam ex legatis ad pias causas.*

44 *Filia vnica fæmina, & filius vnicus masculus, si remanserunt ex patre, cui fæminæ pater reliquit dotem, cum hoc, quod plus petere non possit, si fuit minus legitima, poterit supplementū eius petere.*

35 *Filia ad hoc ut excludatur à successione paterna, nedum requiritur, quòd fuerit dotata, sed etiam quod fuerit congruè dotata adeò q̃d congruitas non sit minus legitima.*

36 *Dos quòd sit congrua, ex quo est constituta per patrem, non ex hoc est conueniens probatio: sed non debet esse minus legitima.*

37 *Lex multoties nō confidit de patre, si eius qualitas hoc nō patiatur.*

38 *Pater non potest assignare dotem minorem legitima, & quandoque agere potest filia ad supplementum congrue dotis, etiam vltra legitimam: si qualitas patrimonij id exigat, consuetudo regionis, aut honestas personarum, nu. 39.*

40 *Dotatio filia facta per patrem, præsumitur legitima: nisi de contrario apparere possit.*

41 *Filia ob incongruam dotem, nedum potest supplementum petere, verum etiam & eius fructus.*

42 *Filia si virtute statuti debet esse dote cotnenta, qualiscunq. sit dos, intantum quod plus petere non possit, non' ex hoc impeditur supplementum congruè dotis petere.*

43 *Paragium in maritata, non potest esse minus legitima, & in non maritata potest excedere.*

44 *Dos competens dicitur, quando non esset minor legitima, secundum conditionem personarum, & morem patriæ.*

45 *Paragium est quota hæreditatis loco legitimæ filiæ debita, & non potest esse minus legitima.*

46 *Statutum licet excludat à successione: non tamen excludit à supplemento legitimæ.*

47 *Sta-*

47 *Statutum nisi expresse continuat, quòd filia sit dote contenta, etiã si esset minus legitima, potest supplementum peti & quod pluries pro hac parte decisum fuit tempore Vrbani, in audientia Cardinali Albanensi nu.48.*

49 *Legitima non comprehenditur sub generali dispositione.*

40 *Soror licet promiserit fratri in assignatione dotis plus non petere, sed esse illa dote cõtẽta, non impedietur petere supplementũ legitimæ, si dos non applicabit ad eam: cum non fuerit legitimæ renunciatum.*

51 *Filia vbi est vnica & vnicus masculus, debet filia pinguius dotari: vt non sit dos minor legitima, & ita considerat Corn.*

53 *Paragium cõsideratur attenta qualitate personæ, & cõditione quãtitatis patrimonij, & numeri liberorum & magis attendenda est consuetudo general. quàm patris.*

54 *Transactio iurata rescinditur ratione enormis læsionis.*

55 *Promittens alium ratum habiturum, non tenetur, quando ille contrauenit ex capite constitutionis in integrum: quia enormissimè læsus, vel ex falsa causa.*

56 *Alimenta promissa per aliquem alicui, non expresso tempore intelliguntur promissa eius vita durante.*

57 *Alimenta promisse alicui, in cuius domo debeantur: si in domo promittentis: ipsa præstare, an in domo alimentandi. nu. 58.*

59 *Pater peccat, dum integram legitimam filiæ non relinquit.*

60 *Filia excluditur à successione stantibus masculis virtute constitutionis regni & consuetudinis Neapolitanæ: dummodo de paragio dicitur, & sic pariter excluditur à legitima intestati.*

61 *Legitima potest tolli, nedum minui per statutum, & in totum fauore agnationis & familiæ: quæ per masculos conseruatur.*

62 *Dos, quæ debetur filiæ exclusæ arbitrio boni viri in terminis huius constitutionis, in aliquibus debet potius commensurari ad alimenta, quam ad legitimam.*

63 *Parag:um non erit proprie legitima, sed collocato filiæ in matrimonium suo æquali, considerata qualitate personarum, & regionis consuetudine, & hinc paragium dicitur parium gestus. i. vt filia nubat secundum pares suas. nu. 64.*

64 *Paragium, est quid diuersum à legitima.*

65 *Legitima non est debita filijs in vita patris, sed post mortem.*

66 *Filiæ nullum ius competit in legitima in vita patris.*

67 *Somnium unum visum fuit Socino, & quòd vehementer erraren dicentes, quòd bonus vir non debet arbitrari, quòd dos congrua sit minus legitima.*

68 *Filia dum maritatur à patre reseruatur à iure eidem patri arbitriũ in constitutione dotis cum nemo alius bonus vir melius arbitrari potest pro filia quàm ipse pater.*

69 *Filia à patre dotata, minime petere potest supplementum dotis: cum si fuit à patre dotata & constituta dos, quæcunque sit, censetur cõgrua ex præmissis.*

70 *Dotis congruentia etiam à patre data, debet considerari ad bona, quæ remanserunt tempore mortis patris, quo casu arbitrio boni viri debet commensurari.*

72 *Pater si assignat in vita filio legitimam, si tẽpore mortis reperiuntur auctæ facultates patris, an possit filius petere supplementũ legitimæ habito respectu ad facultates, quæ sunt temporis mortis.*

Statutum si excludit filiam dotatam, & mandat eam dote contentam, & nihil plus petere filia ipsa de modicitate dotis, quæcunque sit, non potest ulterius conqueri ibid.

73 *Filia, quæ renunciauit successioni paternæ, vt enormiter læsa, maxime cum ex ea dolus arguatur, & metus reuerentialis, non repellitur ob renunciationem præfatam.*

74 *In filia exclusa à statuto, non potest considerari talis læsio sufficiens ad rescissionem renunciationis facta, cum in ea non habeatur ratio successionis aut legitimæ: sed ad congruitatem dotis de paragio.*

Læsio enormis dicitur, quæ ius quæsitum tollit: non quæ iuri quærendo derogat. ibi.

75 *Facultas patris familias non æstimatur tantummodo ex cumulo patrimonij, sed ex qualitate personarum & conditione.*

79 *In paragio secundum And. de Iser. non attenditur quantitas valoris portionis tertiæ vel dimidiæ, & sic respectiuè ad legitimam. sed illa quantitas, per quam potest pari nubere.*

77 *Iuramentum in minore non operatur, nisi quia facit eum maiorem non autem excludit, quin petere possit restitutionem aduersus læsionem.*

78 *Filia si ante renunciationem factam patri de non succedendo ex causa dotis receptæ, fuisset informata, & certiorata de viribus patrimonij, de minore paragio non posset petere supplementum.*

79 *Iura-*

79 *Iuramentum operatur, ut quis præsumatur certioratus accessisse ad illud.*

80 *Promittens non contrauenire quacunque ratione, occasione vel causa, & tam de iure, quàm de facto, tunc ex quauis causa contraueniatur, committitur stipulatio ad interesse.*

81 *Promittens aliquem ratum habiturum, & non contrauenire, nec molestare, intelligitur tam de iure, quàm de facto.*

92 *Maritus promittens renunciari facere vxorem, si illa recusat, & maritus fecit quidquid potuit, excusatur à periurio, & pœna.*

83 *Negatiua dispositio non adimpletur in primo actu: sed trahitur ad infinitum.*

85 *Affirmatiua hominis, licet verificetur in primo actu: tamen intelligitur, si primus actus fuit validus. Secus si nullus, aut si aliter suum non sortiatur effectum.*

85 *Promissio tunc verificatur in primo actu, quando dispositio in primo actu consumit effectum suum, secundùm intentionem partiũ: aliàs de ulteriori actu intelligitur.*

86 *Promittens si non adimpleuit, quod promisit, tenetur ad interesse.*

87 *Vis & metus dissimulari potest inter vxorem & uirum præambulo tractatu, ut ab interesse vir eximatur, qui promisit ipsam renũciare facere.*

88 *Promittens curare & facere cum effectu, quod uxor tempore instrumenti dotali celebrandi vocabit se dotatam de paragio, & ultra paragium de dotib duc. 80. & pro integra parte legitimæ, & supplemento legitimæ: non tamen promisit, quod renunciabit legitimæ, de qua specifica mentio fieri debet, vt renunciatum dicatur.*

89 *Et proprie hoc locum habet in filia à patre dotata: & quod virtus iuramenti non operabitur renunciatione legitimæ. nu. 90.*

92 *Vnicum implementum sufficit ad dissolutionem obligationis.*

91 *Promittere quod uxor certo tempore renunciabit, aliud est: & aliud quod facta renunciatione non contrauenit.*

94 *Promittens cum iuramento renunciare, non dicitur periurus: si facta renunciatione contrauenit: quia hoc non iurauit.*

96 *Promittens sub pœna locare vel venderet, si locat seu vendit, & deinde contraueniat. non tenetur ad pœnam: quia adimpleuit.*

95 *Conditionem sufficit semel fuisse adimpletam: licet non duret implementum.*

97 Pro-

97 *Promittens uendere si vendidit, si tamen non vult tradere, est liberatus.*

98 *Legatum factum alicui, si se aliquid facturum iurauerit eo ipso quòd iurat. consequitur legatum licet postea non adimpleuerit id, quod iurauit.*

99 *Medicus qui promisit infirmum à podagra liberare, quando sanus euasit, est liberatur: licet ex interuallo superuenerit ei podagra.*

100 *Dispositio intelligi debet de primo actu tantum.*

101 *Actus factus per metum validus est: licet rescindendus veniat per vxorem.*

103 *Renuncians omni iuri, quod habet in bonis patris: tamen poterit cō trauenire ex capite enormissimæ læsionis: absolutione à iuramento præcedente.*

104 *Transactio iurata, rescinditur ratione enormis læsionis.*

105 *Filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, ex enormissima læsione, præsumitur circumuenta, & potest contrauenire.*

107 *Promittens alium ratum habiturum quando ille contrauenit ex capite restitutionis in integrum: quia enormissime læsus, non tenebitur promittens.*

108 *Actus, qui debet adimpleri, si ille cuius interest impleri, dederit causam quòd non impleretur, censeeur impletus.*

109 *Promittens aliquem seruare indemnem ab omni lite monenda, debet intelligi, nisi lis ex culpa sua moueatur.*

110 *Promittens, quòd quis renunciaret, si ob id fecit, quid potuit: & nō potuit obtinere dictum renūciationem, excusatur tam à pœna, quā ab interesse, non obstante iuramento.*

111 *Et in specie in proprijs terminis in eo, qui promisit renunciari facere vxorem suam, quòd si fecit posse situm, & illa non renunciauit, excusabitur.*

112 *Promittens genero vel alteri cuicunq. alimonta præstare, nō adiecto tēpore, pro quāto præstare voluisset, videtur obligatus ad præstandum saltem per annos 15.*

113 *Alimenta promissa præstari per socerum genero, & filiæ inter viuos, promissa pro se & filijs, licet tempus non præsignetur, intelligi debet in vita viri.*

114 *Condemnatus nulla temporis præfinitione facta, intelligitur perpetuò condemnatus.*

115 *Argumentum de pacto ad statutum, validum est.*

116 *Pater*

116 *Pater si reliquit filiæ centum pro dote, cum hoc, quòd nihil aliud petere posiit si filia simpliciter acceptet legatum, non ex hoc sibi præiudicat, quin potere posiit supplementum legitimæ, aut dotis loco ipsius.*

117 *Statutum ad illum casum trahitur, de quo si statuens interrogatus fuisset, idem statuisset in casu non deciso.*

118 *Mens, & non verba statuentium inspici debent in statutis, nedũ in contractibus.*

DECISIO CI.

MAgnifica Francisca Casa noua vxor mag. V.I.D. domini Benedicti Gagliardi de Neapoli, eidem nuptui tradita cum dote ducato. um 800. per quondam notarium Ioannẽ de Casa noua eius genitorem, pretendens facultates præfati eius patris amplissimas & excedentes valorem duc. 20000. remansisse in posse. Io. Caroli eius unici filij, & fratris ipsius. Prætendens igi͂, ꝙ habito respectu ad facultates præfatas, & ad vnicum filiũ, & ad conditionẽ personæ præfati eius viri, fuisse minus cõgruè dotatam, nec habuisse saltem legitimam, seu paragiũ, egit in sacro regio cons. ad supplementum paragij seu legitimæ. Et fabricato processu coram magn. Hectore Minutulo Regio cõsiliario, & ipsius causæ commissario, adducitur, ꝙ in regno, vt excludatur filia à successione paterna dos nõ potest esse minor legitima, & idem in ciu. Neap. per cõsuetudinem in scriptis redactam, & per prius per cõst. regni, in aliquibus. in quibus nõ dicitur ꝙ sit dote cõtẽta quæcũq; fuerit, sed ꝙ debeat de paragio dotari, iuxta facultates patris tẽpore mortis, numerum liberorum, & iuxta paragium, per quæ videt̃ in legitima includi, & licet loqui uideatur quãdo dotatur à fratre, à maiori procedit, quãdo à patre in eius vita dotatur, cuius officium magis proprium est dotare filiã quam fratris. l. qui liberos, ff. de ri. nup. vnde si filiæ minus le-
1 gitima daretur in dotem, conqueri † posset, ut consul. Bald. in consi. 452. & 453. vol. 1. & plenè Alex. in consi. 63. vol 3.
2 & tanto magis, quia per d. constitutionem † regni, in aliquibus, filia, quę excluditur à successione uidetur, ad tempus, videlicet

delicet quam diu masculi superunt: & sic fauore masculorũ, non tamen à legitima eas excludere fas est: & sic stricte intelligenda est à successione duntaxat, in qua loquitur, & ꝓut minus erit præiudiciale mulieribus, cum † simus in odio-
3 sis, in quibus stricta fieri debet interpretatio, vt pulchre in filia nupta, inquit Alex. in cõs. 199. vol. 7. circa med. maxime,
4 cum † constitutiones regni, dicantur esse statuta in regno, & sunt stricti iuris, & sunt interpretandæ in casibus, in quibus loquuntur: ut minus lædant ius commune, quam possint. Ita d. And. de Iser. in constitutione regni, si quis aliquem. Idẽ d. And. in constitutione regni, prosequentes, & in cõstitutione, pœnam eorum, in gl. in verbo, occultatores, & in rub. de homi. cland. in fi. & etiã in prin. cõst. in §. nos autem, & constitutione, probationum incursibus, seu probationum defectum, in glos. magna. Idem sequitur Affli. in sua Dec. 21. Itẽ fuit dubitatum, licet nihil de præmissis decisionibus alleget, & dicit constitutiones regni haberi loco statuti, & sunt stricti iuris, & non producuntur ad similia, & consequentia, l. ꝙ vero, ff. de legi. & quòd ita dixerunt sapiẽtes regni, ut refert And. in constitutione, prosequentes. Item inquãtum promiserit eius vir præfatus renunciari facere ipsam Frãciscã vxo-
5 rem in ampla forma, non † promisit facere, & renunciabit legitimæ, de qua specialis mentio fieri debet, aliàs non includitur, per tex. in l. si quando, §. & generaliter, C de inoff. test. & ibi Bal. & Sal. & Alb. de Ros. & in §. ceterum, in auth. ut cũ de app. cogn. nec virtus iuramenti operabitur renunciationẽ legitimæ.

6 In tertio † promittente, in quo adest defectus consensus, vt voluit Ias. post alios, in l. de his, ff. de trans. vbi fortius loquitur in muliere, asserente se dotatam de paragio, & plus, quàm paragio: & in specie proprie in filia à patre dotata, firmat illustr. Nicol. Boer. præsidens consilij Burdegal. in 3. sua decis. numer. 7. volum. 1. vbi etiam stante iuramento concludit hanc esse communem opinio. Angel. de Aret. in §. cum autem, in fin. instit. de inoffic. testament. Neapod. in consilio Neapod. contra instrumentum, versiculo sed pone. Aretin. in l. 1. § si quis ita. ff. de verbor. obligat. nume. 17. vbi talis renunciatio non extenditur ad legitimam. Quia de hoc

7 hoc iure non † vř intellexisse:& p eundem in l.q̃ superstitis ff.de acq.poss.& Affl.in d.constõne,in aliquibus,& in c.2.de feudo dato in vicem legis commisso, vers. 6. fallit. & decis. 178.vers.2.in d.cã dubitatur Guido papæ in q.93. Feder.de Sen.cons.115.Io.Lupi,in rep.rubr.extra de don.inter virũ, & vxorem,ver.ex istis potest inferri ad q.nu.16 18.refert, & sequitur Gul Bened.in rep.c.Raynutius,in vers.in eod.testamento relinquens,nu.220.Cassan.in consuet.Burg. ver. des succes.vers.limita in 6.in vers.& facit pro hoc tex.& præmissa loquuntur in filia,quæ contenta dote,renunciat cum iuramento bonis mobilibus,& immobilibus : vt non comprehendatur legitima maxime,qñ illam integrã consecuta nõ fuit,à fortiori est dicendum in viro ꝓmittente,ꝙ vxor renũciabit : vt non comprehendat legitimam, nisi de ipsa in particulari dictum sit:quo casu vř,ꝙ cesset difficultas:de qua
8 per doct.in l. † in rõne,ff.ad l.Falc Sed in filio vel filia,quæ habita portione ꝓ sua legitima renunciat patri cum iuramento,bonis maternis,& paternis,ante tunc comprehendatur legitima?ita in particulari Galiaula distinguendo dixit, in l.j.§.si quis ita,nu.16.vers.2.oppo.ff.de verb.obl.Nec hu-
9 iusmodi ꝓmissio renunciandi,extendi † poterit ad feudalia & emphyteutica,nec ad iura realia, de quibus in renunciatione non fit mentio per tex.in c. in generali si de feu. fue. contro.cum de illis specifica mentio,& particularis debet. Ita dixit Aluar.& Card Alex.in c.1.de eo.qui fin. fecit agna
10 to.& ꝓprie † in specie in filia renunciante, ꝙ non videtur renunciasse feudalibus:dixit in particulari Loffr. in sua paraphra.vers.quid autem sit,& melius Card.Paris. cons.12. 3. dubio.in 1.vol.vbi in proprijs terminis,ꝙ ẽt stante iuro, & vberioribus clausulis,quàm in casu p̄senti.Idem firmat Arc. in d.l.qui superstitis,ff.de acq.hęr.Ias.in l.Gallus,§. quidam rectè,ff.de lib.& posth.Alb.de Ros.in l.tres fratres,ff. de pac. in l.j ff.si certum petat.Marsil.in l.1.§.si quis vltro,ff.de quę
11 stio.Felyn.in cap.cum ordinem, de rescript. vbi de † causa feudali non videtur facta dispositio, nisi exprimatur, quia natura bonorum feudalium, separata est ab alijs. Ita Signo. de Homodeis.in suo consilio 420.quidam dominus Ianno Ias.Curt.Senior.consi.49.nu.83.Deci.consi.395.volum.3.&

 nouissime

nouissimè ita fuisse decisum p totum consilium refert Afff. in c.1.§.Titius cum Sempronio,in fi.si de feu.fue.contr.inter dnm,& agnat.Sed cum maior pars dictorum bonorum hęreditatis præfati quondam Ioannis Casanoua,consistat in
12 feudalibus,ergo &c.Item vir, & sic tertius, prohibuit † renunciari facere,& sic est stricti iuris, & non extendit vltra ex presla,sed interpretatio debet fieri in partem,quæ renuncianti minus pręiudicet,& vt minus contineat,l.si domus,ff. de serui.rust.præd.l.si vnus, §. illud. vers. ante omnia, ff. de pact.Late Dec.in l.postquam liti, C. de pact.& consi.668.in prin.& Aret.cons.161.& consequenter ad paragiū,legitimā, & feudalia,quib.per virum non est promissum,ꝙ vxor renū ciabit;neque inde per vxorem est renunciatum, & in specie cum in renunciatione non sit clausula illa:oēmq; partē,&c. non potest talis promissio extendi.Præterea,per consuetudi-
13 nem Neap.eas † aūt &c.requiritur,vt si frater differat maritare sororem ad annos 16.vel si secundum paragium, & facultates non nupserit,tunc soror succederet in virilem.vt frater.vnde consuetudo requirit vtrunque copulatiue probari
14 vt excludatur,& † ꝙ sit dotata,& ꝙ congrue dotetur: & huiusmodi congruitas debet esse, vt non sit minus legitima. Ita in statuto,de quo agitur:& in specie in patre dotante cōsuluit Soc.consi.207.vol.2.vt tenet And in c.1.vers.oportet, de natura suc.feu.Oportet ergo sororem,vt excludatur,fuisse dotatam,& habuisse totum quod pro dote debet habere, quasi dotis paragium,sit pars sibi competens.vt bene probat gl.in ver.coniugatæ,in fi.in constōne, vt de successionib. & dixit Pau.de Ca.in l.si non mortis.in fi.prin.ff.de inoff. test. & alias de iure cōi in pœnam differentis tradere legitimam vsque ad snīam,vt eius auaritia legitimis ictibus feriatur.
15 Ita pulchrè iuris.in l.si quis in suo,C.de inof.test. † vt duplicatam legitimam tradere cogatur.quod ibi perpetuo no. inquit Ias.contra fratres,pro sororib.quæ maritantur,& nihilominus propric in filia à patre dotata,dicit tex. in l.cum donationibus,C.de inof.don.ibi dum dicit, nec tm̄ dos à patre data, quantum ad summouendum quærelam sufficiet, de enormitate donationis præses prouinciæ agi iubebit, & est etiam tex.iuncta glo.in §.quę à nobis, C. de rei vxo. actio.
vbi

16 vbi si dos,licet à patre data,esset minor legitima, † poterit
supplementum peti.Pro hoc bene facit tex.in l. cum pater.
§.gener.ff.de iure dot.vbi fuit dos promissa arbitratu soceri,
& tñ cousiderat ibi tex.ꝙ istud arbitrium dotis, siue ab ipso
patre,siue à tutore fiat,fieri debet pro modo facultatum , &
dignitate natalium viri. & illum tex.ad propositum inducit
Aret.consi.17.ver.ad sextum:vbi ēt eo.cons.versic.venio igi-
tur ad quartum,& dicit tex.in l.cognouimus , C.de hære.se-
cundum vires patrimonij,per patrem filiabus dotes consti-
17 tuendas,& rōne enormis † læsionis,censetur filia à patre se
ducta,tex.est in l.si superstite,in fi.C.de dolo,facit tex.in l.&
si Nerua,ff.pro socio.& iō Corn.in suo cons.100.vol.3.ibi ,
18 cum.n.vnica sit filia,pinguius dotanda est, ita † ꝙ saltem
legitimam habeat,nunquā.n.bonus vir arbitrabitur legiti-
mam filiæ auferendam,cum dicatur æs alienum, & iure na
turali debita sit,& necessaria.l.cum rō. de bo.damna. & l. si
quis in suo,C.de inoff.test.Idem formaliter dicit Bal.in suo
consi.65.in ver.capitulum,de patruo,vol.1. & cons.323.vbi
non impedit beneficium pater,vel auus,qui dotat neptem ,
sed naturale debitum sequitur,l.j.C.de imp.lucr. descr. lib.
10.& ideo And.in constitutiones in aliquib.dixit, legitimā
19 consequitur filia beneficio iuris, † & non patris,Ias. in au-
then.res,quæ.C.commu.de lega vers.7.no. dicit ex illo tex.
colligi vnum no.ꝙ pater cogitur dare magnam dotem filiæ,
nisi excedat legitimam,& stante statuto, vt in regno. Et qd'
20 fortius,si dicatur,ꝙ dotetur arbitrio † propinquorum, non
poterit minus legitima arbitrari,& hanc esse opin. cōem,&
veram dicit And.quem euangelistam in regno dicimus , in
d.constitutione,in aliquibus,ibi.nam paragium est portio ,
21 quam habet † de bonis,quæ habere debet sine aliquo one-
re,ad exemplum debiti bonorum subsidij, l. qm̄ in priorib.
C.de inoff.test & inter cætera dicit,vnde quanta est hęc por-
tio,paragium istud est eiusdem iuris,sicut legitima iure na-
turæ,& sine onere libere habeat.Et in specie loquitur in pa-
tre dotante ꝙ hanc portionem habebit mulier beneficio hu
ius constitutionis,& non patris.Et plus dicit, ꝙ licet exclu-
22 datur à patris successione,etiam si † dos fuisset minus legi-
tima,tamen dicit,quòd post mortem patris ageret filia con-

tra fratrem masculum ad supplementum,vt in verbo.itē hic est gl.& in vers.erit sic æstimatio.dicit,ꝙ si pater in vita maritauit filiam. suppletur si non habuit legitimam sibi iure naturæ debitam,§.1.in auth de hær.& falc.& ideo si pater habebat 400.in bonis, & filios tres masculos, & vnam filiam fœminam,legitima,& paragium erit tertia pars 100.quæ si-
23 bi ab intestato obuenirent.& fortius d.Andr. † contra consil.Dec.26.versi 6.vnde si inueniret sibi parem propter pulchritudinem,seu valorem,& strenuitatem fratris,pro modica quantitate,non debet adhuc fraudari legitima:quinimò, & si cum tota legitima non reperiret condignum virum,tota portio,ad quam succederet ab intestato;consequi posset.
24 Et ꝙ potest † petere supplementum congruę dotis,si pater minus dedit,tenet gl.in const.vt de successionib.in ver. coniugatę.super quo dicit ibi Affl.in nu.23.vers 10.no. ꝙ tunc
25 dicitur dotata † de paragio,quando dos non fuit minor legitima.Idem tenet Neap.in consuet.Neapol.quæ incipit,cō tra instrumentum,in gl.in verbo,solutum,in vers.item quid
26 si filia fuit dotata à patre cum † dote minori paragio, & renunciauit.& tenent supplementum paragij peti posse,& tamen loquitur in patre,& idem tenet in consuet.si moriatur, in verbo,eas autem,in vers.paragium,circa fi.& idem in particulari tenet Bal.nouel.in tract.dot.6.parte,in 16.priuileg. vers.similiter,vbi reprobat consilium Pau. de Cast.,subdens se ita in ciu.Aquilæ,iuxta constitutionem regni,in aliquib. pluries consuluisse,& in consimili idem reperitur consul. Dec.in cons.276.patet,& alleg.And.de Isern.& meminit casum fuisse in ciuit.Aquilæ.Eandem opi.per prius constat tenuisse Luc.de Pen.in l.in his,in fi.vers.item pone, pater. C. de præd.& omni.re.nauicula,lib.11.& ibi subdit, ꝙ si pater filiam congruenter dotauit,& demum auxerunt eius facul-
27 tates,prout sic auctę reperiuntur tempore mortis poterit† ex hoc filia supplementum petere,& ita alias reperitur fuisse iudicatum in sacr.regio cons.in causa hæredum Grandilli de foro magno Neap.vt commemorat Affl. in constit. fratrib. nu.12.& in decis.160.vbi similiter loquitur in patre dotante,& insuper subdit,ꝙ tunc paragium non erit minus legitima,& idem Affl.in constitutione,in aliquibus:vbi etiam po
nit

28 nit sex † requisita, vt dos congrua dicatur, & ꝙ minus legitima esse non potest, & eandem opi. sequitur Sal. in auth. nouissima in si in ver. sed scias, ꝙ si statutum. Et idem consul. Corn. cons. 100. vol. 3. vbi plenissime, & proprie in patre dotante, & idem tenet Ang. in suo cons. 242. vbi fortius loqui-
29 tur ēt in patre in testō prohibente, vt filia † non possit plus petere, & sequitur Bal. in l. fi. C. de dot. promis. in vers. sed po-
30 ne, ꝙ ista filia. & plus d. Alex. † referens Bal. vbi supra, nulli dubium filiam incongruè à patre dotatam, posse petere supplementum congruè dotis, in consilio 134. nume. 31. volum. 6. & in consilio 83. volum. 4. & in consilio 7. volum.
F 2. & idem Bald. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamen. Bald. in consil. 452. volum. 1. & in consilio 223.
31 3. vol. & tamen licet filia dotata à patre asserat † se dote contentam, & cum iuro, poterit tñ ad supplementum legitimæ, vel congruæ dotis agere. Idem in spē tenet Bene. de Bened. de Perusio, in suo cons. 6. Card. in consi. 80. Soc. in cons. 163. circa tertiam, in vers. vnde concludendum est, & ibi dicit, ꝙ licet pr̄ præsumatur aliàs bonum consilium quęrere pro filia, istud procedit in dubio. Sed in casu p̄senti, in quo pr̄ fe-
32 cit, vt filia † sui calliditate tam opulenti hęreditate priuet̄, p̄dicto magis, quā consultor dr̄, & quòd tūc peccat, & dr̄ facere contra legē diuinā, & in fortiori casu cōsul Abb. in cons. 12. ver. venio ad tertiū. vbi dicit, quòd ēt filiæ nuptæ contra
33 pr̄is † voluntatē debet̄ legitima, idē ēt erit, qñ pr̄ declarasset, quòd plus petere non possit, vt cōs. Alex. in cons. 34. vbi subdit attendendas esse facultates tpe mortis existētes. & idē pulchrè dicit Ias. in l. quòd seruus, ff. de cōd. cau. da. & in p̄-
34 prijs terminis † existēte vnica filia, & vnico masculo, & contra dispōnem pr̄is disponētis, quòd filia plus petere nō possit, oīno sibi supplemntū legitimæ dr̄i, ēt ex legatis ad pias cās, cōsuluit Bar. in cōs. 34. & ĩ casu p̄allegato similiter dicta filia noīabat̄ Frācisca, p̄ut hic, & pariter idē in pr̄e dotante, tenuit, Alex. in l. in testō, vers. iuxta hoc. ff. de vulg. & pup. & Soci. cons. 217. 2. volu. & ibi dicit, quòd stante statuto, vt su-
35 pra in constitutione, & consuetudine, nedum † probari debet, quòd fuerat à patre dotata ad hoc vt excludatur, sed etiam quòd congruè dotata fuerit, & talis congruitas intel-

ligitur, vt non sit minus legitima, licet non possit succedere, & ita dixit in magna causa fuisse obtentum in ciu. Florētiæ, plenius in consi. 57. vers. circa 2. quæstionem, 4. vol. & ibi in
36 specie dicit, † ꝙ non debet dos esse minus legitima, nec est conueniens probatio, quòd cum dos sit constituta à patre, er
37 go est congrua dos, nam apparet de contrario, & inde est † ꝙ multoties lex non confidit de patre, si eius qualitas hoc patiatur, l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. sol. mat. & Alber Bru. in tract. de statu. fim. & cogn. à succ. exclud. in 9. arti.
38 prin. in §. & casu prin. vers. illud autem. vbi † plus subdit indistincte non posse per patrem assignari minus legitima. & quandoque agi posse ad supplementum congruè dotis, etiā vltra legitimam, si qualitas personarum, & patrimonij id exigat. & dicit insuper hanc opi. haberi pro canonizata, & ꝙ pro ea superioribus annis Florentiæ in ardua q. facti fuisse obtentum, & fuerunt consilia totius Italię, & licet ipse fa-
39 ciat distinctionem † vt in dubio non sit minus legitima, vbi quantitas patrimonii, consuetudo regionis, aut honestas, & qualitas personarum, & numerus liberorum aliud suadeant, & sic maior, vel minor legitima dos iudicari potest. tamen hic considerata ista distinctione bene oīa concurrūt: licet idem Alb. primam opin. esse communem, & veriorem, vt indistincte non sit minus legitima. & licet in fi. qōnis p̄-
40 fatæ asserat, ꝙ † dotatio patris præsumitur legitima, tamē dicit ita expresse ꝓcedere, nisi de contrario appareat: prout hic, & ꝑmissa quatuor in dote, cōstituenda per patrem filiæ, satis considerate colligit, & aduertit Io. Lup. in repe. cap. ꝑ vestras, in vers. in constituenda tamen dote, quam pater filię, & idem sequitur Cassan. in consuet. Burg. verbo; des successionis, in ver. tertius casus. vbi nedum supplementum le-
41 gitimæ † deberi dicit, verum etiam & eius fructus, & loquitur proprie in terminis constōnis, in aliquibus. & ibi allegat elegans consi. Soc. nu. 150. vol. 2. qui late ad partes q. examinat, & enumerat quamplures famosissimos doctores vltrà 80. hanc opi. tenere, & secundum ipsam pluries fuisse iudicatum, & ꝙ ita iudicaret in foro consciæ. Et ibidē in ver. ad secundum, & similiter dixit posse peti supplementum cōgruè dotis. Et idem in fortiorib. terminis dixit Cor. consi. 77. vol.
2. etiam

2.etiamſi ſtatutum diceret, ꝙ filia debeat eſse dote cõtenta qualiſcunque ſit dos,vt ſi minima ſit dos, poſſit ſupplementum peti.quibus verbis deficientibus habet ipſe pro abſoluto dotem deberi non minus legitima, & ſimiliter quando congruere eſt dotata,tunc eam excludi à ſupplemento legitimę:vt dixit Cur.conſi.11.quando in ſtatuto dr̃,ꝙ nihil vl-
42 terius † peti poſſit,ſed ſit dote contenta, qualiſcunque ſit, aliàs quòd poteſt peti,& idem in fortioribus terminis conſul.Alex.conſi.101.ſubdens iſtam eſſe cõem opi.& iſtud pa-
43 ragium in caſu pręſenti, in quo reperitur maritata, † non põt eſſe minus legitima,& in non maritata poteſt excedere vt dicit Neap.in conſuetudine,ſi moriatur,ver.paragium,& And.in conſtõne,in aliquibus,Bal.nouel. in ſuo tract. dot. 16.priuil.circa fi.5.partis,Dec.conſ.276.Io.de Arno. in ſingul.35.Afſl.in locis pręall Dec.conſ.160.Pariſ.conſ. 26.vol.
44 3.& conſ.16.& conſ.78.vol. 2. † vbi dotem competentem eſſe dicit,qñ non eſſet minor legitima: & ſecundum conditionem,morẽ & patrię.Cur.Senior conſ.38.39.vbi ꝙ poteſt excedere dos legitimam,ſed ꝙ non põt eſſe minor, & idem tenet in conſ.37.Loſtr.in ſuo conſi.26.verſ.præfatis non ob-
45 ſtantibus.& ibi tenet paragium † eſſe quotam hæreditatis loco legitimæ filiæ debitam,& circa fi.d.verſ.tenet non poſſe paragium eſſe minus legitima,& allegat quamplura cõſ. Anch.& Dec.& idem tenuit Sal.in l. ſi ſeruum veſtri, C. de noxa.& in l.ſancimus,C.de nup.Alex.conſi. 7. ibi & ſecun-
46 dam,poſito ꝙ deberet dos conſtit.2.vol.& ibi † dicit, ꝙ ſtatutum licet excludat à ſucceſſione, non tamen excludit à ſupplemento legitimę.Idem tenet in conſ.69.vol.1.& ſequitur Soc.in conſ.152.vol.2.& idem Alex.in apoſtil.ad Bal.in litera a,in l.fi.C.de dot.promiſ.& iſtam opi.dicit ẽt in legẽdo Soc.eſſe communem,in l.hęredes mei,§. cum ita, verſi. item ꝙ filia,ff.ad Trebel.& ꝙ iſta opinio habetur pro canonizata,& ꝙ aliàs in magna cauſa in ciu.Flor.in qua erat cõſilia doctorum totius Italiæ, ita fuit obtentum. Iaſ. in auth. nouiſſima,C.de inof.teſta.& in auth.res quæ.C.comm.de lega.Bal.conſ.63.vol.1.Alex.in l.Gallus,§.& quid ſi tm̃,ff. de lib.& poſth.reperio Sal.in ſuo conſ.incip.Petrus filium. qui locus forte per vnam ex partibus allegatur.ibi.n. no. ꝙ niſi

47 statuto exprǽsse dicat,quòd sit dote cõtenta, et si † esset minor legitima,quòd põt supplemẽtũ peti. Patet in prin.q. vbi p̄supponit,quòd filia iussa erat dote esse cõtenta. & in fi.vbi dicit Alex.& hoc puto verum, q̄n appareret statutũ voluisse excludere filiã à successione,& eã esse dote contentã , quantumcunq; esset minor legitima:aliàs Alex.esset sibi ipsi cõtrarius,cũ ibi dicat,quòd pluries ꝓ hac parte requisitus noluit consulere,q̄a est verum,vbi adsunt dicta verba, quòd sit
48 dote † contenta,aliàs vbiq; consuluit dr̄i supplementũ legitimæ,d.cons.7.vol.2.& cõs.69.vol.1.& cons.134.6. vol. & 83.vol.4.& pluries ꝓ hac parte refert fuisse decisum tp̄e Vrbani,in audientia Card. Albanensis, & facit bene:quia suo
49 generali dispõne † non comprehenditur legitima , nisi de ea sp̄alis mentio fiat,l.si q̄n,§.generaliter,C.de inoff.test.Bal. in l.de his,C.de transac. vbi licet soror ꝓmiserit fratri plus non petere in assignatione dotis:sed esse illa dote contentã
50 non † impedietur petere supplementum legitimę,si dos nõ applicabit ad eã:cũ non fuerit legitimæ renunciatum,& ita fuit alias iudicatum in S.R.C.referente mag.Ioan.Thomasio de minadois in causa magnifici Iacobi protonotabilissimi,& in causa honestæ mulieris Consolatæ episcopę,referẽte mag.Mario Saxo,regiis cõsiliarijs.Nec haberet in aliquo obstaret consilium Dec.26.nec aliud cons.Paul. 108. sed est cons.275.in 7.dubio.in 1.vol.quibus vr̄ innui, quòd dotata à patre præsumatur congruè dotata , nisi ex magno excessu manifeste apparet contrarium : ita quòd dolus patris posset redargui:sæpe.n.parentes maligne se habent erga filios, l.4. ff.de inoff.test.Nam ex magno excessu patrimonij 3000.ducatorum,& etiam si esset 10.mille,in vnica filia congrua dos esset duc.2000.vt considerat Pau.de Ca.in cons.275.quod allegat.Dec.in præfato suo consi. 1. vol. Secundo excluditur pręsumptio boni consilij paterni pro filia,& per consequẽs, quòd ex charitate paterna præsumi debeat congruenter dotasse.nam habita ratione ad auidam & tenacem ipsius patris auaritiam iam notoriam,intantum quòd nedum ipsi filię,sed etiam masculo, ac etiam sibimetipsi deficiebat in necessarijs,veluti in indumentis , & diuturno victu . Item in consi.Pau.de Cast.concurrebant alię fœminæ vltra masculos:

51 los:hic vero vnica filia†& vnicus filius, & cõsequenter pinguius dotati debet:ut non sit minus legitima. Ita considerat Cor.cõs.100.in 3.vol.& ẽt Bal.per eadem verba in cons.67. ver.capitulum.de pr̃uo.& cõs.323.1.vol.Pau.de Cast.in consi.275.& Bar.cõs.34.ubi proprie loquitur in cõsimili Frãcisca filia, & existẽte vnica filia cũ alio unico masculo. Tertio ibi erãt renũciatio iurata à quo iuro nõ fuerat absoluta: & veniebat tãtũ ex capite enormis læsionis:& sic ibi vi renunciationis excludebat ẽt à supplemẽto legitimæ: & sic cum

52 renũciauerit exclusa apparet. Quinimò qñ†nõ teneret renunciatio:ut quia per errorẽ.vel metu,& tũc succurret mulieri,ut ibidẽ tenet Dec.cir.si. Sed in casu præsenti non fuit renunciatum legitimæ,nec eius supplemẽto,& fuit ẽt absoluta. Quarto in casu Dec.dos erat cõgrua, & non ita amplũ patrimonium:& tamen excipit ibi Dec.quando esset maximus excessus hic clarè demonstratus: quin imò dolus cum reuerentia patris: & inde motus conscientia, dicere pluries auditus est in morte sua velle omnia supplere in testamento,qđ facturus erat, & magis attendenda est consuetudo generalis,quam solius patris: vt dixit Bal.in cõs.386.vol.4.vbi proprie loquitur in patre dotante, & ibi declarat ꝙ paragiũ

53 consideratur,attenta,†qualitate personæ,& conditione quãtitatis patrimonij, & numeri liberorũ, l.si filiæ,ff.de lega.3. Nec ultra præmissa videtur obstare posse eidẽ Francescæ renunciatio facti patri,eam ex causa enormissimæ læsionis ex beneficio legis,mulier iurans, poterit contrauenire: consuluit Corn. consil.186.213.vers.his non obstantibus,vol.3.& plenè in consil.161.vol.1.versic.his non obstantibus 3.vol. Soc.in consil.266.versic.postremo vbi etiam dicit non requiri probationem minarum, & consil.263.volum.2.& consil. 220.eo.vol.Dec.consil.180.597.203. vbi etiam ꝙ transactio

54 †iurata rescinditur ratione enormis læsionis,& cons.60.in fin.curti.iunior consilio 141.versic.præmissis. Alexand.copiose in consilio 101.139.Cagno.in repetitio. legis, si quis maior. versiculo sed quid si iurasset, C. de transaction. Anchar.in repetitio. capituli: canonum statuta 11. principali articul. versiculo quid dices de iuramento, extra de constitutione Anchar. in consilio 330.in fin. Iason. in l. si p-

ctą,

cto,quo pœnam,in fi.verſ.extra gl.C.de pact.Barb.conſi. 60. 2.vol.in fi.tertij dubij.Abb.in c.cum cauſa,in 6. extra de em pt.& vend.& in c.cũ contingat, & ib. Ant.de But. de iureiur. Affl.in ſua Dec. 322.quantum vero ad M.Ant. & eſt bonus
55 tex.in particulári in l.cum minor 25. anno.ff.† rem ratam haberi,vbi loquitur in fortiori caſu, ut non teneatur ꝓmittens alium ratum habiturum, quando ille contrauenit capite reſtitutionis in integrum, quia enormiſſime læſus, vel ex falſa cauſa, fortius non tenebitur vir: cum licet adimpleuerit,tamen cõtrauentio vxoris oritur ex cauſis præfatis, vltra præfata extra capitula matrimonij promiſerat hic notarius
93 Mulier si petiit uelle pecuniam ad emendum fundum, ex quo fructus percepisset, uerisimiliter fiscale interesse debetur.
94 Interesse etiam, si non esset probatum iudici, potest tamen ipse iudex ex officio ipsum taxare, & arbitrari ex coniecturis.
95 Annus inductus à lege ad restituendum dotem, ita constituit in mora sicut dies expressa.
96 Vsufructus, & interesse respectu antefati, erit in electione uxoris, quando

quādo antefatū est constitutū in pecunia, an velit pecuniā pro antefato post eius mortē, vel recipere à filiis vsuram competentem.

97 Vsusfructus pecuniæ vxori non debetur, nec pro præterito, nec pro futuro: & ibi qualiter fuit diuersimode iudicatum.

98 Vsusfructus debetur non ad rationem usufructus dotis, sed ad rationem quinque pro cētenario. & ita in cōtradictorio iudicio decisū.

99 Et subdit, quod etiam respectu antefati debeatur usufructus.

100 Consuetudo Neapolitana disponit, quod usufructus respectu dotiū debetur ad rationem tarenorum duorum pro qualibet uncia: sed respectu antefati ad rationem ducatorum quinque annuatim pro centenario: & quid de iure communi.

101 Priuilegium tributum doti, est etiam communicatum antefato.

102 Actio personali ex stipulatu pro dote, antefato, & vsufructu datur contra aliquem obligatum, ad aliquid faciendum, uel dandum.

103 Hæres adeundo hæreditatem ex quasi contractu, per aditionem se obligauit creditoribus.

104 Actio personalis ex testamento datur contra hæredem pro consecutione legati.

105 Requisita ad obtinendum in iudicio assistentiæ petitæ, tam quando agitur contra possessorem, quàm principalem nu. 106.

107 Assistentia ut agatur; & appretio contra obligatum, uel eius hæredem, non est opus constituto, & precario.

109 Clausula, ut cautelæ fieri possunt ad consilium sapientis operatur, ut in contractu apponi possit precarium, & constitutum.

110 Feudalia non possunt obligari, absque assensu regio: nec ueniunt in generali obligatione.

111 Ciuis est loci habens uxorem, & domum in loco: & hoc ultra dispositionē Regia pragmaticæ de ciuibus Neap. est etiam de iure cōi.

112 Ciuis non originarius si uirtute statuti non potest admitti ad collegium dictans, quod nisi sit natus in ciuitate, uel nisi sit ciuis originarius, quod tamen natus alibi à casu potest esse de collegio.

113 Ciuilitatem paternam retinet filius, dato quod alibi sit natus, quā in patria patris.

114 Lis pendere non dicitur, ubi instantia est perempta, nu. 115.

116 Regressus non datur de priuatione ad habitum.

117 Instantia perempta ex gratia Principis resuscitatur, & sic per principem. qui spiritum uitæ in ea mortua insufflat.

118 Lazarus resuscitatus recuperauit bona, nisi ea, quæ medio tempore

pore fuissent distracta.

119 *Restitutio quando fit ex gratia, nunquam trahitur retro in praeiudicium iuris quaesiti.*

120 *Assensus regius super bonis feudalibus, non potest impetrari post mortem obligantis bona, nisi cum nouo consensu, & voluntate haeredis.*

121 Principalis *si non reuocauit obligationem bonorum feudalium sine assensu, post eius mortem, non potest eius haeres reuocare: sed fauore dotis tenetur habere ratum.*

122 Promis*sio generalis tantum operatur, quo ad omnia contenta in illo genere: quantum specialis, quo ad illam speciem, quo ad comprehensionem, & exclusionem.*

123 *Priuilegia dotis, sunt communicata dispositioni antefati, siue quartae.*

124 *Priuilegium tacitae stipulationis, de qua in l. vnica, C. de rei vxor. actio. quod loquitur in dote, tamen habet locum etiam in donatione propter nuptias.*

126 *In feudis, verbum, haeres, de filijs intelligitur, quia de natura feudi est non transire ad extraneos.*

127 *Feuda dum sunt alienabilia, sunt ad instar allodialium.*

128 *Inuestitura feudi dum facit mentionem ut transeat ad quoscunque haeredes, etiam extraneos, apparet esse feudum haereditariũ.*

129 *Inuestitura continens quibuscunque alijs personis, prout vobis visum fuerit, & placebit, faciunt verba praefata feudum transitoriũ ad quoscunque haeredes.*

130 *Inuestitura, quae verba habet continere, vt feudatarius inuestitus in alienatione, & alijs, non teneatur dominum requirere.*

131 *Confessio feudi ex pacto, & conuentione legem accipit.*

132 *Princeps potest de Burgensicis, & allodialibus facere feuda, & de feudalibus Burgensatica.*

133 *Causa feudalis debet videri coram domino feudi: & coram iudice illius loci vbi feudum permanet.*

134 *In feudo franco, quod potest irrequisito domino alienari, possum pro libito voluntatis prorogare iurisdictionem: etiam sine licentia domini, nu. 135.*

136 *Iudicium agitatum per vasallus coram alijs iudicibus, quàm corã domino feudi, non tenet, nisi quando dominus feudi sciret, & non contradiceret.*

137 De-

137 *Dominus feudi potest consentire uasallis, & prorogare iurisdictionem in non iudicem eorum.*

138 *Causa viduæ, & causa dotis, dicitur causa pia.*

140 *Obligatio ad interesse, succedit propter moram commissam, in solutione rei legatæ.*

141 *Causa, in qua proceditur sola facti ueritate inspecta, prout in regno virtute capituli, detestantes, ferri potest sententia super probationibus: licet non sit facta petitio: vel nisi causa contenta in petitione, non sufficiat: si ex probationibus appareat causa apta, & sufficiens ad condemnationem.*

142 *Sententia dum sumus coram Principe, potest ferri super probationibus: licet non fuerit facta petitio, & licet causa contenta in petitione non sufficiat, si ex probationibus apparet causa apta, & sufficiens ad condemnationem.*

143 *Testes licet discordent in aliquibus inter se: tamen si in facto principali, in quo consistit substantia negocij, reperiuntur conformes, nihil officis, & bene probant.*

144 *Fallitas, quæ non tangit negocium principale, sed circunstantias, non facit, quòd testes reprobentur.*

145 *Testamentum vbi est dubium, an teneat, vel ne, pro eius validitate iudicandum est.*

147 *Hæres si semel approbauit testamentum, non potest ulterius ipsum impugnare.*

148 *Executio in feudalibus ob defectum assensus, in regno fieri non potest tam proprietate, tamen in fructibus, qui sunt hæredis, fieri potest, & non dicitur feudalis, & executio fieri potest eo casu in actione personali, in quo non sunt alia bona, nisi feudalia.*

149 *Actio hypothecaria, competit ex legato.*

150 *Bona pupilli non possunt obligari per tutricem.*

151 *Iuuare quis se non potest, ex eo, quod impugnauit.*

152 *Allegans instrumentum dolosum, seu meticulose factum, non poterit se eo iuuare.*

153 *Etiam hoc procederet, si iudex vellet impugnare dictum instrumentum.*

154 *Et etiam procedit, si pars vellet pro parte acceptare instrumentum & pro parte impugnare.*

155 *Regula præfata an procedat, ubi essent capitula connexa.*

157 *Capitula quando dicuntur connexa: & quando respectiua.*

178 *Locus contractus, in quo geritur, quo ad observantiam solennitatum ipsius actus, attenditur, non alius.*

179 Capitulum *factum in regno, non extenditur extra territorium regni.*

180 *Statutum loquens de contractu dotis, quamuis generaliter loquatur, non propterea extenditur ad contractum factum extra territorium loci statuti.*

183 *Statuti noui dispositio super restitutione dotis, non extenditur ad matrimonium iam solutum: & ad dotes ueteres: & ad casum, quo mortui sunt filij ante nouum statutum.*

184 *Assensus regius in feudalibus praestari non potest post mortem.*

185 *Capitulorum obtentum lite pendente non patitur extensionem.*

186 *Dispositio in dote non habet locum in omnibus in antefato.*

187 *Si promisisti te obligaturum in decem ergo, me ego potero agere ad illa decem contra te, antequam te obligaueris. Aliqui doctores dicunt hoc esse dubitabile, & aliqui non tenent, nu. 188.*

189 *Ex pacto de retrouendendo ob pretium non solutum, licet praesumatur uenditio facta, ut euitetur circuitus: non tamen ex isto actu praesumpto praesumuntur permissae usurae.*

190 *Venditio licet praesumatur ex promissione de uendendo ad euitandum circuitum, non ueniens fructus post hanc promissionem percepti, sicut ueniren post uenditionem factam.*

191 Ad *circuitum euitandum quamuis dias praesumeretur datem fuisse promissam restitui, & constitutum fuisse antefatum: non, tamen uidetur se obligasse ad fructus, & interesse.*

192 C*ircuitus non euitatur, quando interest contrahentium, ut circuitus seruetur.*

193 *Et pariter, vbi circuitus esset inutilis.*

194 *Et in casibus à iure expressis euitatur.*

195 *Statutum loquens in casu uero, non extenditur ad casum fictum.*

196 *Statutum concedens executionem contractus, non extenditur ad pacta incontinenti apposita: cum non se extendat ad casum fictū.*

197 *Capitulum dum loquitur in vero instrumento formali, non debet extendi ad praesumptum, & fictum instrumentum.*

198 *Assensus praestitus in vno actu, non extenditur ad alium etiam verum, licet minus damnosum: à fortiori nec ad fictum.*

199 *Actus uerus alius est, & alius fictus seu praesumptus.*

200 *Statutum, quòd datiarij habeant arbitrium super uenditionibus factis,*

Etis,& quidam promisit vendere, quod istud non pertinebit ad eorum arbitrium: quia non est venditio, sed promissio de vendendo, quæ sunt diuersa.

201 *Priuilegium obtentum à principe, debet intelligi concessum iuxta tenorem suppositione oblatæ.*

202 *Gratia Principis intelligitur concessa, iuxta formã petitionis oblatæ*

203 *Rescriptum ambiguum debet intelligi, secundum supplicationem oblatam Principi.*

204 *Tutor alimenta præstita pupillo, potest compensare vel repetere: & si non sunt taxatæ expensæ, repeti possunt.*

205 *Hæres satis dicitur adiuisse hæreditatem defuncti, dum declarat se vdicat feuda seu bona ipsius defuncti ad eum spectaret, & pertinere.*

206 *Successor in feudo si per annum tacuit, sciens alium de eo inuestitum, sibi præiudicat, & ius suum amittit.*

207 Feudatarius *alienans feudum hæreditarium cum consensu regis, facit ut non possit reuocari alienatio per filios, nec per alios agnatos: secus in feudo ex pacto & prouidentia.*

209 *Assensus regius non potest impetrari post mortem feudatarij.*

210 *Papa nec Imperator non potest feudum sine cã auferre feudatario.*

211 *Rex in suis concessionibus non præsumitur voluisse tertio præiudicare: nec præsumitur.*

212 *Dominus feudi non potest facere gratiam de feudo in præiudiciũ agnatorum.*

213 *Sciẽtia successoris in feudo, quòd alium ipse patiatur inuestiri, sciẽs ipsum successurum in eo, & non inuestitus, debet allegari & probari, ad hoc, vt excludatur. nu. 214.*

215 *Reuocatio alienationis feudi, fit per filium aut agnatum alienantis, quando feudum non est hæreditarium: sed quando est ex pacto & prouidentia. nu. 216.*

217 *Feudatarius alienans feudum ex pacto & prouidẽtia in extraneũ, si per annum tacuit filius vel agnatus, nullum fieret sibi præiudicium: sed esset necessarius cursus 30. annorum. nu. 218.*

219 *Feudum hæreditarium potest in quemcunque alienari cum regio assensu & agnati non reuocant nec infra annum, nec post.*

221 *Feudum ex pacto & prouidentia si alienatur per feudatarium carentem filijs, si demum filij nascantur, poterunt reuocare: secus in feudo hæreditario quia filij non possunt reuocare alienationem*

factam per patrem.

222 Feudum hæreditarium potest alienari in præiudicium agnatorum & filiorum.

223 Successor in feudo, si non petit inuestituram infra annum, hodie nõ amittit feudum, sed soluit duplicatum releuium. nu. 224. 225.

217 Papa seu principis assertiõi statur in his, quæ ab eius facto depẽdit.

228 Clem. prima, de probatio habet locum inter laicos: nec habet locum, vbi agitur de præiudicio tertij.

229 Assertioni Papæ vel principis non statur in casu valde præiudiciali alteri parti.

321 Papa vel Princeps narrans in bulla seu priuilegio factum à se gestum, vel saltem ab alio secum, probat, secus, si narrat factum quod scire non potuit: nisi per auditum ab alijs.

232 In Principe spãle est, quod ei soli credatur, præter ius gentium.

233 Testes deponentes parte non citata, et coram principe, nõ valeret.

235 Rex nunquam videtur nec præsumitur velle tertio præiudicare.

236 Princeps si aliquid dat vel confirmat, semper intelligitur saluo iure alterius.

237 Verba priuilegij seu rescripti debent potius impropriari, quam inferre præiudicium tertio.

238 Papa conferens beneficium, non obstante collatione alteri facta intelligitur de inualida.

239 Papa uel Princeps in dubio non præsumitur voluisse iuri tertij præiudicare.

240 Concessio facta per principem, in dubio semper intelligitur absque præiudicio.

141 Et etiam si agatur ad rem, non uidetur iuri tertij derogari

142 Princeps quando habet notitiam iuribus competentibus tertio et si apponeret clausulã: ex certa sciã nihil operatur talis clausula.

243 Imperator vel Papa non potest auferre feudum sine causa.

244 Princeps dũ in priuilegio dixit intelleximus, debet intelligi quod ab ipso supplicante intellexit.

DECISIO CIII

ILLVSTR. Marchionissæ padulæ, erit in S. Reg. Consilio actione reali & personali aduersus illustr. donnam Anto. de Cardona, vt sororem & hæredem q. illust. don Artalis eius viri, necnon assisten-

set excipi de dote non numerata, stantibus geminationibus dictarum confessionum, per tex. in l. in contractibus, §. 1. vers. illis etiam securitatibus, & ibi no gl. & Bal. & communiter omnes, C. de non nu. pec. & tenet Soc. in l. j. versi. 3. limita, ff. sol. matr. dato maxime decursu tot annorum à tempore emanatæ confessionis, vsque ad mortem don Artalis, merito ita apponi de dote non numerata, minime potuit, iuxta tex. in l. fi. & in auth. quòd locum, C. de dote cau. non nu. Concurrente maxime iuramento assertorio de præterito, vbi etiam † iuratum extitit omnia, & singula esse vera, quo casu cessat omnino exceptio præfata dotis non numeratæ: vt tenet Io. de Imo. in c. cum contingat, in repe. de iureiu. super 7. membro, & super 10. refert & sequitur Bal. nouel. in priuil. dotium in 10. parte, & idem post Bar. tenet Bald. & Sal. in d. l. fi. C. de non nume. pecu. vbi expresse dicunt, quòd huiusmodi iuramentum † assertiuum veritatis probat contra iurantem, Abb. in sua solemni stipulatione, ex ordine stā te statuto ciuit Senatum, & idem tradit Io. de Imo. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & in l. Seius Augerius, ff. ad l. Falcid. & hanc communem esse opin. testatur & sequitur Soc. in suo consi. 82. super quæstionibus propositis, in 3. volu. sequitur idem referendo Dec. in consi. 536. in causa, quę agitatur Mātuæ in 3. vol. Suffragatur præmissis tam tempore, quo sponsalitia contraxerant, & sic ante matrimonium, quàm post alimentauit Marchionissam, & sic non potest vlterius opponi de non numerata dote: † secundum Bal. in rubric. de priuil. dot. in vers. vnde quæritur. secundum quam opin. Soc. dicit ita fuisse consultum per doctissimos viros in l. j. vers. 5. limita, ff. sol. matr. licet ipse ibi conetur via disputatiua tenere contrarium: tamen ipsemet Soc. in præfato consi. 72. vers. pro quibus facit, in 3. vol. concludit in iudicando non esse recedendum ab opin. Bald. & sequacium, qui hoc consuluerunt, & nihilominus per partitas tabulę Barchynone, & etiam per partitas bancorum huius regni Neapo. & signanter degentium Neap. & per instrumentum receptionis habitæ ab illustri. Principissa Salerni, & per libros administrationis Comitis Culisani, & bilancium approbatum in actis existentis, apparent iam confessiones de recepto verificatæ, licet

Margin numbers: 4 (at "to, vbi etiam"), 5 (at "huiusmodi iuramentum"), 6 (at "de non numerata dote").

nulla comprobatione opus fuisset. Nec suffragaretur, ꝙ ex parte donnę Antoniæ asserit capitula mr̃imonii minime stipulata fuisse, nam rñdetur primo ꝙ fingitur stipulatio, etiã † si vere non intercessisset fauore dotis, vt in l.vni. in princ. C.de rei vx.act.& inde Bal.ibi, quem cõiter sequuntur doct. & Ang.ẽt sequitur in d.§.fuerat inst.de act. & Ias.ibi. no. dixit ꝙ aut constat ꝙ non interuenit, & fingitur, aut est dubiũ,
7 & pręsumitur, aut vtiliter intercessit, & tunc est vera. Item dr̃ ꝙ ẽt si non fingeretur, ex quo tpe contracti matrimonij don Artalis ipse solemniter ratificauit, & se obligauit ad quid er 13
8 go tm̃ ponderatur stipulationis defectus: nam perinde † hr̃, ac si ipsemet ab initio contraxisset: per tex. in l.cum fundus, §.seruum tuum imprudens, vbi Dec.no. in 3.no.ff.si cer.pet. & facit tex.in l.Cai.Seius, in fi.ff.de manu. & in l. Pompon. §.cum quis adminiculo, ff.de acq.poss.& no.Bal. in l.contra 14
9 iu.§.si filium.in fi.ff. † de pac.ratificans.n. & ratum habens, dr̃ facti auctor: per tex.no.in l.in summa, §.Cassius, ff.de aqua plu.arc.quem ibi ad hoc no.Bal.subdens, quòd non reperitur in pluribus locis.sequitur Ias.in l stipulatio ista.§.alteri,
10 ff.de verb.obl.& inde † videmus, quòd approbans contractum, succedit in locum eius, qui traxit, iõ debet eodem mõ & iure vti.Tex.est in cle.1.in fi.de suppl.negl.prælа. & facit tex.in l.si iudex.ff.de iud.& quod no.Bal.in l.si puellam, C.si manc ita fue.aliena.& in terminis, quòd ex quo don Artalis ratificauit obligationem factam de bonis suis, obligatio reconualescit, vt à principio. Est casus in l.si fundum. §.1.ff. de pig.& habetur per Bar.in l.j.eo.tit.quod intantum est verũ, quòd etiamsi Comitissa obligasset non nomine don Arta- 15
11 lis, prout obligauit, sed nomine proprio, † ratificãdo postea don Artalis obligatur, & habetur perinde ac si ab initio
12 se obligasset. Nec obstat quòd id quod † non est gestum nomine meo, ratum habere non possum, vt in l.si pup.§.sed si ego, ff.de neg.gest. quia illud procedit quo ad commodum ipsius ratificantis: cum per ratificationem actus non gesti suo nomine quis non trahit ad se illud negocium, nec acquirit actionem negociorum gestorum, vt in d.§.sed si ego. Sed quo ad præiudicium suum, bene potest quis ratificare id quod nón est gestum nomine suo. Ita pulchre declarat Bar.

Bar.in d.l.si fundus.§.j.ff.de pig. & idem firmat, §.sed si cum quis,ff.de vi & vi arm.& sequitur Nic.in tract. de pig. in secundo membro secundæ partis principalis. Nec militaret in contrarium.quòd licet in d.instrumento, in quo don Artalis ratificauit capitula, vt supra, se obligando ad illorum obseruantiam,non tñ in eo promisit restitutionem dotium. Ex quo hoc sufficit:quia præsumitur tacita stipulatio. vt in d.l.vnica,in prin.vbi Bal.ad propositum no.infert per illum
13 tex.quòd si actum est ad dotem,ex vera stipulatione †dotis & non probatur stipulatio,quòd tñ actor reportat victoriam non vi fictionis,sed vi præsumptionis,per quam veritas allegata probatur, cum sit præsumptio iuris & de iure. & dicit hoc etiam velle Cyn.ibidem.Et idem etiam voluit Bald. in l.pecu.C. de solu.& Angel.in §.fuerat. institut. de acti.&
14 intantum est hoc verum,quòd † dicta tacita stipulatio à lege inducta fauore dotis,ita meretur executionem,sicut stipulatio expressa in instrumento,secundum Bal.in l.vnica,§.sed vt plenius per rationem,quia præsumitur, quòd solemniter acta sit,l.cum ostendimus,§.fi.ff.de fideiuss.tut.& subdit hoc esse multum no.& pluribus vicibus habuisse de facto : & ꝙ nunquam vidit ad hoc allegari tex.illum : & ideo infert in proprijs terminis,quòd si in instrumento adest simplex con-
15 fessio mariti de dote recepta,licet nihil †dicatur in ea,quòd promiserat ipsam restituere , ex quo tacite in se continetur promissio de restituendo, ita mandabitur executioni, sicut expressa promissio restituendi. Quod reputat ipse multum no.Ad hoc,secundum eum,bene facit.l.quæcunque,C. de apoc.publ.lib.11.& idem voluit Bar.in l.1. in prin.ff. de his, quæ in test.delen.vbi tenet, quòd statuto extante, vt instrumenta publica executioni demandentur,sicut sententia:quædam mulier habebat instrumentum,in quo maritus confessus fuerat se habuisse dotem,& de ea fecerat quietationem, in qua tamen nihil dicebatur de promissione restitutionis, nec sol.matr.mulier petebat executionem instrumenti vigore tacitæ stipulationis præsumptæ,in d.l.vnica, in prin.C.de rei vxo.act.nunquid potest ? & primo dicit Bar.videri,quòd non:cum non sit scripta in instrumẽto,& intelligitur auth. legis Ergo cum nequeat legi,non debet executioni manda-

 ri.

ri.In contrarium secundum eum,l.si duo patroni,§. Marcel. ff.de iureiu.vbi licet iuramentum sit stricti iuris,vt in c.1.de iureiur.si quis iurauerit rem sibi datam in dotem , operatur iuramentum,vt etiam videatur obligatus,& quòd si promisisse videatur dotem restituere:& ideo contra iurantem datur actio ad restitutionem:vt ibi in tex.quem sic ad hoc inducit Angel.in dicto. §.fuerat. & hanc partem firmat etiam Bald. in l.j. in fin.ff. de his quę in testamen. delen. vbi Angel. idem sequitur ac etiam Roman.& Imol. in d.l. prima in princip. & Angel. Aret. in dicto. §. fuerat. & idem in terminis firmat Bald. in l. ad probationes. in fin. C. de probatio.vbi subdit se credere hoc esse verius , & quòd ita consuluit , & quòd fuit primum dictum , & ꝙ vnquam dederit ex commissione iudicis de causa dubitantis,& idem Bal. in l.vbi adhuc C.de iure dot.ver.quæro statuto, inferens ex
16 hoc no. † ꝙ quamuis in instrumento dotali non fiat mentio de hypotheca:quia tamen præsupposita dote , de necessitate sequitur hypotheca hincinde,vt plenè Ias.in præfato §.
17 fuerat.in 3.no. † sequitur etiam, ꝙ hincinde habeatur pro expressa:quod procedit etiam in marito minore recipiente dotem:quia bona tacite obligantur.Bal.Ang.Rom. & Alex. in l.si constante,in prin.ff.sol.mat. Ang.Pau.de Cast.& Alex. in l.item,quia,ff.dę pact.Cyn.Bal.& Ang.in l.fi.C. de leg.tu. vbi Bal.dicit hanc esse communem opin. Maxime quia &
18 fortius promissio solum † constituendi dotem,operatur eũdem effectum,ac si constituta fuisset ad euitandum circuitum.Ita Io.And.in add.Spe.in tit. de oblig & solutio. super
19 rubr.vbi dixit,quòd ille † qui promisit se obligaturum ad 10.pôt statim ad 10.conueniri,absq; alia obligatione, causa euitandi circuitum,& refert fuisse dictum Alb. Galeo. ꝙ perpetuo dicit esse tenendum menti , qa prima facie multi contrarium dicerent,& sequitur Alex.in l.cum fundus,§.seruum tuum imprudens,& ibi cõiter scribentes,ff si cer.pet.& ita proprie in promissione de constituendo dotẽ , fuit decisum in consilio in antiquis decis.Afflict.61. fuit lata quædã sententia,in primo dubio.Verum,quia ad extenuationẽ dotium pręfatarum deducuntur compensationes præten sæ , & de largis expensis factis eidem Marchionissæ, & eius familiaribus,

liaribus per tot annos, super quibus producti sunt testes familiares, & alii viles, qui super omnibus fere articulis eodem præmeditato sermone deposuerunt formaliter prout articuli cantant, de quorum depositionibus nulla ratio ha-
20 beri debet, tanquam in uerisimilia † deponentibus, & sic nulla debet eis fides adhiberi, iuxta tex. in l. 3. in prin. §. 1. & in l. idonei, ff. de test. & in l. 2. C. eo. titul. & in cap. in nostra. eod. titul & plenè Specu. in titu. de test. §. 1. ver. Item quod est domesticus, & potest iudex eisdem fidem non adhibere: secundum Barto. & Paul. de Castr. in l. Lucius, ff. qui not. infa. & not. Ange. in consil. 309. factum est tale, & Ioan. de Imol. in l. qui testamento, §. 1. ff. de testamen. Alexand. in consilio 19 in causa appellationis, & plenè Deci. in consil. 110. in ca-
21 su de quo agitur. Item † quia penè omnes de eorum iudicio deponunt, quo casu non probant, quia debent deponere per sensum corporeum, vt in l. qui testamento. §. 1. ff. de testamen. & in authen. de hæred. & falcid. §. si vero absunt, & in l. testium, C. de testibus, & not. Barto. in l. quid tamen, §. si arbiter, ff. de arbitr. & in l. 1. in princip. ff. de vend. inspiciend. Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de teste, §. nunc tractandum, in additione incipiente, quid ergo, Bald. in l. de quibus ff. de legib. Angel. in repetitio. l. sciendum, vbi proprie loquitur de teste deponente per illa verba, iudicio meo, ff. de verbo. oblig. & tanto magis, quia attenta magna dotis quantitate, expensæ præfatæ non fuissent immoderatæ. Item excellens Comes Culisani cœpit magnam summam, & quantitatem fructuum, & redituum ex statu ipsius Marchionissæ: vltra summam dotium, de quibus liquido constat publicis documentis, & qui tanquam tutor, & balius debuisset conuer-
22 tere ad † honestum lucrum, & non tenere, prout tenuit pecunias ociosas: quo casu tenetur ad interesse eidem Marchionissæ: vt in l. tutor, qui repertorium, §. si post. ff. de administratio. tut. & licet text. ille loquatur in vsura, tamen non debetur vt vsura, sed vt interesse: cum ipse teneatur de mala administratione, & tam de neglectis, quàm de male gestis: vt in l. tutor, qui post. & in l. tutor datus, ff. de administratione tutor. & in l. prima in principio. ff. de tutel. & ratio. distrahen. & in l. 1. 2. C. si tutor. vel cura. non appellatio.

 & in

23 & in l.si tibi, C.de test.tutc. sequitur quòd tenetur † ad ea, in quibus pupillus ob negligentiam tutoris damnificatus fuit, & ad oĩa, q̃ potuisset verisimiliter lucrari, ꝓut ita p̃ pręfata, & alia consuluit plenè Soc.in cons.20. sequendo ordinem p̃fatarum qõnum, in 1.vol.vbi tenet ẽt, ꝙ teneat̃ ad interesse rõne pecuniarũ nõ exactarum, de quo interesse in dicto lib. & bilantio nulla redditur rõ. Ergo qua fronte, & absq; rubore petunt̃ expensæ alimentorũ, & victus Marchionissæ, & familiarũ. Si vero loquimur de expensis erogatis à tp̃e contractorũ sponsaliorum vsq; ad tp̃s contracti mr̃imonij p̃ verba de p̃nti, & minus est locus compensationi, nec re petitioni, qa ad eas submistrandas tenebatur, vt spõsus, quia

24 iã † receperat dotes, p̃ gl.in l.dotis fructus, ff. de iure dot. Bar.in l.si ante nuptias, ff.sol.matr. & sequitur Soc.ibi, ẽt si onera excederent fructus, q̃a eadem rõ est in ipso, q̃ est in viro. vnde sicut vir tenet̃ sustinere onera matrimonij pp̃ dotem, vt in l.si cum dotem, §.sinaũt in sęuissimo, ff. sol.mat. & in l.dotis fructus, ff.de iure dotium, & in l.ꝓ oneribus, C. eo. & in c.salubriter, de vsur.ita, & sponsus, & hoc pro constanti, & sine dubio præsupponit Bal.nou.in tract. doti. in 11.parte, in 1.membro, 14.membri principalis, in 4.5.commi. Aut dicimus de expensis à tp̃e contracti matrimonij, & minimè compensatio locũ habet, nec repetitio, cum esset maritus debitor ad onera matrimonij sustinenda: vt in d.l. si cum dotem, §.sinautem in sæuissimo. & in l.dotis fructus, ff. de iur. dot.cum vulg. intantum, ꝙ etiam si ipsam duxisset ꝓmissa

25 † sibi certa dote, quæ non fuisset sibi soluta, & illam postea simpliciter alimentasset, nõn posset demum alimenta repetere, vt consuluit Abb.in cons.in facti contingentia, in 2.vo

26 lu. † quia ex quo non se abstinuit ab obsequior vxoris, & eam iugiter habuit in suo seruitio, tenetur eam alimentare: vt expresse firmat Bar.in l.quod in vxorem, C. de neg. gest. & facit tex.in l.sicut, ff.de ope.liberto, & in l.serui, §.quasi impensas, ff.de ædil.edict. & in l.sed & si quis, §. sufficienter, ff.

27 de vsufr. & in l.reb.fl.commoda. Vbi dicitur, ꝙ † tenetur qs naturali ratione alimenta pręstare seruo, vel alteri, quem habet in suo seruitio, ergo fortius tenebitur maritus vxorem alere, quamuis esset indotata, ex quo eam in suo habet obsequio,

quio, quæ alimenta repetere non potest, quia ob affectionē coniugalem videtur sibi donasse, ex quo non fuit de contrario protestatus, vt vř tex. in l. quod in vxorem, C. de neg. gest. & facit bene tex. in l. si paterno affectu C. eo. tit. vbi certo casu victricus tenetur alimentare priuignum, ex quo de con-
28 trario † non fuit protestatus, vnde fortius hoc erit dicendū in viro, qui alimentauit vxorem. Quibus accedat tex. melior de iure, in l. vir vsuras, ff. de don. inter vir. & vxo. vbi maritus
29 stipulatus ab † vxore vsuras pro dote, & eas non petierit, & per totum tempus matrimonij eam, & eius familiam aluit, titulo donationis vř remisisse: imò eo casu nedum veniunt alimenta vxori præstanda, verum ēt familiaribus vxoris, vt tenet gl. in auth. de non elig. secun. nub. §. fi. in verbo, onera. quam multum commendat Bar. ibi, & dicit eam perpetuo menti tenendam, refert eam, & sequitur Io. Lup. in repe. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 68. in verbo, operatur alium, & sextum effectum, nu. 6. & in repe. c. per vestras, in prin. uer. sequitur vt merito, ne vi expensarum factarum seruitoribus, & salarijs eis præstitis prætendi possit compensatio, nec de his locus sit repetitioni, quod sine dubio procedit in casu nostro, cum p testes ex parte altera productos liqueat, ꝙ domos d. Artalis, & Marchionissæ erat vna, & eadem: & eadem erat familia, & promiscue vtebātur, quo casu nullatenus repeti pñt per tex. in l. sed, & si vir. vbi casus, §. fi. ff. de don. inter vir. & vxo. & in l. si id, quod. ff. eo. tit. & hoc etiam procedit sine dubio, ex quo Marchionissa non fuit effecta locupletior, quo casu nullo modo est locus repetitioni, vt in l. si fructus, C. de pac conuen. & in l. si quis pro vxore, §. fi. ff. de don. inter vir. & vxo. Nam in casibus, in quibus est licita restō dotis constante matrimonio, de quibus in l. mutus, §. manente. ff. de iure dot. & in l. fi. ff. eo. & in l. quamuis, ff. sol. matr. oportet, ꝙ solutio sit facta mulieri non perdituræ, vt probatur, in d. l. mutus, §. manente, & in d. l. fi. iuncta gl. & debet ex ea vxor reddi locupletior, alias maritus non liberatur, sed ei est imputandum, vt no. gl. 1. in fi. in l. ij. in prin. ff. sol. mat. quam gl. multum commendat ibi Bar. versi. 5. quæro, & glo. in l. cum in fundo, §. vt à viro, in verbo, recepisse: ff. de iure dot. & no. plenè Iac. de Are. Cyn. & alij in l. vni. C. si dos constante mat.

& latè Io.Lup.in repe.d.c.per vestras, §. 25. ex quibus resultat vera conclusio,quòd nullatenus impensæ præfatæ possunt extenuare,aut diminuere fructus præfatos in dotem datos,nec habet locum compensatio aliqua. Quo vero ad terram Castellutij Trentenariæ,& Lungani cum casalib.& functionibus fiscalibus,fuit concessa inuestitura:deinde præfatis d.Io.& d.Ant.per regem cath.20.December.8.Ind de qua inuestitura fuit habita notitia,& scientia per dictum q. Comitem,prout quamplures testes testantur . Et quòd Comes habuerit notitiam de dicta inuestitura,manifeste patet, qa eandem præsentauit in actis. 22. Octobr. 1513. in regia camera summariç in lite cum Iulio de Scorciatis , & sic videtur approbasse omnia in † dicta inuestitura contenta , etiā

30 quæ contra se in ea continebantur,secundum Inn.in c.venerabilis,de excep.vbi etiam Abb.& Bar.in l.post legatum , ff. de his quibus vt indig.no.gl.in l.1.§.editiones,quam ibi ad hoc ponderat Bal.& Ang.ff.de eden.& dicit sing.Bal.in cap. prçsentium,ver.quid de illo.de testi.& probatur,in l.si filius §.fin.ff.de interrog.actio.quem ad hoc allegat Card. in consilio 56.in dilucidatione, cum aliis infinitis collectis per Deci. in præfato capitu. venerabilis. versicu . successiuè, de exceptio.Item ex prçsentatione inuestituræ præfatç facta

31 per Comitem resultat.quòd ipsa fuit penes † ipsum,& præsumitur ab ipso lecta,& cognita , & sic habuisse, & habere de ea notitiam,per text. in l. non est ferendus, ff. de transactio.per quem dixit ibi Bald. quòd ille , qui vidit testamentum,prçsumitur habuisse notitiam totius testamenti : sicut

32 ille,qui habuit pœnes se acta,prçsumitur omnia † percunctasse,vt in capitu. constitutus de test.& refert ,& sequitur Alexand.in consilio 102.visis, & ponderatis his, 1. volum. idem voluit Bald.in authen.at qui semel,C.de probatio. vbi dixit,quòd eo ipso quòd scriptura reperitur pœnes aliquem præsumitur ab eo cognita , & lecta . Idem consuluit Ancharan.in consilio 169.principaliter contra istos legatarios,

33 & ibi dicit, † quòd ille pœnes quem reperitur instrumentū præsumitur habere notitiam omnium contentorū in eo, & facit tex.in d.auth.qui semel,C.de prob.& in corpore, vnde

sumitur

ſumitur.ubi probat ꝙ ille,q ſubtrahit dicta teſtiũ non publicata & illa habet penes ſe,ex hoc ſolo pręſumitur ea didiciſſe,& legiſſe,& idẽ cõſul.Are. in ſuo cõſ.15.Reuerendiſs.pater.in fi.ubi admonet,ꝙ eccleſia nõ fundet dominium ſuũ in priuilegijs,inſtrũs:& atteſtationib. antiquis,quas & q̃ habuit penes ſe, ſi & in ſuo arbitrio habet, nã non poſſet postea allegare iuſtã ignorãtiã,ad finẽ,ut tempus petẽdi reſtõnẽ in integrum curreret (& licet Aret. in l.qui Romæ,§.duo fratres,dicat,d.l.nõ eſt ferẽdus.nõ ꝓbare dictum Bal.ipſe tñ ſequitur in eo qui eſt maior 25.ann prout Comes eo tpe iã erat,& qui præſumit eſſe diſcretionis perfectæ,dũmodo ſcriptura fuiſſet penes eum tẽpore cõpetẽti,determinando arbitrio iud.inſpecto præiudicio cauſæ:qualitate perſonę,&.alijs cõiecturis,& ſeq̃t Berta.conſ.159 cum ſupponat in facto,1. vol.Ergo cũ à tempore inueſtituræ vſq; ad litem cum præfato de Scorciatis, & præſentationis præfatæ decurſi fuerunt 10.anni concurrente importantia cauſę,non eſt uериſimile, ꝙ tandiu voluiſſet tacere, & ſic ſecũdũ opin. Aret.ꝓſumendum eſt Comitẽ de dicta inueſtitura notitiam habuiſſe, ſed ꝙ circunſcriptis ꝓmiſſis omnino præſumẽdũ ſit Comiti notam fuiſſe inueſtiturã,ſuadet grauitas facti notabilis,nã agebatur de tribus terris cum iuriſd. vaſallis,introitibus , & de annuis duc.171.functionum fiſcaliũ, nã cõcurrẽte lapſu tãti temporis,facit præſumi notitiã,& ſcientiã eius, ad quẽ ea res pertinebat.Nec obſtat,qđ dr̃ in c.quoſdã, & in c.quãto, de pręſu.& in l.plane de excuſ.tut.& ꝙ no.Bar.in l.nõ fatet, ff.de confeſ.& in l.ſi quis delegauerit,ff.de noua,& in l.ſi res
34 obligata.ff.de leg.1. ꝙ præſumit ignorantia ẽt in facto ꝓprio, quando illud eſt de longinquo, quia procedit, niſi factum ſit graue.& not.quia tunc dator lapſu temporis,infra quod potuit ad alterius notitiam peruenire, præſumitur illius ſcientia,nec allegatur probabiliter ignorantia, text.eſt not.in c.cum illorum,in fin.de ſentent. excomm ,in ca.non eſt nobis. de diſpoſitio. quos ita ibi ad hoc nota Anton. de Butr.in præfato capit. cum illorum & plenius in capit. cum ab excommunicato, de reſcriptio.quibus accedat nota dictum Saly in l.autem.in fin.C.vnde vi.dum in illa quæſtione de quodã nobili, qui per inuaſionem, & violentiam occupauerat

cupauerat quondam castrum, cuius iurisdictio spectabat ad Papam, q̃ si ex post facto fecit Ilium nobilem Vicariũ suũ, concedendo ei iurisd. illius castri per annos 20. nulla facta mentione de violenta eius possessione, an de iure valeret? & ibi firmat q̃ non, allegando gl. sing. in l. 2. C. de fund. & salt. rei domi. lib. 11. intelligit tamen, quando cõcedens fit ignatus illius inuasionis, secus si sciuit. quia cum de suo tantum præiuditio tractaretur, ualere deberet, & illam iniuriam remisisse videretur argumento, l. 1. de reuo. don. & l. fi. eo. tit. & l. omnino, C. de inoff. test. in fi. subdit hæc formalia verba, si multum tempus transiuit, ita q̃ verisimiliter, & faciliter scire potuit factum tam arduum, & contra eum gestum: præsumo eum sciuisse, & ita fuit cõsultum, hæc Sal. vbi supra, quẽ etiã refert, & sequit̃ Dec. eius cõs. 185. In causa istorum, ergo ex decursu 11. annorum à morte don Vgonis, vsq; ad litem motam, & præsentationem inuestituræ per Comitem, & ponderositate facti, ut supra concurrente, præsumendum est Comitẽ habuisse notoriã de morte don Vgonis fratris, & de eius testamento, & de inuestitura præfata. Et ideo suffragantur in simili dicta per Ioã. And. in c. ex parte de concess. preb. quem sequuntur Domini de Rota in dec. 653. dum dicunt, q̃ in præsupponendo scientiam vel ignorantiam in vacatione beneficij inordinario, est primo cõsideranda qua-
35 litas beneficiorũ, nã citius secũdũ eum p̃sumitur notitia de beneficio magni valoris, q̃ parui, & citius notitia curati, quã simplicis. Secũdo, considerãda erit distantia locorũ: quia citius p̃sumit̃ scientia in loco vicino, q̃ remoto, argõ dicti cap. q̃to, & d. capituli quosdã. Tertio, & vlt. cõsideranda est fama loci, iuxta tex. in clem. unica in fi. de cõcess. p̃b. Itẽ, est cõsiderandus lapsus lõgi temporis à die vacationis beneficij, est. n. præsumptio contra debentem conferre, si distulit ultra sex menses à die vacationis, vt in c. unico, §. porro, ut eccl. si. benef. Applicando igitur dec. Io. And. ad casum, attenta qualitate terrarum, de quibus facta fuit inuestitura & alijs supra consideratis, & maxime tot procuratoribus, & aduocatis Comitis sistentibus in ciuit. Neap. & tãdiu, succedit etiam tex. in l. siquis forte, in princ. ff. de pœn. ibi, nec. n. debent rem tam magnam procurator tandiu retinere. Et ad istorum confirmationem

mationem accedit etiam conclusio communiter firmata, p gl.& doc.in c.innotuit, super verbo, ignorantiam, de elect. & in ca.dura.super verbo: euadere.& in c.ad falsariorum.in verbo:dixerim,de cri.fals.& in c.eos.de tẽp.ordina.lib.6.& p
36 Inn.in c.ueniens,in verbo,innotuerit,de filijs præsb.vbi † cõcludunt quem scire præsumi illud qđ tenetur inquirere,& si ignorantiam allegat,aut probet illam,non prodesse: nihil probet se diligentiam de sciendo fecisse,apud quos certificari potuisset,argumento l.regula.de iur.& fac.igno.& c.si.37. dist.& c.pen.de reg.iur.Ergo imputet sibi,si in tanta temporis prolixitate diligentiam non fecisset. Ad hoc bonus tex. in c.exposuit circa fi.de dilat.ibi, temporis quæq; spatiũ habuerat tam prolixum,ut potuisset,si voluisset, super cã præfata informari.Adducit etiam tex.in cle. vni.in fi.de concess. pb.ibi,imputet quidem sibi cum de ipsius commodo agit,
37 si † id qđ per se vel aliũ scire potuit,ignorauit,& ita in terminis consuluit Ro. in cõs.481.præsens dubitationis artic. & idem consuluit Loffre. in cons. 35. responsio dubiorum. Ex quibus succedit uera conclusio præsumendum esse omnino Comitem habuisse notitiam,& scientiam mortis,& testamenti don Vgonis,& inuestituræ præfatæ, & aliarum circunstantiarum sæpius repetitarum: vnde cum per tot annos pfatus Comes superstes, licet esset primogenitus, & maior natu ad ipsum spectasset uirtute inuestiturę successio terrarũ præfatarum,ita tacendo tanto tempore præiudicauit.quia si
38 prior agnatus ad quem feudũ spectat † consensit inuestiri secundum,vel primogenitus consensit inuestiri secundo genito, sibi in totum præiudicat, ut est casus in capit.primo, §.præterea, quem sic ibi intelligit Bartol.qui bus.mod. feud. mit.& est exprçssum in c.quam periculosum,7.q.1, quod pcedit,siue consentiant expræsse, siue tacite, ut not.glo.super uerbo regressum,in d. §. præterea,quam ibi sequitur Bal.& communiter omnes, & idem, si data scientia,prout datur in casu præsenti,tacuit per annum, quia sibi præiudicauit, per casum in c.Titius,in fi.si de feu.fue.contr.ubi subdit Bal.il-
39 lum tex.esse bene menti tenendum,ad hoc, q † agnatus pximior,qui habet potestatem reuocandi feudum ab agnato remotiori,q perdit ius suum,nisi illud infra annum prose-

quatur

quatur. Vnde admonet agnatos esse multum sagaces,& bene animatos,ne patiantur labi tempus anni,alioquin silentio cõfirmaretur contractus;& tradit Aluar. ibi in 4. not.& Mart. Laud.& communiter alij.& ad idem est tex. in c.1.in §.fi.de inuest.inter dom.& uasallis oria. quonia annale silentium habet uim refutationis,scientia mediante,c.1.§.porrò,& ibi no.gl.& doct.qualiter olim feu.alie.pote vbi Aluar. allegat ad hoc infinita iur. & tradit Bal.in c.1.§. hoc quoq; 7. concl.versic.& notá,ꝙ si per annum,de succ.& idẽ tradit Pau.de Cast.in consil.59.illa qõ vertitur, vt audio inter Corradũ,& Ias.in consil.7.pro Reuerendiss. domino, 3.vol.Item cum à morte d.Vgonis.vsq; ad morte d. Io.& d.Ant.& vsque ad tẽpus,quo decessit ipse Comes, sunt decursi anni 11.& nũquã Comes petierit fructus & reditus dictarum terrarum,& functionum fiscalium & minime hæredes sui post eius mortẽ, nisi in præsentiarum,& per uiam compensationis,& per modum reconuentionis appatet ultra conuentionem, & fraternitatem, Comitem ipsum administrasse tutelam Marchionissæ,& de super librũ confecisse manu Philippi de Prato iã comprobatũ,in quã cã sunt 7.partitæ suę propriæ manus,apparetq. insuper bilanciũ similiter comprobatũ, & pbat etiã calculum factum tempore capitulorũ; & nullã habitã fuisse rõnem,nec mentionẽ de dictis fructib. qui debiti fuissent pfato Comiti rõne primogenituræ,put ptedit,cõcurrẽte diuturnitate tẽporis,cõsanguinitate, taciturnitate,& ꝙ in dicto lib. bilancio, & calculo nulla fuit de his reddita rõ, censeret remissi: per tex.in l.Procula magnæ quantitatis fideicõmissum. ff.de probatio.Nec obstat,ꝙ tex.in l.Procula.vr procedere pluribus concurrentib. ut ex uerbis Bar. ibi colligitur, dum dicit,ꝙ tria ibi concurrunt, taciturnitas, cessatio longi temporis,cũ ratione sæpius calculata,& idem Bal.in d.l.Procula,in prin.& in l.cum proponas, C.de pac. & etiam debet concurrere consanguinitas, prout loquitur d. l. Procula, & not.gl.in l.libertis,§. 1.& ibi Bar.ff.de alim.& cib.leg.sequitur Rom.in conf.517.in casu propositæ consultat. in verbo, tertio,quando concurrunt hæc tria,& Alex.conf. 46.visis,& accurate consideratis,in 1.vol.& in conf.59. in præsenti cõsultat.in fi.lib.4.quia hic concurrunt duo, diuturnitas,temporis,

poris, cum taciturnitate. Item consanguinitas: Item bilancium, & calculum factũ vltra librũ administrationis, in quibus apparet non esset de fructibus, de quib. agitur, habitũ rõnem, licet non appareat sępius calculata rõ, tamẽ apparet ex multis alijs coniecturis, quæ sunt sufficientissimæ in locum sæpius redditæ rõnis, nõ apparent capitula matrimonij, in quib. facto calculo declarat Marchionissa creditrix ducat. 218, 1. 1. 11. & sic nulla fuit facta mentio de fructib. præfatis, sicut in simili consul. Dec. in cõs. 69. & pro tenui facultate mea in 1. vol. & in consil. 267. non excidit à memoria, 2. vol. ubi consuluit sufficere, si ultra consanguinitatem, & diuturnitatem temporis cum taciturnitate facta fuerit diuisio, licet non fuerit sæpius calculata ratio, vt sic diuisio subrogetur in locum calculatæ rõnis, imò plus operat, quã si esset sæpius reddita rõ. & rursus in casu præsenti ultra pręmissa sæpius repetita, Comes nunquã traxit in dubium Iulium de Scorciatis, nisi post mortem don Io. Ant. ex quo arguitur, ꝙ cum factum erat recentius, visum sibi fuit tunc non agere, maxime quia præfati d. Io & d. Ant. erant iam superstites, & habebant notitiam testamẽti d. Vgonis, & sic apparuisset de
40 in iustitia, seu de non iure ipsius Comitis, & † præsumitur iudicium fugiens, de sua iustitia diffidere, c. nullus, de p̄sump. c. Christianus, 11. q. 3. & facit dec. Affl. 13. in verbo, coniectura. Accedit, & alia pręsumptio, nã Comes obtinuit sñiam in regia camera summariæ contra Iul. de Scorciatis, per quam restitit cõtractus ad reuẽdẽdũ eidem Comiti, vt hrdi d. Ant. & pariter idem comes, ut hæredes don Ant. cõdemnatus ad restituandum eidẽ Iulio duc. 4000. qđ solũ sufficere apparet ad exclusionẽ dictorũ fructuũ, cũ ex hoc pateat, ꝙ in dictis terris Comes non succedit d. Vgoni, sed in illis successerat d. Ant. & tanto magis, quia licet à dicta sententia fuisset reclamatum per Iulium, attamen fuit confirmata, & comes petijt ipsam exequi, prout executa fuit, & soluit dictos ducat. 4000. præfato Iulio, per qđ uidetur acquieuisse sententiæ, & renũciasse appellationi, ut in l. ad solutionẽ, C. de re iud. q̄ loqtur in cõdẽnato & petente terminũ ad soluẽdũ, tãto ma-
41 gis in petẽte executionẽ, ac † in spõte soluente, ꝓut in casu, q̃a per talem petitionẽ, & ẽt solutione, vr̃ renũciasse ẽt ap-

pellationi interponendæ, secundũ Ant. de But. Abb. & Mod. c. quo ad consultationem. de re iud. Abb. in c. solicitudinem ad fi. de app. Gem. in c. fi. §. 1. de app. in 6. quia petendo executionem. &c. Item soluendo duc. 4000. iam facit actum executiuum condemnationis, quo casu apparet, ꝙ ẽt appellationi futuræ renunciatum uidetur: secundum Ant. de Butr. & Abb. in c. quo ad consultationem, & Abb. in c. solicitudinem eo. tit. post Io. de Lign. in dec. 2. in nouis. & Fel. in d. c. quo ad consultatione in 1. 2. declaratione. Nec in aliquo prodest ei dem Comiti protestatio facta in calce petitionis porrectæ in regia camera, contra præfatum Iulium: quia fuit contraria facto, & ideo non releuat, c. solicitudinem, de app. l. cum in plures, §. locator horrei. ff. loc. & ita per ista iura Fulg. tradit in cõs. 107. super eo. & idem cõs. 146. uisis, circa fi. & Pet. de Anch. in consi. 32. per statutũ, & tradũt scribentes in l. nõ solum, §. mortem, ff. de noui ope. nuncia. Item, stante clausula regis Federici in inuestitura, ꝙ valeat disponere tam in vita, quam in morte, stante rursus in dispositione dõ Vgonis, & subsecuta inuestitura regis cath. & stante scientia, & notitia comitis mortis testamenti don Vgonis, & diuturnitate temporis, & magnitudine causę, & longo silentio ipsius, etiã per totum tempus uitæ pręfatorum eius fratrum ex consanguinitate inter eos, & ꝙ in libro administrationi dicti baliatus in calculo, & in capitulis nullam de illis apparet factam fuisse descriptionem, nec de eis redditam rationem.

42 Item ex non aditione hæreditatis † don Vgonis euanescit protestatio præfata, & ideo si iura non extant, reseruatio seu protestatio nihil operatur, l. si quis. legauerit, ff. de leg. 1. vbi not. Iac. de Aret Bar. & communiter doc. in l. minor, §. fi. ff. de euict. & quod ibi no. doc. Ang. in l. si in venditione. ff. cõm. prædio. & in l. omnes per illum tex. C. de præscri. 30. an. vbi

43 † dicit, quòd clausula: saluo iure. non tribuit ius de nouo, sed subintelligitur, si quod habet, quod est multum vtilem, secũdum eum pro statutis, contractibus, refutationibus, & æquitationibus, ꝙ dicit esse mẽti tenendum. & tradit And. in c. 1. §. si facta. si de feu. fue. contro. Bal. in c. quæ in ecclesia-

44 rum, versi. quæro, dixit episcopus. † de const. & gl. Parisi. in §. 44. 10. & ult. q. ultimo liquet, ꝙ dictæ terræ erant feuda hæditaria

ditaria, cum inuestitura sic cantet regis Federici, & sic si Comes uoluisset in illis succedere oportuisset ipsum esse hæredem, & adiuisse hæreditatem don Vgonis: & nõ aliter oportuisset succedere: & vt in c. 1. & ibi no. And. & oẽs an agnat. & And. in c. 1. §. hoc quoq. de succ. feu. gl. in l. uidendum, §. nunc uideamus, ff. de pet. her. Cy. in l. 2. C. de lib. & eorum liber. Bart. in l. eum, qui. ff. de interd. & relega. & in l. iusiurandi, § si liberti. iuncto prin. ff. de ope. lib. Alex. in consi. 13. perspectis his, quæ in themate narrantur, & cõs. 19. super eo, de quo quæritur. in 5. volumine. & late Loffr. in suo consil. 46. uilis uerbis. sed comes non adiuit dictam hæreditatem, nec constat nec in æternum constare posset adiuisset, ergo quomodo possibile est hæredem eius posse in illis obtinere
45 †ad quem, tanquam hæreditas dicti don Vgonis, & sic fraterna nõ auita per ipsum Comitem nõ fuit trãsmissa, nec trãsmitti potuit, per l. quoniam sororem, C. de iu. delib. gl. in l. 1. in uer. liberos, C. de his, q an. ap. tab. & in l. fratris C. de iu. delib. Quinimò etiã, si hodie uiueret Comes, minime adire posset: quia don Vgo decessit sunt iã an. 44. & vsq; ad litem motam fuerunt decursi an. 34. & iuri adeundi præscribitur
46 minori tempore, †videlicet spacio 30. ann, per l. licet, C. de iure delib. & ibi Bal. & Sal. & scribentes communiter. Ex quibus apparet vana prætensio alterius partis super fructibus dictarum terrarum, cum nullatenus debeatur. Nec habent extenuare dotem præfatam, duc. 4000. quos Comitem soluisse prætenditur præfato Iulio pro redemptione terrarum præfatarum, quia illos soluit condemnatus ad soluendum, & iam acquieuit sententiæ ut supra, & soluit: vnde frustra petitum fuit illos compensari: & sic cum solum fuerint in redẽptionem dictarum terrarum, & fuit debitum contractum super eisdem terris, & comes ipse per d. sententiam Regiæ Cameræ fuit hr̃s declaratus don Antonij in terris præfatis, & sibi
47 vt hæredi don Antonij, condemnatus †Iulius de Scorciatis ad retrouendendum, iam onus soluendi dictum debitum, ad ipsum Comitem tanquam hæredem declaratum, in dictis feudis spectabat, & spectat, & non ad hæredem in burgẽsaticis: vt tenet And. & scrib. in c. 1. an agn. vel filius, & accedit tex. in l. si certarum, §. 1. cum ibi not. maxime per Bar.

ff. de

ff.de mil.test.& consuluit Alb. Brun.in consil. 104. istæ magnificæ dominæ.& idem tradit in tract.de augm.in 4.limit. 5.conclusio principalis. Quo ad secundam partem dotium perceptam ex fructibus peruentis ex statu Marchionissæ, similiter fundata est eius intentio, propter capitula matrimonialia, in quibus fuit in dotem data tota quantitas illa, quæ percepta fuisset ex statu præfatę Marchionissę, vsq; ad diem consummationis matrimonij,& promissum constitui antefatum,& d.capitula iterum per instrumentum pub. ratificata per eundem don Art. Quo fit, vt videatur à principio contra-
119 stitui, ff. de leg. ii. q̄ id quod fit ex gratia, nunquā trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti: & in propriis terminis hoc tenet gl. Pari. sin. §. 3 o. q. 9 quæ ēt est talis ille pcr. plura ar. tex. sta fuisse alias obtentum: & minime obstat q̄ capitulum fuerit obtentum post mortem don. Aualis, qui bona obliga-
120 rat: & proinde suffragetur Marchionissæ, quia hoc in casu sp̄a potuisset impetrari regius assensus super obligatione dictorum bonorum, nisi cum nouo consensu & voluntate heredis, vt declarat Andr. in c. 1. §. donare, quilibet etiam si sit poss. alod. & in c. imperialem, de prohi. feud. alien. per Fed. Quia non videtur motiuum pondus procedere in materia de qua agitur, in qua pbē impetrari assensus super obligatiōes etiam post mortem, nulla interueniente noua voluntate hæredis, & ex quo

121 don Artalis, non † reuocauit in vita obligationem bonorum feudalium; & sic cum eadem voluntate mortuus est, iuxta tex. in l. cum hic status, §. pœnitentiam, ff. de don. inter virum, & vxo. & in l. cum tacitum, ff. de prob. hęres eius nõ poterit reuocare, sed fauore dotis tenetur habere ratum: vt est casus in l. si ego, §. si res, ff. de iur. dot. per quem tex. ita in terminis voluit Bar. de Capua in apostillis suis ad d. §. si res, & fuit decisum in sacro cosis. in dec. 111. fuit dubitatum, in antiq. & tradit Loffr. in consi. 31. in causa magnifi. viri. Vñ motiuum retorquetur in contrarium: q̃a si hæres tenet habere ratam obligationem feudalium fauore dotis factam per defunctum, & illam reuocare non põt: & põt ẽt post mortẽ impetrari regius assensus in prçiudicium hæredis. ergo eodem mõ capitulum illud impetratum post mortem, p quod gñaliter præstatur assensus mulieribus, & ciuib. Neap. trahit ad
122 cãm dotis: quia † tm̃ operatur ꝓuisio gñalis quo ad oĩa contenta in illo gñe, quãtum spãlis, quo ad illam spẽm, quo ad compræhensionem, & exclusionem: vt est tex. in l. si duo. ff. de adm. tut. & ibi Bar. & cõiter oẽs, & in l. si chorus, ff. de lega. 3. Ergo sicut põt impetrari assensus ẽt post mortem in p̃iudicium hæredis, nullo ẽt nouo hæredis consensu interueniente in cã dotis. p tex. in d. l. si ego, §. si res. ff. de iur. doti. & ita ẽt, & c. quo gñaliter prçstatur assensus super obligatione bonorum feud. mulieribus Neap. operabitur, & quãuis impetratum post mortem in fauorem Marchionissæ. Nec dicat, ꝙ tex. in d. l. si ego loquatur in dote, & fauore dotis, non p̄mittitur reuocatio hæredi obligationis factę p defunctum: sed tenetur illam habere ratam, qõ aũt nostra procedit in antefato, & vsufructu, & capitulum impetratum, quo conceditur assensus super obligatione bonorum feudalium in antefato, & vsufructu, quod ẽt respicit obligationem præfatã, non procedat nec vendicet sibi locum respectu illarum obligationum, quæ fuerant factæ per viros, qui tempore expeditionis capituli iam decesserant. Quia respondetur, ꝙ dispositio d. §. si res. procedit etiam in † antefato; nam priuilegia
123 dotis sunt cõicata constitutioni antefati siue quartæ, vt in l. fi. & in auth. Sed iam necesse, & in l. cum multæ, C. de dona. ante nuptias, & no. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. per quæ iura
alias

alias fuit decisum in consi.in dec. 154. quædam mulier in antiquis,ꝙ dispositio,l.Attilicinus,& l. de die. cum duabus legi.seq.ff.de pact.dota.quibus cauetur,ꝙ pactum, per quod conditio dotis sit deterior,in præiudicium mulieris paciscētis,non valet,quamuis loquantur in dote,procedant,& vendicent sibi locum,etiam in antefato & quarta, vt si fiat pactum in eius præiudicium,non teneat,in licet etiam priuilegium tacitæ hypothecæ detur doti.vt in l.vnica,§.& vt plenius,C.de rei vxo.act.& in §.fuerat inst. de act. nihilominus competit etiam & datur antefato,per tex. in d.l. vbi adhuc, iuxta prin.C.de iure doti.& ibi gl.in vers.suppositas,& idem tenet etiam gl.in l.assiduis,vers.fi. in gl.pen.in vers. tempore,C.qui potior,in pign.habe. & sequitur Io. de Plate.in d.§.
124 fuerat,& Ang.de Are.ibid.& Ias.in 8.nu.40.& idem † videmus in priuilegio tacitæ stipulationis, de quo in l.vnica in prin.C.de rei vxo.act.qui tex.similiter in dote loquitur, & tamen habet locum ēt in donatione propter nuptias,ut singulariter voluit Bal.in l.ij.per illum tex.C. de bon.quæ lib. & sequitur Ias.in d.§.fuerat,inst.de act.vbi pro hoc etiam allegat tex.in l.si in prin.in ver.vel stipulatione, vel l. C. commu.vtr.iud.& idem quod dixi in antefato,procedit etiam in vsufr.& interesse,vt in l. Lucius,ff.qui potior,in pign.hab.& no.in l.solutum,§.1.ff.de pig.act.& in l.Græce,ff.de fideiuss. quod tanto magis sine dubio procedit,quia bona etiam fuerunt expresse obligata pro interesse, quo casu vendicat sibi locum dispositio d.l.Lucius,vt concludit Ripa.qui q.ad partes disputat in l.priuilegia,ff.de priuil.cre.Aut quærimus respectu status Colisani,& bonorum feudalium sistentium extra istud regnum,sed in reg.Siciliæ vltra, & pariter assistentia competit,& debet fieri adiudicatio,etiam,ꝙ nullus super obligatione dictorum bonorum fuerit præstitus assensus, stante dispositione c.volentes, illius regni : quo iure feuda sunt effecta alienabilia,etiam personis extraneis.& ideo ver. hæres,de quocunque hærede etiam extraneo intelligitur:
125 quia subiecta materia licet feudalis,hodie † virtute,d.ca. patitur,vt appræhendat eos, ad quos feudum alias transire non poterat,vt consuluit Guliel.de Perno,inter docto. Siculos maximæ auctor. in suo consilio 4. quondam Serenissi-

Rex Ferdin. versic. nam per d. cap. & in quampluribus alijs consil. & in ista opin. resident communiter docto. Regnicor. repetentes, super d. cap. volentes, & ita nouissime consuluit Castan. in suo consil. 8. super duabus consuetudinibus in versic. contrarium tamen dicerem pro quorum opin. conferunt not. per Paul. de Castr. in l. ex facto, in §. fin. post gl. ibi. ff. ad
126 Trebel. dum voluit quòd in feudis † verbum, hæres, de filijs intelligitur, quia de natura feudi est, non transire ad extraneos; vt habetur in c. 1. §. si clientulus de alie. feud. Ergo cum hodie feuda illius regni ex dispositione dicti cap. volentes fiunt transitoria ad heredes etiam extraneos, verbum, hæres, intelligitur de quocunque hærede, etiam extraneo, quia natura feudi stante dispositione d. cap. non repugnat, & inde
127 videmus quòd in regno Franciæ, † cum feuda sint alienabilia, sunt ad instar allodialium: vt tradit Iacob. de Beluis. in titu. de quib. mod. feud. amit. circa princip. & Ioan. Faber. in proœm. inst. de empt. & vend. in princip. & Guido papæ. in consil. 18. nu. 1. & in decis. 59. secundum vsum feud. & Beltran. in consi. 18. viso consultationis themate, in 4. responsione, & nume. 14. in 2. vol. & Castan. in consi. 8. super duabus consue-
128 tudinibus. Concurrente insuper inuestitura † dicti status & terrarum sub forma hæreditaria, & larga, & posse de eis libere disponi, etiam sine assensu, cum in ea fiat mentio de quibuscunque hæredibus etiam extraneis, & sic appare resse hæreditaria, cum fiat mentio de quocunque hærede: secundum And. in c. 1. §. hoc quoque de succ. feu. in c. 1. an agn. & in c. 1. §. quid ergo de inuestit. de re alie. fa. & alibi pluries: & plenè per Gul. de Perus. in consi. suo 7. hic aduerte, & potest de illis & super illis baro libere disponere, cum censeatur, mera res allodialis, non habens propriam naturam feudi; vt in c. 1. de feu. non habente propriam nat. feu. & in c. 1. §. penul. si de feu. fue. controu. inter dom. & agn. & in specie tenent Bald. & Ange. in l. cum essent, §. 1. per illum text. ff. de seruitut. rustic. prædio. Ange. & Imol. & Alexand. in l. qui Romæ, § duo fratres, ff. de verbor. obligatio. quod firmatur ex
129 alijs verbis existentibus † in inuestitura, videlicet quibuscunque alijs personis, prout nobis visum fuerit, & placebit, quæ verba faciunt feudum transitorium ad quoscunque: vt
in d.

in d.c.1.& ibi per And.& scrib.de feu.non hab.propriam natu.feu. Item & alia uerba, videlicet, a nobis in eisdem ius, & causam habentibus uel habituris, quæ faciunt dictum Comitatum, & feuda posse transire ad extraneus & etiam ad singulares successores: ut in d.c.1.de feud.non habente ppriã nat.feu.& tradit Bru.in cons. 14.in facto proponitur, & cons. 39.circa antedictum casum, & nouissime Ripa, in 1.lib.resp. c.1.nu.31.subsequuntur in eadem Inuestitura, verba dirimẽtia omnem controuersiam, videlicet, q vos & vestri hæredes, ad quos uolueritis, possitis, & ualeatis in perpetuum & quoties uolueritis, & voluerint, filijs, & filiabus vestris tã legitimis, quã non legitimis, vni duobus uel pluribus, necnõ quibuscũq; alijs personis cuiuscunq; status, & conditionis existant, coniunctim uel diuisim aut alias quo quomodo vobis placuerit, dare, uendere, permutare, alienari in ppetuũ, tã cũ instrumento gratia redimendi, q sine, comitatũ pfatũ seu quas uolueritis eiusdem terras, & terram, aut quamcunque partem eiusdem, ac eisdem in ultimis voluntatibus causa mortis, seu alias, prout visum fuerit, & placebit, tanquam de re propria & iusto titulo acquisita disponere: quæ uerba faciunt dictum Comitatum, q habeat naturam allodialium,
130 & q in eius alienatione, & † dispositione non requiratur regius assensus, ut consuluit Soc. cons. 272. visis instrumentis, in 2.vol.arg.tex.cũ ibi no.per doc.de feu.non hab.propr. nat.feu.& firmat Pern.in suo præfato cons. 14.& q in dispositione, & alienatione illius non requiratur aliquis assensus, sed de eius libere, & ad libitum potuerit disponere, prout de allodialibus, patet aperte ex alijs uerbis in dicta inuestitura appositis, ibi promittentes de gratia speciali in nostri regia fide bona omnem & quamcunque alienationem, & dispositionem, quam de dicto comitatu ac aliqua eius parte quibusve personis personarum præfatarum feceritis, & vestri seu a uobis iam præfatis causam habentes, feceritis gratiam & gratis, ex quibus, & alijs clarissimis clausulis apparet data potestas alienandi libere, & quod non teneat dominum requirere, ut not. tradit Bald.in l.r. 45. q. versicul. & nota quod si aliquis, ff. de rerum diuision. & ibi dixit, quod concesso feudo pro se, & cui concedere uo-

lueris,

luerit, ꝙ habebit potestatem liberã quo ad hoc, vt nõ teneatur dominum requirere, & seqĩ Par. in trac. reintegrationis, in quæstio. incipiente, pone, ꝙ text. potuit n. in traditione rei suæ adijcere legem, quam voluit: vt in l. legem. C. de dona. & in l. traditionibus. ff. de pac. & in l. prima. C. de don. quæ sub modo, & per And. in cap. 1. de controu. feud. apud
131 par. term. & idem in feudis, ut patet in præambulis† feudorum, in §. quid agendũ, quia cõcessio feudi ex pacto, & conuentione legẽ accipit secundum And. in tit. de eo, qui sibi, &
132 hæred. suis, vers. quid ergo. Itẽ similiter† potuit de burgensaticis, & allodialib. facere feuda, & de feudis facere burgensatica: ut di. And. in c. imperialẽ, §. pterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Fed. de capita, qui cur. ven. §. similiter potest verbo: quid si rex. & de controuer. inuest. apud par. ter. c. 1. & ex quibus cau. feu. amit. §. huius autem generis, in verbo. sed quid si debet, & latè Par. in d. trac. reinteg. in loco, ubi supra. Nec suffragatur, ꝙ respectu bonorũ existentium in reg. Siciliæ, non potuit agi Neap. quia cum illust. conuenta degeret in ciuit. Neap. & in ea domicilium trahetet, tempore iudici moti, fuit in elec. Marchionissæ actricis agere, vel Neap. vbi conuenta domic. trahebat, etiam super bonis existentibus in alio regno, vel in regno vbi bona sita erant, ut voluit gl. in l. fi. vbi in rem. act. quam sequuntur Bal. & Sal. & communiter doct. ibidem, etiam quia don Artalis domicilium habuit Neap. quo casu est etiam speciale fauore dotis, vt Neap. exigi possit, etiam si contractus dotalis alibi celebratus fuisset, ut est casus in l. exigere dotẽ, & ibi communiter doct. ff. de iud. Nec militat tex. in c. cæterum, de iud. & in c. ex trãs-
133 missa, & in c. verum, de fo. comp. dum† in eis continetur, ꝙ vbi tractatur de causis feudalibus, dominus feudi adiri debet: cum ad eum spectat cognitio. & proinde cum inter alia super feudalibus existentibus in illo reg no ageretur, uideretur in dicto regno agendum, & iudex illius regni adeundus esset, imò ꝙ in præiudicium illius sine eius licentia non potuerit prorogari iurisdictio sacri cons. Neap. vt per Bar. Lud. Alex. & Mod. in l. 1. §. & post operis, ff. de noui ope. nuncia. Inn. & Ant. de But. in d. c. cæterum, & Ant. de Butr. in ca. ea transmissa, & in c. ex tenore de foro comp. Licet primo, dici
posset,

posset, causam hanc non esse feudalem, quia agitur ad pecuniam actione personali licet assistentia, & appretio sup feudis, & perinde non habet locum dispositio dicti c. cæterum, & c. verum, de iud. & c. ex transmissa de foro compet. attamẽ dato absq; ueri præiudicio, ꝙ sit feudalis, dicitur ꝙ cum in dicto regno feuda possint alienari absq; assensu regio, quia sunt effecta in alienabilia in quoscunq; extraneos, stante dispositione dicti c. uolentes, & tanto magis feuda de quibus agitur virtute inuestituræ, & supra dictum est, potuit merito S. consil. etiam pro dictis bonis existentibus in reg. Siciliæ, eius iurisdict. prorogari, etiam sine licentia domini, per dec. Bal. in terminis in l. 1. vers. & unum sciat, C. si à non comp.
134 iud. ubi dixit ꝙ † in feudo franco, quod potest irrequisito domino alienari, possunt pro libito uasalli prorogare iurisdictionem, etiam sine licentia domini & licet Aret. in d. c. cæterũ impugnet dec. Bal. attamen in casu præsenti, in quo feuda regni præfati sunt frãca, uirtute dicti c. maxime istã, super quibus agitur, quæ etiam sunt franca uirtute inuestituræ. eo respectu, quia possunt alienari sine assensu domini; verior est opinio Bald. ꝙ vasalli possunt iurisd. prorogare,
135 †etiam domino inuito, prout not. concludit Dec. in d. c. ceterum, in hoc casum cũ possit alienari inuito, domino, potest. iurisd. prorogari, opinio vero Aret. procedat in feudo frãco aliquo respectu, quod tamen irrequisito domino alienari non poterat. bene probat Dec. in d. c. cæterum fœdere distinctionis, sic concordans opinio. Item respondetur, & aliter, ꝙ in prorogando iurisd. per vasallos de aliquo ipsorum vasallorum interesse qui prorogationi consenserunt non tractet, argumento text. in l. 1 §. vsqueadeo, ff. de iniu. & in l. 3. §. siqs volentem, ff. de lib. homi. exhib. Sed solum tractetur de præiudicio ipsius domini feudi: eamq. ob causam ipso inuito prorogationem fieri posse prohibetur, cum Cæsar noster sit rex vtriusque regni, uidetur quod sua non intersit, vt magis cognoscat unus iudex quam alius, cum omnes ab ipso iurisd. recognoscant, & proinde cessante ratione, qua prohibetur fieri pro rogatio per vasallos inuito domino, quæ fuit ne domino fiat præiudicium, potuit merito iurisdictio sacri consil. prorogari, argum. text. in l. adigere, §. quamuis, ff. de

iure

136 iure patro. Quarto dicitur, quod etiam in causis in quibus
non tenet iudicium agitatum per vasallos coram alijs iudi-
cibus, quam coram domino feudi, bene valet, & tenet, quan
do datur scientia, & patientia domini feudi secundum Andr.
in c. imperialem, § praeterea, si inter duos. de proh. feu. alie. per
Fed. Abb. in d. c. caeterum, & Dec. ibidem, qui late prosequit,
respondet omnibus motiuis Aret. qui videbatur impugnare
d. Bal. ibi, sed in casu praesenti de dicta lite hinc mota plene
fuit scriptum nostro Caesari, ut constat ex literis suae maiestatis
directis huic sacro consil. pro expeditione causae in actis prae-
dictis, agitur &c. Quinimmo & plus ex eisdem literis ne-
dum fundatur scientia, & patientia suae maiestatis, sed expres-
sus consensus cum licentia suae maiestatis, cum in illis ex-
presse mandet sacro cons. vt ad expeditionem causae praefa-
tae quia citius posset procederet, attento etiam, quod dotalis est,
ex quo resultat, quod de validitate iudicij praefati ac sententiae
137 ferendae nulla posset oriri dubitatio: quia de consensu, & li
centia domini feudi potest fieri prorogatio, etiam in non iu-
dicem, ut concludit Abb. & communiter omnes in d. c. caete-
rum, & Ciuilistae in d. § & post operis. Quinto dicitur, quod ista
138 tempore motae litis erat vidua, & tractatur de recupe-
ratione dotium & iurium dotalium, quo casu dicitur causa
pia, ut in l. cum is, § si mulier, ff. de cond. ind. potuit de iure
adiri S. cons. etiam sine licentia domini feudi pro bonis exi-
stentibus in reg. Siciliae, nec cogebatur adire iudicem loci, &
domini feudi, per tex. in c. et parte, de foro comp. vbi tradit Abb.
& plene doc. in d. c. caeterum. Sexto non in c. matrimonij,
necnon & in instrumento ratificationis apposita est clausula,
quod possit ubicumque locorum conueniri, ut patet ibi, & possint conue
niri in quolibet foro, & iudice, & ubi reperiri contigerit, & ge
neraliter renunciauerunt omnibus, & singulis actionib. exce
ptionib. priuilegio fori &c. Quo vero ad legata duc. 2000.
cum interesse pro bonis feudalibus, circa quod dicit esse fundata in-
tentione actricis, tam in actione personali, quam in hypothecaria
contra haerede don. Artalis constat n. do legato ipso, constat do.
Antonium adiuisse haereditatem do. Artalis, & sic per aditione
se obligasse ad praestat. omnium legatorum, quia dicitur cum legatarijs ad con-
139 do quasi contrahere: vt in d. §. hres quoque; inst. de obl. quae ex

quasi cōtra nasci, & cū legatū fuerit, quātitatis, iā p eius cō-
secutionē cōpetebat, & cōpetit actio personalis, q etiam hy-
pothecaria, ut in l. ij. ff. in § . vnius, ff. de legat. 2. & in l. 2. post
principiū C. cōm. de leg. Bar. & cōiter doc. in l. 1. ff. de leg. ij.
& cū dōna Ant. hęs dn̄i Attalis fuerit in mora soluēdi de iu-
re ciuili, debentur etiam fructus, & vsuræ a die moræ, & hęc
non præcessit mora à tēpore contestationis litis: ut in l. 1. &
fi. C. de vsur. & fruct. leg. & ibi doc. & quia vsuræ hodie agen-
ta dispōne iuris ciuilis & canonici, & diuini nō debent, saltem in-
teresse, tā dāni emergentis, cū ex ipso fuit facta mora Marthio-
nissæ in soluendo dictum legatū, cepit pluries pecuniam fę-
nori, & feuda plura, & introitus feudales, uendidit ad maxi-
mā summā aliis fenori p̄his ceptura, nec uendituram si mora
in soluendo sibi facta non fuisset, & similiter debetur sibi in-
teresse lucri cessantis, quātū verisimiliter perceptura fuisset,
dando pecuniā ad honestū lucrū, iuxta tex. in c. per vestras,
de don. inter vir. & vx. vel ista cōuertendo in emptionē, vel
prædiorū, vel aliorū bonorū feu. & burgēsaticorū, & aliorū in-
troituū annorū, p decisiones supra allegatas, circa interesse
140 dotium, & quia p moram succedit obligatio ad interesse,
vt plene, hū in l. quę mihi, & in l. vinū ff. si cer. pet. & in pro
prijs terminis in mora commissa in solutione rei legatæ, cō-
suluit Mod. Aym. Crauetta cons. 89 nobilis Ant. Sed contra
præfata plura adducunt, & primo, q legatū prefatū nō fuit
petitum: secundo allegitur testamentum nullum, tum ex ca-
pite figuratæ falsitatis, tum ex capite defectus assensus, quæ
in aliquo non refragantur. Et respondetur legatum satis
fuisse petitum, dum fuit articulatum in articulo 70. co-
ram arbitris, & in compromisso petitum fuit legatum pfatū
& quòd acta coram eis probarent in iudic. ordinario. Item
dato, quòd non fuisset deductū in compromisso, ex quo post
articulos & probationes fuit facta publicatio, & produxit
attestationes, & pixa fuit diuersimode: so defendere, arti-
culauit ad impugnationem testamenti, exposuit quærelam
de falso, & capi fecit informationem, & hic articulo ille, su-
per quo pars defensiones fecit, habetur loco petitio. & ta-
tis sufficit iam, vt condemnatio sequi posset, cum in regno

nõ nocet:ut no.Bal.in l de quibus,de legi. & pariter falsitas,
144 †quæ non tangit negocium principale, non facit ꝙ testes reprobentur,ut not.Bal.in l.pen. circa fi.C.de transf. & ibi sequitur Sal.dicens, qđ ita in practica continue clamant aduocati,& tradit Alex.in conf.5.in causa inquisitionis 1.vol. & Dec.in cons.163.in causa matrimoniali,num.9.in 1.vol. Sufficit.n.testes deponere testatorẽ talẽ hæredem instituisse, vt dicunt Ant.de But. & alij in c.nihil obstat, de uerb. sign.
145 Et † nihilominus, quando essemus in dubio prout sumus in claro,pro ualiditate testamenti iudicandum est,vt in l.siue pars,ff.de inoff.test.& in c.fi.de re iu.& in l.in test.ff.de regul.iu.& publice interest,qđ testamenta locũ habeant,& sortiantur effectum,l.vel negare,ff.quemad.test.ape.l.Gallus,§. ꝙ si is.ubi no.Bal.3.nu.ff.de li.& post.Et hoc maxime in presenti casu,in quo testamentum fuit iam reassumptum, & testes subscripti , & eorum sigilla recognita, & omnes pariter deposuerunt testamentum fuisse scriptum, & stipulatum viua voce ipsorum,& sic quando præfatus dõ Raymundus, & don Franc.discordarent in facto principali, qđ est plus,ꝑut nõ discordant,adhuc non reprobaretur testamentum,nedũ per duos,sed nec etiam per tres,cum sit comprobatum nedũ
146 † per subscriptionem,& recognitionem aliorum testium, sed etiam per depositionẽ ipsorum viua uoce factam, vt est casus in c.cum à nobis de testi.& ibi declarat Abb. qui dicit fuisse de mente Hostiẽ.in quadam apostilla parua, & ꝙ iste intellectus ad illum text.nullũ habet scrupulum.Item,qua
147 fronte † nunc impugnatur cum semel approbatum fuerit per donnam Ant.dũ declarauit se hæredem ex testamento, vt patet in processu , & sic approbauit testamentum, nec de alio testamento intelligi potest,postquam de alio non apparet,vulg.l.fundus,qui locatus,ff. de fundo instru. & in l.2.ff. de libe.& posth.ergo qua via licuit donnæ Ant.& eius hæredibus.testamentum impugnare,quod prius iam approbauerat.& virtute eius,egit vsq; ad finẽ,in hoc dubio recouenĩedo ut haberes don Artalis ex testamento ipsam Marchionissam? & minime obstat,ꝙ dicebatur de defectu assensus, quia aut loquimur respectu actionis personalis,& quia legatum erat in pecunia,non erat prout non est necessarius assensus,

ſenſus, quia in actione perſonali condemnatur perſona, vt
in d.l.actionum,§.in perſonam,ff.de actio.& oblig.& quate-
nus in defectum allodialium in actione perſonali veniret
facienda executio in bonis feudalibus, reſpectu bonorum
feudalium exiſtentium in hoc regno,poſſet & deberet fieri
executio pro conſecutione dicti legati, licet conſiſtat in quã
titate, ſaltem in fructibus feudorum, quia feuda ſunt hære-
ditaria,& hæres tenetur habere ratum factũ defuncti l.cum
46 a † matre,C.de rei vend.& licet propter defectum aſſenſus
in regno non poſſit fieri executio in proprietate,in fructib.
tamen,qui ſunt hæredis,& non dicuntur feudales, executio
fieri poteſt in actione perſonali in hoc caſu,in quo non ſunt
alia bona,niſi feudalia,vt tenet And.in c.ſancimus,quo tem
pore miles,& in c.2.in prin.de duo.fratri.de nouo benef.in-
ueſt.in c.1.verſic. & plauſtrorum. quę ſint regali. & idem ex-
præſſe tenet idem Andr.in c.in princ.de alim.feu.patern. &
expræſſius in c.imperialem,de proh.feud.ali.per Feder.& te-
net Spec.in tit.de exec.ſent.§.ſequitur, verſ.quid ſi habet tã-
tum.ubi dixit,ꝙ ſuper commoditatibus bonorum feudaliũ
poteſt fieri condemnatio,& executio contra hæredem,quam
uis ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarij, & idem te-
net Spe.in tit.de 1.2.dicere.§.reſtat.verſic. quid ſi reus in ꝑ-
ſonali actione,& idem tenuit Bart.in l.ſi finita, §.ſi de vecti-
galib. de dam.infecto.Ang.in l.eorum,eod.titul. Bart.& Sa-
lyc.in authen.ei;qui.C.de bon. auct.iud. poſſi.Alexand.in l.
commodis,ff.de re iud.& ſequitur Loffr.in ſuo conſil.46.vi
ſis verbis legati. in 2.dubio.qui per 6.aut 7.colum.ad partes
diſputat,& tandem pro iſta parte concludit, reſpondendo
allegatis pro parte negatiua. Reſpectu vero bonorum feu-
dalium exiſtentium extra regnum hoc & in executione fa-
cienda ſuper proprietate feudorum in actione perſonali,nõ
eſt dubium, quia bona illa, & Comitatus tum virtute capi-
tuli:volentes,tum ex virtute priuilegij inueſtituræ illius co
mitatus feudorum,fuerunt & ſunt redacta ad inſtar allodia-
lium,& potuerunt,& poſſunt alienari nullo regio requiſito
aſſenſu,& proinde ſicut in allodialibus in actione perſonali
potuiſſet,& poſſet fieri executio, ita & pariter in illis feudis
149 ad inſtar illorum. In actione † vero hypothecaria, quæ

ſimi-

similiter competit ex dicto legato, vt in l. filiusfamilias. §. varijs, ff. de legatis. secundo, & in dicta. l. secunda. post principium C. communia. de legibus. similiter res est expedita, quia respectu bonorum feudalium existentium in hoc regno, ex quo deficit assensus, potest, & debet fieri condemnatio, & pariter executio in fructibus feudal. quæ iam sunt hæreditaria, per præallegata, respectu vero comitatus Colisani, & bonorum feudalium regn. Siciliæ, potest, & debet fieri condemnatio, & executio in proprietate, nedum in fructibus, vt supra ostensum est. Ex quibus liquet iustificata esse petita per illustriss. Marchionissam tam respectu dotis duc. 2185 1.1.11. quam respectu ducat. 33000. perceptorum ex fructibus eius status ab anno 1524. quo fuerunt contracta sponsalia, vsque & per totum annum 1535. quo obijt don Artalis, qui tam virtute capitulorum, & etiam ex iuris dispositione in dotem computari debebant, quam etiam respectu antefati ducat. 2185 1. 1.11. quàm etiam respectu alterius antefati ducat. 11000. concernentis secundam dotem ducat. 33000. ex dictis fructibus status, quàm successiue interusurij vsusfruct. & interesse dictarum dotium, & antefati annorum decem, à morte don Artalis & à tempore litis motæ ad rationem 10. pro centenario, quàm vltimo respectu aliorum ducat. 2003. legatorum pro bonis seruitijs, vna cum interesse ad eandem rationem à tempore moræ, sublatis prorsus exceptionibus omnibus ex aduerso oppositis, & nulla habita ratione reconuentionis ex aduerso factæ, & proinde condemnati ad expensas litis, & quia pariter actum fuit contra Comi ill.mn, quæ tam in capitulis, quàm in instrumento ratificationis, vltra promissionem suam, baliatico nomine, se proprio etiam nomine obligauit, cum qua similiter acta omnia sunt consummata: iccirco debet etiam contra ipsam pronunciari, prout ita excellentissimi domini iudicantes adimplebunt, & ita pro maiori parte præmissorum cõcludit insignis, ac facundissimus doct. magn. Fran. Albertinis; qui copiosissima multa pro præfata domina Marchionissa adduxit, quæ hic transcribere omissa sunt, breuitati quo ad possibi-

le,inhærendo.Pro parte autem præfatę donnæ Anto. & successiue eius hæredum,dicebatur principaliter,nullam habēdam esse rōnem de capitulis matrimonij gestis cum ptensa
150 tuttice,& balia, † cum de iure bona pupilli minime obligari potuerint,vt per totum ti.de reb.eo.C. & iō ex causa dictorum capitulorum actio minime competere pōt,& maxime quo ad fructus perceptos per Comitissam Colisani,cum illos vt procuratrix perceperit parte illust.Marchionissæ padulæ,& inconueniens vr̄ illos voluisse cōuertere in causam dotis ipsius pupilli Quo vero ad ratificationem don Artalis dū impugnata fuerit sub colore,ꝙ per vim,& metum emanauerit,vt liquet ex tenore libelli seu supplicationis oblatę & contra proprium iurm,cum nihil de prætensis vi & metu
151 † docuerit non potuerit de ratificationę pręfata se iuuare per regulam,ex eo non debet quis,de reg.iur.in 6.& tex. in c.cum olim,extra de censi.vbi Inn.Anch.& Bal.in l. post legatum de his,quibus vt in l.qui ēt dicunt,ꝙ quando aliquis impugnat instrumentum,ex cā dependente ex mera volun-
152 tate,dicendo ipsum † instrm dolose,meticulose, vel fictitie factum non poterit se ex illo iuuare,per tex.& ibi Bal.in l.ij.C,de fur.iō inoleuit cautela,vt ante conclusionem cāæ expresse renunciet impugnationi,& intantum hoc est verum,
153 † ꝙ ēt si iudex velit impugnare instrm,ex eo se iuuare nō posset,secundum Inn.Abb.& Zab.& cōiter doc. in d. c. cum
154 olim,& Bar.in d.l.post legatum, & hoc † ēt procedere apparet,si pars vellet ꝑ parte impugnare, & pro parte acceptare,& vti:quia pp vnionem fidei,& auctor.instri,quæ surgūt, & causant à tabellione,vt in c.1.extra de fide instr non pōt pars ipsa impugnare vnam partem,& alia vti, p Zab.in d.ca. cum olim,cum concord.Item cum Marchionissa donauerit don.Artali.vt in instro capitulorum,& don Artalis ratificauit,si Marchionissą impugnat donationem in illis factā, & sic frangit fidem,licebit,& mihi frangere,per l.cum proponas,C.de transf.& sic dicere , ꝙ non vult stare dictæ ratificationi.Item,& tertio tex.in l.si quis maior, C. de transf. dum cauit,ꝙ quis iudicem interpellando vel supplicando principi,vel non adimplendo,quæ promisit.notatur infamia , priuatur actione,& incidit in pœnas in instrumento appositas:
& rerum

& rerum proprietate careat:& emolumento, quod fuerit cõ secutus,& obseruanti omnia commoda,& remaneant, vnde cum illustr.March.directo contrauenerit contractui iurato, obijciendo de meticulosa donatione, oblato principi libello,præsentando articulos,& probationes producendo,priuata apparet omni actione,& commodo ipsius cõtractus ratifi
155 cationis.Nec valet responsio † quod dicta regula procedat, quando essent capitula connexa,vt per scrib.in d.regula, ex eo.& in d.l.cum proponas,vbi Alex.allegat multa, & Felyn. in c.peruenit.ver 1.est casus de iureiu.& Dec.consi. 226.viso instrumento,sed in casu præsenti sunt capitula prorsus separata,& non connexa,ergo &c.Sed pace partis Marchionissæ
156 capitula † ipsa sunt connexa,quæ tunc ita dicuntur, cum reflectuntur adinuicem,vt quia promitto Stichum:quia pro eo promittis mihi librum.Ita dicit Abb.post Ant.de Butr.in c.3.de iureiu.Alex.qui concordantes allegat,in præfata,l. cũ proponas,& dicuntur respectiua rõne vicinitatis,& coniuncta in vna obligatione,vt dic.Card.in c.peruenit.in vlt.vers. Soc.consi.273.vers.confirmatur.lib.2.vol.Dec.in c.constitu-
157 tus,vers.facit regula.de appell. & pacta † apposita in vno instrumento,dicuntur annexa,& respectiua solum ex hoc, quia in vno instrumento,Cor.cons.288.pars dicti in prin.in 4.vol.& in consi.319.in litera r,vol.3.& consi.303. videtur,
158 vers.sed ex quo.eodem vol.3.Quinimo † si essent duo instrumenta facta eodem die inter easdem personas, & coram eisdem testibus,videntur facta correspectiue vnum ad aliud Ita dicit Corn.in d.consil.283.& plene Ias.in l. lecta. ver.2.
159 pondero,ff.si cer.pet.& Bal.in d.l.petens, & pacta in † vno instrumento apposita,videntur esse correspectiue unum ad aliud,& proprie ad casum nostrum,me remitto, ad Deci.in consi.265.in instrumento.vers.an ex quęstio. vbi allegat l. contractus,vbi Bar.de fide instr.& Bal.in d.l.petens, Corn.in consi.36.vol.2.Soc.in consi.273.& magis in specie in casu præsenti Dec.consi.245.in causa,vers.quando,vol.2.& aliud consilium,in quo non deficiunt nisi nomina istarum partiũ quod est Bruni,consi.48.in causa,& lite.Ex quibus dictis per præfatos consulentes clarissime infertur, imò concluditur illustr.Marchionissam minime vti posse ratificationes præ-

 fata.

fata. Nec obstat quæsitus diceretur, quòd etiam præfata excellens donna Antonia impugnauit ratificationem præfatam, cum dixerit don Artalem ipsam fecisse ob metum maternum ac etiam ob suam infirmitatem, & simplicitatem, quia
160 † respondetur, quod præfatæ don Antoniæ licuit dictæ ratificationi contrauenire, ex eo quòd primo loco contrauenit illustris. Marchionissa agendo, & hoc fuit oppositum de periurio, & quòd ceciderat a commodo contractus ante litis contestationem, & ideo ipsa actrix non poterat obtinere. Ita Alex. consi. 3 2. opportuna. in si. vol. 2. imo reus potest agere ad pœnas, d.l. si quis maior, licet postea contrauenerit. Ita Bar. in l. j. §. cum varietas. ff. si quadr. pau. feci. dic. l. cum pater, §. libertas, ff. de leg. 2. Alex. in l. semel mora, ff. solut. matr. & in consi. 1 1 5. vol. 4. & in l. cum proponas, la 2. C. de transact. & ita in specie respondet Bru. in cons. præfato 48. & quatenus velit se fundare in testamento, debuit agere vigore ipsius testamenti, & nō capitulorum, & ratificationis, & quatenus vigore testamenti, in quadam supplicatione, egit solum actione gypothecaria super feudis, quæ non militat, non autem egit actione personali, & vigore testamenti obtinere non posset, quia nullum inualidum, & suppositum, & etiam quia illa asserta reuocatio donationis, non est illius donationis, de qua in asserto instrumento ratificationis. Tum etiam, quia pars non acceptauit testamentum, dum egit ad omnes fructus, & non egit ad ducat. duodecim. milia test se quantus vt dixi, illa est alia donatio. Nec etiam poiuuare prætenso testamento in præmissis, stante eius nullitate, & inualiditate, tum etiam quia ipse don Artalis fuit eodem errore ductos, credens se debitorem in d. quantitate duc. 2 1 8 5 1. & in antefato, & ignorantia sua iam præsumitur ex præmissis, & qui errat, nihil disponit, vt dictum est. Circa testamentum minime eo se iuuare potest: quia quando testamentum esset verum, cum id in facto clarum sit, quod est falsum, & de iure subsisteret, don Artalis legat dotes, & iura dotalia, secundum forma cautelarum, & sic videtur approbare cautelas, nam huic respondetur, quòd solum voluit approbare cautelas & ratificare, nihil tamen de nouo voluit disponere, sed ius quod in eis erat, conseruare, & eatenus legauit

gauit. Si ergo dotes & iura dotalia non deberentur, legatum etiam non deberetur, & esset nullum: & successiue, dicta ratificatio seu confirmatio nulla esset, capitu. quia diuersitatem. de concessio. præbend. capitu. penult. de confirm. vtil. vel inutil. Petr. de Anchar. in consilio 282. visis diligen-
161 ter, & † quamuis dicatur, quòd confirmatio operatur supplementum defectus existentis in confirmato, iuxta text. in capitu. quoniam. de pact. id procedit, dum disponens intenderet aliquid supplere, & de nouo disponere vltra confirmatum sed vbi principaliter primæ dispositioni inniteretur, nec vteretur verbis nouum ius inferentibus: vt in casu præ-
162 senti, si prima † concessio & dispositio est nulla, confirmatio nihil operatur, secundum Innocen. Ioan. Andr. & Cardin. & Anton. de Butr. in cap. inter dilectos. de fide instrum. Andr. & Moder. ad hoc, in cap. 1 per quos fiat inuestitura. Dico etiam, quòd nulla est habenda ratio de his, quæ per partem prætenduntur, mediantibus assertis capitulis, & instrumento ratificationis, videlicet, quod teneretur ad se obligandum pro dictis duc. 21851. & constituendum antefatum pro dicta summa: nec etiam pro fructibus perceptis ab ann. 1524. vsque ad consummationem matrimonij, nec ad constitutionem antefati apparet, nam in capitulis cautum est sub his verbis: Al tempo contratto ditto matrimonio, ò dado, ad ogni requesta & volontà del detto Marchese di Piscara, & Marchesa de la Padula confessare hauere riceuuti ditti ducat. 2185 nexacti vt supra, con laltra summa de dinari che se exigera vt supra, infino che consumarà ditto matrimonio & cautelare & fare cauta. Et deinde magis infra procedit, constituere antefatum, sunt ponderanda illa verba, al tempo sarrà contratto detto matrimonio, o dapo ad ogni requesta, quod requirebatur interpellatio, & quamuis aliquid dicerent contrarium, per id, quod dicit Bartol. in l. cum stipulatus simil. versicul. vltimo, vnum. ff. de verborum obliga-
163 tion. vbi concludit † quod si promitto dare tibi centum vsque ad Pascha. & deinde in antea ad tui petitionem, adueniente die Paschatis sum in mora, quia quando dicit, & deinde in antea ad tuã petitionem verũ est in prorogatio-
164 ne termini, q͂a põt prorogare, q͂ vult, tñ † dies interpellat pro

 homine,

homine,p illum tex.quem ibi ipse ponderat.& ibi Alex. qui dicit,q̃ dicat Paschatis interpellat,ac similia verba, quæ nõ fuissent posita,& Imo.ibi ante eum,in prin.ver. Item attende.Idem Alex.in l.quo tres.versi.Item fallit,ff.de verb. obli. cum concord.ibi per Ias.in l.vinum.ver.10. & istud procedit,ff.si cer.pet.& idem Ias.in l.si ex legati causa.ver.2.no.ff.
165 .de ver.obl.nam præfatis respondetur † per regulam, q̃ qs non potest vno & eodem tpe se obligare, & in mora constitui,l.quod dicimus,& l.ratum,ff.de solutio.& ideo Bar. scribentes,in l.quoties in diem,ff.de verb.obl.dicebant, q̃ euentus conditionis non constituit in mora,cum minime possit eodem tpe,quo venit conditio,se obligare, & in mora constitui,plenè Ias.in l.si ex legati causa.ver.in eadem gl. ad finem,de verb,obl.in casu,de quo agitur, don Artalis non poterat obligari à balia in præfatis capitulis:Vnde obligatio apparet causata à tpe factæ ratificationis in an. 1531. in qua apparet, quòd matrimonium primo loco factum fuit: & deinde subsecuta ratificatio:& sic obligatio fuit nata tempore confecti matrimonij, ergo non potuit eodem tempore fuisse in mora,dum dicitur facto sarrà il matrimonio.& sic resoluta erit illa promissio,dum dicitur:facta sarrà il matrimonio remanet solum illud,ad ogni sua requesta & volun-
166 tà.& non potest † dici in mora, quando constituitur per interpellationem,nisi facta interpellatione quia non potuit diuinare,quando creditor vellet ipsum interpellare,l. si quis domum.ff.loc.& ponit Ias.in d.l.si ex legati causa. ver.eadé gl.ad fi.& eo non existente in mora non potest tractari,si an tefatum habetur pro constituto, & si instrumentum dotale promissum fieri ratione more,habeatur pro facto. Item est
167 aduertendum ad illa verba, † videlicet ad ogni sua requesta,cum referantur ad omnia præcedentia,d. l.j. vbi Bartol. ff.de leg.1.& hoc modo arguit.Ang.& in simili casu. consil. 28.testator reliquit.ver.& primo præmitto.Anch. consil.68. subtiliter & ad plenum vbi allegat.d.l.j.de lib. & posth. Ro. in consi.408.in casu propositæ consultationis, secundo dubio.Aret.consi.115.viso puncto in prin.Alex.consi.213.visis & optimè dign.in prin.2.vol.quod est repetitum in cõs. 48. vol.1.cum alijs concor.per Dec.consi.539.in princ. & tanto
plus

plus erat expectanda interpellatio, quia non erat solum in potestate debitoris adimplere promissa; nam respectu duc. 218 51. quam etiam de alijs, cum debeat stari cautelæ patris præsentatæ, argumento eorum, quæ dicuntur in l. item illa, ff. de const. pec. Item est insuper considerandum ēt, circa præfata, videlicet capitulationem & ratificationem capitulorū in ann. 1521. dicta capitulatio, & asserta ratificatio in aliquo non obsunt pupillo præfato, & sic don Artalis: quia ibi Comitissa tempore capitulorum: voluit vt fructus percepti per ipsam, vt procuratricem illust. dominę Marchion. ab anno 1522. Maij, quo fuit mortuus excellēs Comes, per an. 1523 tempore ratificationis don Artalis credentis se teneri ad fructus perceptos per dictam Comitissam, ignorando ipsam illos percepisse nomine Marchionissæ: fuit. n. notoriè læsus in d. summa, & etiam in promissione de constituendo antefatum pro summa præfata: quo casu videtur dicendum, quòd
168 † obligatio eatenus teneat, quæsitus verè debitor appareat text. est in l. hactenus, §. j. ff. de const. pec. & ibi no. Bartol. & scrib. imò si scienter se obligasset ad id, quod nullo modo debetur, nō tenet obligatio nisi pro vero debito, secus si à pri. debitum erat, & ope exceptionis tollitur obstaculum, & remanet obligatio prima, l. iij. §. j. vbi gl. ff. de const. pec. & idē tex. in l. fi. ff. eo. vbi si quis constituit se soluturum, ꝙ alius verè debet, & promittat, & se obliget tanquā ipse debeat, non tenet obligatio. Facit tex. in d. l. j. in fi. vbi si pater constituit se debitorem ꝓ debito filij vltra peculium, non tenet; vnde cum constituat se debitorem ꝓ exactione facta ꝑ matrē, ad quam pupillus ipse non tenetur, ꝓmissio ipsa & obligatio nō tenet, & tanto plus, qa ipsa Comitissa vr̄ auctorari, ꝙ pupillus se obliget ad debitum ipsiusmet baliæ, quod vr̄ non esse iuri consonum, l. j. & l. pupil. & l. post, & l. si de auth. præstan. vnde don Art. cogitans forte Comitissam exegisse suo nomine, ab ann. 1522. vsque ad ann. 1523. & ratificatio ita credebat dū exprimebatur, ꝙ tenebatur ad sum. duc. 218 51. ꝙ peruenerunt in posse Comitis & Comitissæ Colisani, de
169 iu. obl. non tenet: errans † . n. non consentit, & error nedum vitiat constitutum & obligationem per supra dicta, sed etiam ratificationem, vt est text. in l. mater tua. vbi gloss. C.

de rei.vend.Bar.& Mod.in l.cum te,ff.de pactis.& tanto plus fuit læsio pupilli & minoris, quia debebat consequi alimenta pręstita p ipsum Comitem pfatæ March.ēt ꝗ non fuissent taxata.l.sumptus.C.de admi.tu.l.2.C.de alim.pup.præst.debebat etiam consequi expensas litium factas ꝑ bonis & statu Marchionissæ l.j.§.si pupil.& ibi Bar.ff.de tut.& rō.distra.Si.n.ista fuisse deducta iuxta,l.fi.de alim.præstan.aut in nihilū remansisset debitor aut vt pupillus & minor non fuisset grauatus de antefato, quia si sciuisset deducenda, esse deducenda ad quantitatem pfatam, non constituisset antefatū in eo ad quod non tenebatur: quia eatenus teneretur constituere antefatum, quatenus credebat se non esse creditorē in aliqua quantitate in dictis quātitatib.& ad hoc bene facit tex. in l.ꝗ si maritus,§.si quis aūt.de const.pec.vbi constitutus de
170 bitor, aduersus quod opponi poterat † de compensatione non tenet ꝓmissio.Vnde cum pro alimentis potuerit fieri imputatio.l.pē,§.pręterea.de contr.iud.tute. pro eorum rata dicta promissio.non tenet.& sic infertur, quòd nec antefatū, nec pro illa rata dotium, non verè soluta teneretur, per text. in §.pen.in authen.de non eligen.secundo nuben. & transumptiuè, in authen.mulier, quæ nihil, C. de pact. conuen.
171 vbi † probatur, quòd antefatum, seu donatio propter nuptias non debetur, nisi pro rata dotium solutarum verè & absque deceptione, cum iura deceptis, & non decipientibus subueniant, vt voluit Cyn.per dicta iura in l.quod in vxorem, C.de negoc.gest.& si fortè ab ann.1521.vsque ad ann.1531. fructus fuissent percepti per d. Comitissam, tamen licet alijs
172 dicatur, † quòd tutor faciens actum, intelligitur tutorio nomine facere in rebus ad pupillum spectantibus.l post mortem, §.1.ff.quando ex facto tut.nihilominus si tutor declarat actum facere proprio nomine, vel alterius, pupillum non obligat.Bar.& alij in l.post mortem, §. 1. ff. quando ex fac.tut.Bar.in l.qui aliena.§.pe.ff.de acq.hæ.in casu vero nostro non solum Comitissa declarauit, quòd erat procuratrix, & percipiebat fructus, imò fortius March.in scriptis declarauit, quòd Comitissa erat procuratrix: imò veritatem agnoscens in multis articulis, in causa posuit & probauit, quòd illustriss. Comitissa Colisani percepit fructus, vt procuratrix

ipsius Marchionissæ, & plus vocauit ipsam Comitissam in eodem iudicio, vt solueret fructus præfatos seu assignaret. Et pariter non potest illustr. March. se iuuare de fructibus fatis, quòd illos in instrumento ratificationis donauit don Artali, & don Art. etiam nõ ratificauit capitulationem, quo ad dictos fructus perceptos ab ann. 1524. vsque ad annnm 1531. nam requirebatur ratificatio dotis perceptæ ad hoc, vt postea fuisset obligatus ad destituendum, l. si cum dotem, §. transgred. ff. solu. mat. ita quod si esset ratificata in omnibus capitulatio. Vnde non est probata ratificatio respectu perceptionis fructum, per tex. in d. §. transgrediamur. ubi not. Bar. imò donationem acceptauit. Et similiter de fructibus perceptis in ann. 1531. vsque ad ann. 1535. non esse tractandum: quia omnes illos consumpsit ipsa illustris. March. & omnes peruenerunt in eius posse, maxime, quia in capitulis continebatur, vsq; ad tempus cõsummationis matrimonij, voluerunt intelligere, vsq; ad tempus, quo potuit consummari, &
173 sic vsque ad ann. 1531. & tunc temporis bona illa†erãt paraphernalia: quæ etiam si vir consumpsisset, & essent industriales, maritus nec eius haberes teneretur restituere, qa cõsumptiones eos lucrifacit, l. de his, C. de don. inter vir. & vxo. nec ambigendum est de consumptione, quia iam apparet probatum Marchionissam consumpsisse: imò etiam suf-
174 ficit sibi dicere†illoe fuisse consumptos, vt di. Bar. in l. Fal. imò etiam si fuissent naturales, requiritur ꝙ maritus sit effectus locupletior, qa alias maritus nec eius haberes tenere tur, l. stipulata, §. 1. de don. inter vi. & vxor. & Affl. in dec. 44. sed hic nec vir, percepit, imò per Marchionissam, fuerunt consumpti omnes fructus, etiam status ipsius don Art. taliter, quod non solum fuit effectus locupletior, sed pauperior, sed apparet March. cõsũpsisse nedum suos introitus ascendentes ad duc. 250. an. sed etiam omnes introitus præfati q. eius viri, plus, quam duc. 12000. annorum, in vestibus, auro, & arg. ac gemmis redimitis, ac ornatissimis, ac etiam in maxima copia seruitorum, & in multis, & quampluribus donatiuis, & prodigalitatibus cum reuerentia: ex quibus rectè intuenti apparebit ipsa debitrix præfato don Artali & eius hæredibus ad summa duc. 5000. & longe plus per eam

con-

175 consumptis, de fructibus & bonis don Art. & sic † nō potest nec debet assistentia petita præstari, ex quo in ratificatione
176 capitulorum nō apparet † cōstitutum nec præcarium, neq; potest præsumi appositū ex consuetudine notarij, ut p Alex. in cons. 28. viso & præhabito. Dec. in cons. 247. in vers. præterea, & consil. 449. vers. 6. debens. & iam est probatum non consueuisse apponi de stylo notariorū in partib. Siciliæ, & licet in capitulis insertis in instrumento ratificationis, fiat ratificatio ipsorum capitulorum, cum omnib. qualitatib. suis, tamen debebat fieri specialib. & particularis mentio, cum sit clausula non arg. tex. in l. item apud Labeonē, §. hoc edictū, ff. de iureiu. Pro quo faciunt no. per Bar. cōs. 368. si quā fuit factum compromissum in antiquis. Idem Bal. in l. penul. §.
177 vxor. ff. sol. matr. & † maxime, cū. fiat mētio de capitulis in instrumento, etiam q; sit insertus tenor, deberent exhiberi: cum agatur ex ipsa ratificatione, per dicta Franc. de Aret. in l. moribus. de vul. & pup. Old. cons. 144. & habetur in auth. si quis in aliquo, C. de eden. & tanto magis, cū in asserta ratificatione dicitur, capitula erant subscripta manu partium, quod non est. Item, pars aduersa non habet instrm dotale, nec antefatum cōstitutum, nec obligationem in casu restitutionis dotium, nec lucrifactionis antefati. nec super istis habemus assensum: imò nec c. Neap. concessum circa assensum dotis opitulatur: cum loquatur de contractibus initis in ciuitate Neapoli, & non debet extendi ad contractus alibi gestos, cū
178 † locus contractus, in quo geritur, quo ad obseruātiā solēnitatum ipsius actus attenditur, & non alius: vt di. Bar. in l. cunctos populos, C. de sum. tri. & fi. cath. in l. 2. in fi. C quem adm. test. aperi. Io. de lign. in tract. sent. excom. versic. consequenter quæritur, nunquid superior, & tanto plus, cum pertineat ad confirmationem & validitatem, & decisionem cōtractus, secūdum Bar. in l. si fundum per illum tex. ff. de euictio. & plenius in d. l. cunctos populos. & ideo nō potest hoc capitulum extendi extra territorium ipsius capituli. s. huius regni: cum loquatur de contractibus gestis Neap. per Bar. &
179 doct. in l. fiu. ff. de iur. om. iud. & † in l. omnes populi, ff. de populi., ff. de iust. & iu. & habetur in l. 1. C. de summa tri. & fid. cath. quod habet locum, etiam si cotrahentes essent subditi

diu ipsis statuentibus: ut per Bart. in d.l.cunctos populos. in 3.q.Sal.& Bal.in l.2.de eun.Anch. in c.postulasti.de fo.cō pet.Abb.in c.1.extra de raptu virg.Soc.in cōs. 302. in fin.2.
180 vol.vbi in specie loquitur de contractu dotis,† quod statutum loquens de tali contractu dotali,quamuis generaliter loquatur,non propterea extenditur ad contractum factum extra territorum loci statuti, quod dicit procedere, etiam si effectus actus seu contractus facti erat territorium consummaretur in loco seu territorio statuti, ut ibidem per ipsum in versic.confirmatur.Item bona prętensa obligata sunt in territorio statuti postquā statutum & obligationes & contractus respicit factos in territorio.Ita uidetur sentire Bal.in i.
181 fi.ff.de iur.om.iud.Anch.in repet.c.1.†de const. q. 22. faciunt no.per Abb.& Io. de Lign.in c.1.de rato.& Bal.in l.1, de contrah.empt. vbi quamuis in alio loco bona sint sita, inspicitur tamen locus contractus,& non ubi posita sunt ad bona pro statuto,& maxime cum verba ipsius statuti & capituli sint stricte intelligenda, l. quidquid astringendæ, ff. de verb.obl. loquitur etiā illud in beneficium Neap.nec patitur extensionem ad exteros. & qualitas quod sit pars aduersa Neapolitana,est probanda,ut per Bar.in l.edita, C.de eden.& in l.si quis non dictam rapere,C.de episc.& cle. & per scribentes in c. vnico.de hom.in 6. & ipsa illustr. Marchionissa est orta in ciuitate Auellini,vt constat ex tenore dispensationis matrimonij in actis productæ per eandem. Nec poterit hoc cap. operari in bonis existentibus in partibus, regni Siciliæ
182 ultra,quia statutum † non extenditur extra territorium,vt dictum est,&,est text.in l.quia certa forma,ff.de iure fisci, & in l.constitutio,ff.ad muni. imò potius subijciuntur statuto in partibus Sicil.quam Neap. l. de pup. ff.de tut.& cur.datis ab his per Bar.in l cunctos populos,10.q.7 q. princip.cir.fi. & de iure nulli dubium, quòd requiritur assensus,c. Imperialem.de prohi.feu.alien.per Fed.& in instrumento ratificationis parte demostrant, quod requiratur assensus, & ideo non existente assensu remedium non opitulatur super bonis feudalibus & clarius loquendo fuit intentatum remedium assistentiæ iuxta formam Regiæ pragm. R. Ferd.Imp. I.quod non se extendit in bonis existentibus extra territorium, vt dictum

dictum est,& siue loquantur de bonis existētibus in regno, seu extra regnum, & etiem quod antefatum esset constitutum: vel pro constituto haberet: attamen in eo non est præstitus assēsus: quia capitulum Regis catholici, de quo supra, non loquitur nisi de dote, & capitulum de antefato, concessum per Cæs. Maiestatem fuit obtentum in anno 539. & dō Artalis decessit in ann. 1536. & ideo dum casus restituendæ dotis siue antefati peruenerat nouam legem, tunc inspiciēda est vetus lex, secundum quam prohibetur obligatio bon. feud. pro antefato, & sine assensu, & hoc optime fundatur ex tex. in auth. constitutio, quæ ex ascriptitio. & libertos natos liberos esse vult, in princ. vbi disponit lex illa noua habere tantum locum in natis post legem nouam, vel in nuptijs cō tractis ante legem nouam, durantibus tamen tempore le. nouæ, ex quibus filijs nascantur post l. nouam, idq; ea ratione, ne tertio præiudicium generetur. Per quem tex. consuluit Bal. & Rosel. de Aret. inter consilia Bal. 92. 93. 94. & 95.
183 in 4. vol. q† dispositio statuti noui super restitutione dotis, non extenditur ad matrimonium iam solutum, & ad dotes veteres & ad casum, quo mortui sunt filij ante nouum statutum. De præiudicio autem tertij clarum est quia decedente don Artali, feuda fuerunt effecta don Ant. & nunquam fuit de stylo Regiæ cancellariæ velle tertio præiudicare in assen
184 sibus, quia† clarissimi iuris est, assensum non posse præstari post mortem. And. in c. Imp. de prohi. feu. alien. in prin. & ibi late per Aff. & hoc per rationem quia quod fecit defunctus. inualidum fuit & nullum & spes quæ erat, ꝙ conualesceret per cōfirmationem, euanuit per eius mortem, confirmatione non secuta, dominio translato in hæredem. Ita Andr. ibi vbi clarius Affl. in 28. q. & sic non præsumit in præiudicium hæredis non consentientis, vt per And. & Aluaro. & communiter scribentes in d. Imp. & per Doc. in c. 1. §. donare qualiter. feu. alie. pote. etiam si esset constitutum antefatum, quod in rei veritate non fuit constitutum, c. non opitularetur post
185 mortem, maxime, † quia fuit obtentum lit. pen. vnde non patitur extensionem, per text. in cap. fin. vbi Doct. post gloss. de constit. & l. leg. C. de leg. ubi etiam Doct. & id quod dicit text. in l. si ego, §. 1. ff de iu. do. procedit in dote, & eius fauo-

re, non

186 re, nō ante in donationibus pp nuptias, † & dispositio in dote non habet in omnibus locum in antefato, per tex. cum gl. Pan. in c. ex literis. de pig. & quamuis capitulum dicat super contractibus factis & faciendis, non debet intelligi de gestis præmortuo viro & assensu non obtento, & licet obijciatur de dec. Io. And in rub de solutio. & obl. dū dicit, quòd
187 † si promisisti te obligaturum in 10. erga me: ego potero agere ad illam 10. contra te, antequam te obligaueris. & sequitur Alexan. in l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens, ff. si cert. pet. & ibi Ias. versic. per quæ iura. & Ias. in l. dominus, qui testamento. ff. de cond. ind. & ideo cum fuerit promissum debere confici instrumentum dotale, & cōstitui antefatum, debet haberi, ac si esset factum: & sic assēnsum extēdi debere: nam huic facilis est responsio, quia Iac. in d. §. seruum tuum. dicit tenere hoc dictum pro dubitabili: per regulam, l. in bonæ fi. §. fin. ff. de eo, quod cert. loco. quia aliud est
188 † vendere, & aliud promittere de vendendo: & ideo in simili aliud est promittere 10. & aliud est promittere se obligaturum ad 10. & ibi Decis. etiam dicit, quòd illa decis. fuit semper visa dubitabilis: & tenet contrarium per multa. idē contra Ioan. Andr. tenet Galiaula. in repet. rubr. de verb. obl. nu. 62. 63. & Card. Rui. & Alc. in repet. l. 1. num. 15. 16. 17. ff. de verb. oblig. & plenè Butrice. in repet. §. Cato. num. 42. in l. 4. ff. de verb. oblig. Si ergo est dubitabilis in actione personali, quanto plus in reali: & super re feudali. Secundo potest responderi, ut Galiau. dicit, vbi supra nu. 63. illa q. an sit idē promittere de donando, qđ donare, vel vendendo, qđ vendere. & cum hac responsione & alijs subsequentibus respondetur regulæ, §. seruum tuum. ꝙ circuitus inutilis est euitandus, l. pater. cum simi. C. commu. de leg. d. §. seruum tuum, l. cum fundus, ff. si cert. pet. sed vbi quis promisit se obligare ad centum, licet contra eum tanquam obligatum non possit agi: tamen ex promissione de obligando, quā tenetur ad interesse tenetur ad centum, cū onus stipulationis interesse non possit: & sic nihil refert, an sit obligatus ad promittendum, vel censeatur promisisse. subdit Galiau. quod in casu nostro interest, quòd potius sit pactum de donando quā donatio, & ꝓmissio de vēdēdo q̄ vēditio: ꝓcipue pp ortū actionis

nis propter translationem dominij, propter acquisitionem fructuum. Ita ergo dico ad casum nostrũ, qa interest mea ꝙ instrumentum non sit factum, & cum obligatione bonorum feudalium, tum ex natura actionis: quia tenor ad interesse, & hoc casu nõ esset assensus super feudo, cũ capitulũ Neap. concessum, non loquatur de interesse, et ꝙ sit potius personalis, quia non poterit exequi, nisi prius super mobilibus, deinde super stabilib. & minus dãnosis. arg. l. à diuo Pio, §. in vẽdit. ff. de re iud. & interest mea, vt super feudalib. non sit assensus vt supra, cum non posuit præstari assistentia super feudo, interest etiã ꝙ instrumẽtũ dotale nõ habeatur pro facto stante deceptione ipsius minoris: videlicet in fructibus perceptis per Comitissam. qui ponunt in cõduto dotium, & poni non deberent in alimẽtis March. & in computis non appositis, seu in alijs in reconuentione, & compensatione petitis, cum & per illis deductis antefatum non fuisse constitutum. & ad hoc bene facit, qđ dixit Alex. in add. ad Bart. in l.
189 Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. ꝙ quamuis ex pacto † de retrouendendo ob precium non solutum præsumatur venditio facta: vt euitetur circuitus, non tamẽ ex isto actu ꝓsumpto præsumuntur ꝓmissæ vsuræ, quia licet in re non aũt in vsuris, nec agitur, fingitur, nec præsumitur ad euitãdum circuitum, & hoc ea ratione, quia aliud est vẽdere, aliud promittere de vendendo, qđ voluit Dec. in cons. 103. in fi. Alex. in
190 consil. 73. viso themate, vers. nec etiam dẽri, vol. 2. vbi † tenet, ꝙ ex promissione de vendendo, quamuis venditio præsumatur ad euitandum circuitum, non veniunt fructus post hanc promissionem percepti, sicut venirent post venditionẽ factam, iuxta tex. in l. curabit, C. de act. empt. qđ consiliũ est repetitum in consil. 121. Idem Alex. consil. 13. circa princ. 3. vol. Curt. in add. ad Alex. in l. pupillus. ff. ad l. Falc. Affl. in constitutione, apud iustitiarios, in 8. nu. Tiraq. in suo tract. de re-
191 tractu. in princ. Ex quibus † colligitur, ꝙ quamuis aliàs præsumeretur ad euitandum circuitum, dotem fuisse promissã restitui, & constitutum fuisse antefatum, non tamen videtur se obligasse ad fructus, & interesse, nec obligasse ad feudalia, maxime, quod plures causarentur præsumptiones, quæ non debent præsumi ad euitandum circuitum, ut per præfa

tos

tos doct. Tertio respondetur, ut respondet Alcia. in repet. d.
192 l. 1 num. 17. vers. 3. facit, ff. de verb. obl. nam † circuitus non euitatur quando interest contrahentium, ut circuitus seruetur, l. si vsufructus mihi, ff. de vsufructu. quē ad. caue. quod est secundum eum in casu præsenti, ꝙ fortasse venditor vellet soluere interesse: quo casu liberatur, ex quo sumus in promissione facti, l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus, ff. de verb. obligat. & hæc responsio est similis præcedenti. Ita in casu, de quo agitur, interest mea ꝙ feuda non sint obligata, attento ꝙ tempore, quo fuit actum ad dotem illust. don Artalis, erat iam extra seculum peregrinatus. Quarto, respōdet Dec. & est similis præcedentibus, in d. §. seruum tuum.
193 dum dicit, quòd dictus, §. habet locum, vbi † circuitus esset inutilis, secus, si aliquid vtilitatis afferret, allegat Card. in cl. auditor, q. 14. de rescrip. in præsenti ergo casu satis est vtilis circuitus, quia in promissione de faciendo instrumentum cum obligatione feudorum, non est assensus in promissione de restituendo, si esset instrumentum dotale cum instrumento dotali, & obligatione feudorum, in casu restitutionis esset assensus, secundum formam d. c. ꝙ requirit instrumentum dotale cum obligatione bonorum feudalium, in casu restitutionis: ergo circuitus est utilis. Quinto respondetur, ꝙ
194 regula de circuitu euitando, habet locum in casibus in iure expræssis, ut plenè p Dec. in d. §. seruum tuum imprudēs. At in casu, de quo agitur, non expræssum, ergo, &c. dico in feudalibus, & maxime, ut etiam intelligatur præstitus assensus, ergo &c. Sexto, illa regula, & dictum Ioan. And. procedūt in actu promissionis de se obligando, & ille, qui se obligat, tenetur obseruare quod promissit, quia si tutor tutorio nomine se obligaret de faciendo cautelam de bonis omnibus pupilli, certe non haberetur, ac si esset facta, quando obligatio prima non teneret. Ita ad casum nostrum prima promissio cum obligatione feudalium est nulla, c. Imper. in princ. de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. in decis. 240. versic. vlt. dubium & circa fin. versic. quia ad hoc. & in constit. diuæ memoriæ & quod d. c non habeat locum, apparet, quia loquitur quòd fiat instrumentum formale, non debet extendi ad instrumentum, quod fictiue habeatur pro facto, & ad

hoc

innocentibus,& ibi idem Bal.de of.præsi. & Io. Fab. allegat Spe.in ti.de renun.§ j.ver.priuata.& idem Io.Fab. in §.fi.in
16 Isti.de his qui sunt sui vel alie.iur.subdens † ꝙ si indistincte grauaret eos potest domino interdici administratio. & Bart. in l.j.q.vlt.de iur.perso.Guid.papæ.in q.62. & plene Albe.de
17 Ros.in l.bene a Zenone,C.de quadr.præscr.Quinimò † magna erit apud Deum eleemosyna istos pauperes defendere: vt d.Bal.in præfato,§.ne potentiores.quia qui alium facientem,prohibere ab officio habent,id ipsi committere non de
18 bent,l.altius,ff.si ser.ven. † maxime cum teneantur ipsi domini eorum subditos ab alienis iniurijs tueri & defendere, & non ipsos deglutire:vt inquit Bal.in c.1.§.March. ver. extra quæro.qui feu.dare poss.hinc Soc.in consi.272.in 2.volu. ver.istas conclusio non dicit,ꝙ superior dominus debeat ipsum baronem monere vt desistat a malo regimine seu tractamento vasallorum,& ipsos bene tractet sub pœna priuationis feudi.Sed dicit,ꝙ bene potest ipsum monere, & alle-
19 gat Bal.& Aluar ita † tenere in d.§. publici latrones, & expressius,tenet Iac.de S.Geor.in autst.qui rem,C. de sacrosan. eccle.post Pau.de Cast.& Ias.ibidem.Fran.Curt, Iun.in trac. feud.ver.quæro igitur in primis. & in suo consi.137. num.1. 2.3.4.licet teneat ipsum dominum non priuari suo domino.& Iac.in suo trac.de homa.vers.March.& Bonus.de Cur. in suo trac.nobili.3.parte,nu.210.& Gul.Ben. in repet. cap. Raynutius,nu.971.& Bal.in consi. 439. circa medium, ver. Item quando feu.& licet præfati mag.aduocati ipsius Galeatij allegent pro se Io.Fab.in §.fi.instr.de his,qui sunt sui, vel alie.iur.dicentem,ꝙ si indistincte dominus grauaret vasallos,ita indistincte potest ei administratio interdici:tñ dictũ prefatum Io.Fab. apparet manifeste contra eos, & non pro
20 eis,dum aperte dicit, † quod si indistincte grauaret, prout inquisitus iste faciebat indifferenter:ita & indistincte fuit sibi administratio interdicta. Idem tenet Alber. de Rosa. in l.bene à Zenone, ff. de quadrien. præscriptio. & suffragatur
21 satis rationabilis ratio, quod dominus † ita male tractans vasallos: dicitur male vti substantia sua, & facit se indignum dominari, vt dicit Bald. in capit.1. qualiter dominus proprie.feud. priuileg. argumento, l. Imperator, ff. ad

Trebe',& c.fi.de recuf.& alibi Bal.in l.dñs,§.1.ff.de his, qui sunt sui,vel alie.iur sumens in argumentum sequendo Cy. & Gul.idem tenet,& sequitur Iac.Reb.in l.ciues. la 1. versi. faciunt argumentum ad quæstionem,C.de incol.libr.10. Et qñ sit necessaria monitio ad hoc,vt quis pœnam incurrat,re
22 perio ꝙ Inn.in c.extirpandę,extra,de præb.dicit, † ꝙ si lex loquitur negatiue,puta si quis non fecerit tale, puniatur in centum,isto casu quis puniri non potest,nisi præcedente mo nitione.& idem tenet ibi Io.And Host.Ant.de But. Abb. & Imo.in d.c.extirpandę.Dom de S.Gem.in c.licet canon.§.1.
23 de elect.in 6.& iõ † monitio requiritur ad pœnæ adiectæ commissionẽ pro facto negatiuo, & sic pro negligentia non adiecto tpe,vt quia cõstitutio dicit, ꝙ clericus non residens excõicetur,vel non soluens collectam,puniatur in duplum, secus,si pro facto affirmatiuo,vtputa ꝙ furans, vel ingrediẽs talem locum puniatur.Ita exemplificant Inn.& cęteri præal leg.& vlt.Alex.in l.si ita stipulatus la grande,ff. de verb obl. & sic secus erit,qñ lex loquitur affirmatiue,puta,si quis percusserint cler.vel accesserint admoniales,sint excõicati,quia non requiritur eo casu monitio . Ita consuluit. Cardin. in iu suo consilio.56.venerandus, &c. Bald. in l. & si post tres. in lectu.siquis cautio.& in authen.hoc amplius , C.de fideicõ.Arch.in c.pp 18.dist.& omnes præfati in d.c.extirpandæ,
24 & sic concludit in effectu Inn.ꝙ † monitio requiratur , qñ pœna committitur pp morã,non qñ committitur pp factũ, & idẽ firmat Bal.in l.1.ff.de his,quib.vt indig.& ita ẽt in particulari concludit Iac.de S.Geor.in præfato suo trac.feud.in vers.Roydis,in fi.trac.vbi ex verbis suis seu dictis infert, hãc esse suam opi.seu hoc esse dictum suum tacito auctore, videlicet Lud.Rom qui ita in spẽ decidit distinguendo, in l.1. §.in cognitione,ff.ad Sena.consul. Syllan. bene tamen esse posset,ꝙ Iac.ipsum non viderit, & ꝙ ex se ita dixerit. Quo vero ad id,ꝙ per magnificos aduocatos dictum fuit,rusticos & villanos inductos contra baronem non probare, per constitutionem,pro sequentes sub rub.de pug.subl.per quam re quiritur certa qualitas,& numerus testium.ad hoc, vt in cri minalibus probationem facere possint contra baronẽ,quod non est in casu,de quo agitur, cum magnifi Galeatius iste
non

non possit dici Baro, vt gaudere possit priuil. dictæ constitutionis, prosequentes, cum Baro dici non possit, nisi dominus habens sub se feudum seu castrum, continens sub se feudatarios vasallos habentes feuda quaternata, alias Baro dici non potest Ita dixit And. de Iser. in constitutione regni, si post mortem, sub rubr de renun. mor. Baro idem And. in cōstitutione regni, si aliquis Baro sub rub. de const. Dod. & in proprijs terminis magis in specie in d. constitutione, si post mortem, inquit formaliter, quòd ille Baro dicatur, a quo tenetur feudum quaternatum, vel castrum, & idem firmat Andræ in c. I. §. similiter, de capita, qui cur. vend. vbi in proprijs terminis decidit, ꝙ ad hoc, vt qs dici possit Baro, ad effectū, vt gaudere possit priu. d. cōstōnis, ꝓsequētes reqrit̄ ꝙ hēat sub se feudatarios habentes feuda quaternata, vel ꝙ habeat castrum à principe in baroniam, alias non poterit dici Baro, & idem consulendo voluit Deci. in suò consi. 490. viso casu proposito, & quampluribus alijs in 3. vol. Ex quibus præmissis, & eorum singulis fuit pronunciatum, per S. regium consil. communi voto bene pronunciatum per magnam cu. vicariæ, & ita executum fuit.

1 *Principis assertioni dicentis aliquem fuisse sibi rebellem, non est stādum, ex quo tractatur de præiudicio tertij, & ideo non debet credi, etiam si id assereret motu proprio, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis nu. 2.*

3 *Clausula, ex certa scientia non operatur nisi in his, in quibus præsumitur habere scientiam: secus, si ignorantiam.*

4 *Declaratio talis, parte non citata, nulla est, etiam si sententia foret.*

5 *Principis intentionis est, ne inde iniuriarum actio oriatur, vnde iura nascuntur.*

6 *Citationis obmissio facit vt etiam per principem non præsumatur.*

7 *Princ pis assertio sine causæ cognitione nulla est.*

8 *Princeps non potest sine causæ cognitione feudum vassallo auferre.*

9 *Principis assertioni statur, quando attestatur de facto proprio, secus si de facto alieno, & ita intelligenda est cle. I. de prob.*

10 *Et si statetur dicto principis, esset in eius potestate, priuare quem maluerit suo iure, etiam sine causæ cognitione imò etiam absque causa ex sola eius assertione, quod absurdum satis videtur.*

11 Principi nec regi attestanti per suas literas, aliquem fuisset sibi rebellem, vel proditorem, stari debet, & quod ideo sibi feudum auferat, & alteri cōcedat, quia eo casu apparet testificari in cā propria.
12 Testis idoneus nemo esse potest in causa propria.
13 Notoria dum non est rebellio, requiritur de necessitate sententia.
14 Sententia ipsa requiritur priuatiua in allodialibus pro ipsa dominij perditione nedum pro auocanda possessione.
15 Capituli regni edita contra rebelles, habent locum contra notorios rebelles facti permanentis.
16 Notoria plura sunt, & in duobus ex eis non est necessaria sententia, vt in notorio quod committitur actu permanente, & in notorio quod committitur iudice pro tribunali sedente.
17 Snīa vti requiritur à lege, notorium non operatur effectum snīæ.
18 Bona si per delictum veniebant publicanda, non ipso iure, sed per sententiam, & princeps de facto priuauit, bona ipsa alienando, si demum restitutꝰ in pristinum statum inquisitum, poterit restitutus agere rei vend. contra possessores bonorum, etiam si fuissent alienata cum beneficio, l. bene à Zenone.
19 Culpa vassalli, quando est talis, quòd feudum non ipso iure, sed per sententiam amitteretur, si ante sententiam latam remittatur culpa non poterit amplius sententiari de eo quod iam remissum est, cum sit sublata culpa. nu. 61.
20 Sententia non potest ferri contra rebellem post eius mortem, nisi pro delicto ipso memoria defuncti damnaretur, vt si esset in crimine per duellionis, in quo solo damnatur memoria defuncti, & non in alijs, nu. 21.
22 Ius accusandi, & damnandi memoriam defuncti in dicto crimine, non durat nisi quinquennio.
23 Introitus annales concessi per principem non possunt dici de regalib.
24 Gabella postquam est imposita per principem, eius exactio non est quid regale.
25 Crimen læsæ maiestatis incurritur per iuramentum hosti præstitum per feudatarium, & capitaliter punitur.
26 Iuramentum præstitum regi per Burgensem, non ratione feudi, sed iurisdictionis, non dicitur iuramentum fidelitatis, sed iuramentum assecurationis.
27 Feudatarius tenetur in plus per iuramentum ligij, cum teneatur ad sex, sed Burgensis ad tria tantum.

28 *Et plurimum refert, si collectiue, aut distributiue iuretur.*
29 *Transfuga quis dicatur, & vide duplici modo.*
31 *Prohibita alienari, non publicantur per delictum.*
32 *Bona, quæ non possunt transire in extraneum, non possunt transire in fiscum, qui loco extranei habetur.*
33 *Rebellis quis dicitur per iuramentũ præstitũ homagij inuasoribus.*
34 *Principis priuilegio in quo declarauit quem rebellum cum manus quæstoris, standum est.*
35 *Subrogatum semper sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
36 *Bona semel ab indultu exclusa, sic perpetuo exclusa remanent.*
37 *Homo præsumitur viuere vsque ad annos 60 imò centum.*
38 *Fideicommissum, per quod prohibetur alienatio bonorum, videtur factum fauore hæredum institutorum, ne dissiparent.*
39 *Prohibitus alienare ob sui fauorẽ, delinquendo habet fiscũ in success.*
40 *Alienatio bonorum dum apparet prohibita per contractum duntaxat, non ex hoc videtur prohibitus alius contractus alienationis.*
41 *Contrahere licet non possit, cui est interdictum bonis, tamen delinquendo alienat.*
42 *Alienatio licet si prohibita per contractum: tamen permittitur alienatio alio modo, vt per testamentum.*
43 *Feudum concessum cum pacto, quòd ex sui culpa priuari non possit, intelligitur non procedere, vbi culpa consisteret in committendo.*
44 *Remitti nullatenus potest id, quod debetur iure personæ: non autem id quod debetur respectu rei concessæ.*
45 *Bona regalia concessa per regem, licet non in feudum: tamen sine cõsensu regis forte alienari non possunt.*
46 *Filius quantumcunque prohibitus, vsque ad legitimam sibi competentem sine onere, potest de bonis prohibitis alienare.*
47 *Fisco si post sententiam est acquisitum ius in re, ita quòd ipsa alienari non potest: multo fortius id erit post apprehensam possessionem per fiscum, seu alium, de eius mandato.*
48 *In crimine læsæ maiest eo commisso, bona sunt affecta, ita quòd alienari nõ possunt, & taliter delinquẽti est interdicta administratio.*
49 *Bona rebellium in crimine læsæ maiest. ipso facto transeunt in fiscum, virtute capitulorum regni. Et dicitur delictum notorium, dũ de eo constat ex actis, nu. 56. 57.*
50 *Processus in quo apparet aliquod ius, cuius via actum non est, non attenditur.*

51 *Clausula, omni meliori modo petens, & c. non porrigitur ad non expressa in libello.*

52 *Attendi debet veritas vbicunque pateat, attamen vbi conuentus non poterit se defendere, non attenditur talis veritas.*

53 *Fideicommissum dum non apparet ab honorato fuisse acceptatum, & consequenter ad extraneos non est transmissum, actori actio ad fideicommissum competere non potest.*

54 *Assertioni cuiusuis principis etiam Imperatoris declarantis aliquẽ fuisse sibi rebellem, an standum sit: & an probatio in contrarium admitti possit.*

55 *Feudatarius vasallus committens felloniam, feudum quo ad vtile dominium amittit ipso iure, verum quo ad possessionem auocandam, requiritur sententia secus in crimine læsæ maiestatis.*

58 *Sententia non requiritur in proditore manifesto, & publico: sed in occulto non potest damnari, nisi fuerit confessus, seu conuictus, & ad suas defensiones admissus, & quod capitula regni ita intelligũtur.*

59 *Ante sententiam declaratoriam contra rebellem, dominus se intromittere non potest in corporali possessione feudi, nec feudum ad se aduocare absque causæ cognitione, & non facta prius declaratione super priuatione feudi.*

60 *Omnia iura mundi disponentia pro aliquo crimine imponi pœna ipso iure, intelliguntur mediante sententia declaratoria: aliàs non poterit pœna locum habere.*

62 *Sententia priuatiua requiritur pro priuatione dominij rei allodialis, & non feudalis, nec posset aliter Rex priuare, nu. 63.*

64 *Assertioni soli cuiusuis principis etiam Imperatoris: dicentis aliquẽ suum rebellem, & ideo eius bona alij concessisse, stari non debet, & quòd speciale est hoc in solo Papa.*

DECISIO CV.

MAGNIF. Portia Surgent. nobilis Neap. prætẽdens annuos reditus duc. 200. quos tenet mag. Vrsanca, Secretarius illustris. Proregis regni. Neap. virtute cessionis, & venditionis sibi factæ per cõcessionariũ præfatorum introituum, ad ipsam spectare tanquam vnam ex successoribus quon. nobilis Ferdinandi

di facta se, in causam traxit eundem secretarium in foro S. regij consilij, asserendo nullum legitimum rebellionis documentum apparere contra p̄fatum q. Ferdinandū, p quod rebellis reputari potuisset, & suis bonis, maxime p̄dictis, priuari. Nam quatenus ad probōnem iuri homagij p ipsum, vt p̄tenditur p̄stitit tpe obsidionis Neap. Duci Gallorū, Dn̄o de Lottech, producta fuit partita cuiusdam memorialis, seu librecti, scripti, vt dicebat, manu mag. Aurelij fisci p̄roni illius Ducis, in quo asserebat annotari noīa iurantium homagiū: licet partita ipsa non appareat extracta à suo originali, sed à quibusdam p̄cessib. inquisitorum de rebellione, cui deferendum non est, cum vltra q̄ scriptura ipsa non p̄bet delictum, vt tenet Cy. & cōiter oēs, in l. fi. C. de prob. nulla apparente in eo solemni forma p̄ut à iure requirit̄, & minime suffragari posse vr̄ prætensa procuratio, seu mandatum ciuium Neap. degentium in ciuit. Surrenti, in p̄sonam pręfati Ferdinandi ad pręstandum homagium prædictum, cum chartula priuata sit, & nulla fide suffulta. Nec iō opitularetur assertio quō. illustr. principis Orangiæ in concessione primo loco facta

1 Io. de Ventosa † de præfatis annuis introitibus, dum asserit ob rebellionem præfati quon. Ferdinandi concedere, ex quo dum tractetur de pręiudicio, ei credendum non ęst: ēt cum clausula, ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, vt no. Abb. in c. causam, quę. el 2. de testib. post Hostien. & alios ibi. & plenè Dec. in suo consi. 21. viso puncto,

2 & hoc de clausula: motu proprio, & idem † dicendum est de clausula, ex certa scientia, vt nihil operetur in pręiudicium tertij, vt consuluit Pau. de Ca. in consi. 160. quæstio ista vertitur: in fi. & no. Bal. prælud. feud. vers. Item dicit And. de Iser.

3 & Arc. in consi. 19. Reuer. Domine; † quia clausula ipsa: ex certa scientia, non operatur nisi in his, in quib. pręsumitur princeps habere scientiam: secus, in quibus pręsumitur habere ignorantiam, sicut in his, quæ in facto consistunt: vt not. Bal. in l. fi. C. sen. resc. non poss. refert, & sequitur Alex. consil. 544. vol. 3. Hinc considerandum arbitror, nullam citationē præcessisse contra præfatum Ferdinandum, ante ipsam rebellionis assertionem, factam per ipsum principem: quo casu

4 declaratio † ipsa nulliter facta est, ēt si s̄nia foret: per l. j. §. ex

hoc edicto,C.si p vim vel ali.mod. & consuluit in terminis Cal.in cõs.8.sub ti.de re iud.& no.Abb.in c.1.vlt.no.de cau. poss.& propr.vñ ab oĩ iuris tramite deuiaret, si simpliciter stari posset verbis imperatoris aut regis in p̃iudicium alterius,non p̃cedente citatione,& cãę cognitione,qa in effectu priuaretur qs dñio,& iure suo,& videret, ꝙ imperator ad id ꝓcesserit ob sinistram informationem seu relationem alte-
5 rius contra inauditum & indefensum,cum † intẽtionis suæ sit,ne inde iniuriarum oriat̃ occasio,vñ iũra nascũtur, vt Imperator met testat̃ in l.meminerint,C.vnde vi. & consuluit
6 pulchrè Alex.in conf.11.alias consul.in 7.vol.& cum † stante citationis obmissione non p̃sumatur ꝓ principe : vt not.
7 Abb.in c.1.de cau.pos.& proprie:& sic cũ non † appareat cãę cognitionem interuenisse,talis assertio seu declaratio reddi tur nulla,vt d.Bar.in l.ꝓlatã,C.de sen.in fi.quẽ refert, & sequitur Cald.in suo cons.vlt.sub tit.de re iud.Pet.de Anch.in cons.83. visis diligenter actis,& cons.188. visis consilijs ;&
8 ꝙ non possit † princeps absq; cãę cognitione feudũ à vasallo auferre,& ꝙ eius assertioni non stabitur, inquantum vasallum ipsum sibi rebellẽ enunciauerit,seu quod aduersus ipsum principẽ crimen læsæ maiest.commiserit, consuluit in terminis Card.in suo cons.128.in qõne, q̃ vertitur inter Andræ.circa prin.& hoc quia tex.in cle.1. de probati.vendicat
9 † sibi locum,qñ attestatur de facto proprio , secus si de facto alieno,prout in casu præsenti,& idem consulendo tenet Domi.in cons.53. pro tirsione , & ideo cum de citatione nulla
10 mentio facta fuerit,apparet citatione † minime interuenisse,& sic si staretur dicto principis,esset in eius potestate priuare,quem maluerit suo iure,& sine causæ cognitione, imò & absque cã,ex sola eius assertione,quod q̇dem satis absonũ & absurdum esse apparet,prout commemorat Fel. in c.quæ in ecclesiarum,extra de const.hinc decidit in particulari Andræ.de Iser.in c.1.in prin. ad fin. quo tempo.mil.ꝙ nec regi
11 nec Principi † attestanti p suas literas seu priuil.aliquẽ fuisse rebellem seu proditorem suum,stari debet , & ꝙ ideo sibi feudum auferat,& alteri concedat,quia eo casu apparet,prin
12 cipem ipsum testificari in cã ꝓpria,in † qua nemo idoneus testis esse põt,p l.nullos,ff.de testi.& in l.in oĩb.C.eo.ti.Nũc
autem

autem dato absq; veri præiudicio, q̄ de rebellione præmentionata liqueret, adhuc bona ipsa non possent dici publicata, taliter vt recuperari nō possint, præsupposita qualitate delicti, & bonorū prædictorum, cum non existat rebellio ipsa notoria: prout minime notoria in priuilegio cōcessionis mentionatur, & quon. Ferdinandus prætensus rebellis non erat feudatarius, nec feudalia tenebat: imò expresse cautum est in concessione dictorum bonorum facta per principem Orangiæ per hęc verba: videlicet donec declaratio dictæ re-
13 bellionis sequatur, & sic non erat notoria, sequitur † q̄ erat necessaria sententia, ut dicit pulchre And. de Iser. in c. sancimus, el 2. quo temp. mil. Luc. de pen. in l. cū allegatis, vers. vt oīm dicta saluent, C. de re mil. li. 12. & in l. quisqs, C. de pet.
14 bon. subl. lib. 10. & dicta sententia † requirebatur priuatiua, quia bona sua, & de qb. agitur erāt allodialia, quorum Ferd. erat directus dñs, quo casu erat sententia necessaria pro ipsa perditione dominij, nedū pro aduocāda possessione, ut bene declarat Luc. de Pen. in præfata, l. cū allegatis, vers. cętерū, per tex. in l. quæsitū, ff. qui, & à quib. cum alijs per eū allegatis. & idē ante ipsum dixit And. in §. si autē dixerit, uer. sed si hoc verū, quo tēp. mil. Idē sequitur Affl. in const. regni, si dubitatio, circa mediū. & Capit. in c. Imper. §. calidis, vers. 5. cōclusio. de prohi. feu. alien. p Fed. in qb. ēt locis præfati Capit. & Affl. & Luc. de Pen. in d. l. quisquis, C. de pet. bon subl. & in apostilla ad c. regni: nup apud Tranū. q̄ est Caroli I. de qua meminit Capit. in loco pręalleg. & etiā Neapod. in apostilla
15 sua ibidem, dicunt, q̄ capitula regni loquuntur contra notorios rebelles, & in notoria rebellione facti permanentis, quā exemplificat in eo, qui cū hostib. publice commoratur, vel tenet castrum publice rebellatum: quæ exēpla ante eos
16 posuerat And. in d. c. sancimus, el 2. subdens, q̄ † plura sunt notoria, & in duobus ex eis non est necessaria sententia: vt in notorio, qđ cōmittitur actu permanente, & in notorio, quod committitur iudice pro tribus sedēte. & sic etiā, si vera fuisset rebellio prædicta, quia nō notoria, & facti pmanētis, nō fuisset sufficiēs ad dicti dñij pditionē, nedū ad ipsius possessionis auocationē, cū simus in allodialib in quorū dominij pditione, cū sit necessaria sñia priuatiua, p supra allega-

ta, non

17 ta, non posset etiam de aliquo notorio argui: nam† vbi lex requirit sententiam, notorium non operatur effectum sentẽtiæ, vt late prosequũtur Mod. in c. 1. no. 2. de eo, qui interfec. fra. dom. sui. & ideo si Ferd. præfatus hodie viueret: quia non reperitur cõdemnatus de rebellionem prætensa, ante indultum, in quo comprehẽsus fuit, absq; dubio recuperaret, postquam contra ipsum aliter non fuit lata sententiam, & quæ amplius ferri non posset ex causa indultus præfati: prout in specie dixit Affl. in c. 1. in uers. quæro, si bona per delictum,
18 de vasal. decrep. ætat. vbi And. ibidem sentit, concludendo, ꝙ si bona per delictum veniebant publicanda, non ipso iure, sed per sententiam, & princeps de facto priuauit bona ipsa alienando, si demum restituit ipsum inquisitum in pristinũ statum, poterit restitutus agere rei vendicatione contra possessores bonorum, & si princeps bona ipsa alienasset cum beneficio, l. bene à Zenone. subdens hanc limitationem ad legem illam, se menti tenendam. hoc ipsum tenet ibi expresse
19 se And. subdens † ꝙ quando culpa est talis, ꝙ feudũ non ipso, iure, seu per sententiam amitteretur. si ante sñiam latã remittitur culpa, non poterit amplius sententiari de eo, qđ iã remissum est: culpa. n. ipso iure sublata est per remissionem. Allegat l. si vnus, §. sed si pactũ, ff. de pac. Ita formaliter And. in d. c. 1. de vas. decrep æta. in prin. vers. si per sñiam maxime, cum in indultu formaliter contineat̃, ita vt ꝓ ipsis culpis, & delictis, & criminibus, nullo vnq̃ tempore possit per nos, aut quosuis alios officiales nostros accusari, molestari, inquiri, in iudicium trahi, directe vel indirecte, realiter vel personaliter, aut alia quauis ratione cognita, vel incognita, & infra subdit: nobis & regio fisco super prædictis omnibus perpetuum silentium imponimus, & contrariũ agendi oẽm ptãtẽ abdicamus, cassantes &c. vñ liquet, partitã ptẽsi memorialis seu libreti nullũ in se legitimũ cõtinere documẽtũ, seu adminiculũ, cũ nullã ꝓbõnẽ inducat, ꝑsertim cũ exẽplara dicãtur à ꝓcessib. inquisitorũ de rebellione, q ꝓcessus, vt iã liq̃t, tpe extractionis partitæ prędictę, post litẽ mo[illegible] virtute clausulæ prædictæ, cassantes &c. reperiebantur cassati, & aboliti, viribusq. omnibus euacuati, parte non citata, prout de iure requirebatur: secundum Bal. in auth. si quis in conscribẽdo,

C. de pac.

20 C.de pac.Quinimo,& plus cessante†dicto indultu,nō posset amplius dicta sententia ferri,per mortem dicti Ferdinandi subsecutam;per quam omnis reatus prętensę rebellionis
21 †extinctus apparet, cessante omnino crimine perduellionis,in quo solo memoria defuncti à crimine damnatur,nō in cęteris criminib.lęsę maiestatis, vt est tex.in l fi.ff ad leg. Iul.maiest.imò etiã,& si essemus in crimine perduellionis, adhuc non posset amplius ferri sñia, quę hactenus lata non fuit,stante lapsu annorum 12.ne dũ quinquēnij,post mortē
22 dicti Ferdinandi: cum vera sit iuris conclusio†ꝙ hmõi ius accusandi,& damnãdi memoriã defuncti in d. crimine non duret,nisi quinquennio,arg.l.2.C.de apost. secundũ Ang.in trac.malef.vers.& hai tradita la tua patria:nu. 17. & Roma. quem ibid. refert Aug.ĩin additionibus ad Ang. allegat.in sing.suis 339.corrupte tñ,quia est in nu. 431.per gl. sing.in l.Manichęos,de hęr.Nec obstaret dicere,pro bona prędicta fuerunt alienata, & concessa Ioanni de Ventosa, quia non tractatur de pręiudicio ipsius Io:seu causam habentis ab eo, cum concessio prędicto modico tempore durauerit & bona ipsa ad regiã curiam reuersa, & secundo loco conceſſa per principem Orangię Alphonso de Gaiosa non dependent à prefato Io.de Ventosa, tanquã bona ad se spectantia p rebellionem præfati Ferdinandi, non vt ei deuoluta per mortē, vel aliter,ex persona dicti primi cessionarij,& sic non est vis facienda de dicta prima alienatione, ad excludendum dicta bona, vt alienata à præfato indultu,cuius tempore non est etiam ꝓbatum,fuisse penes dictũ cōcessionariũ, cũ intētio suæ Cæs.Maiest.excludētis bona alienata ab indultu ꝓdicto clara fuerit,ne tertio pīudicaret,& ideo ĩ declaratione sua dr̃,De los bienes ayenados,enque ya era aqrido à otros de rechyoi.& sic nõ vr̃ fuisse eius intentionis per dictum plenissimũ indultum uoluisse sibi præiudicare,cũ latissima fieri debeat interpretatio contra concedente: per l.fi.de const.
23 prin.& minime†suffragaret̄ dicere,ipsos introitus dici posse de regalibus:cum ita introitus prefati dici non possint: vt pulchre dicit Loffr.in suis paraphr.feu.in §.filij. si de feu. de fun.milit.versic. 7.considero.vbi in pedagio seu gabella dicit,ꝙ est de regalib.quo ad impositionem.& ita procedere,

c.1.quæ sint regal. vt dicit Luc. in l. quia talia. C. de re mil. li.
24 12. sed postquam gabella est semel imposita per principem eius exactio non est quid regale, seu tale, qd' non veniat in concessione. Ita in particulari consuluit Cuma. in consi. 162. visa copia priuileg. & Loff. vbi supra cõcludens restitutione principis comprehendere regalia: tamen quando introitus prædicti essent de regalibus, adhuc non esset verendum in dicto indultu comprehendi, considerata etiam sententia regiæ cameræ lata in fauore præfati Ferd. cõtra fiscũ, sup restitutione introitum maioris fundici regiæ doganę, qui fuerũt q. Federici sancta fe. fratris patruelis pręfati Ferdinandi, qui sunt in omnibus & per omnia eiusmodi. Ex qua sententia infertur, q. pręfatus Ferdinandus fuerit, uel restitututus. Et tandem dum Magn. Hier. Bimontius maritus & aduocatus actricis, multa ac quamplura ex pręmissis allegasset, concludebat tandem pręfatum q. Ferdin. non fuisse feudatarium: ex quo Luc. de Pen. in l. deuotum, C. de epid. & met. li. 12. dũ
25 † dicit per tale iuramentum hosti præstitum, incurri crimẽ lęsę maiest. & ideo capitali pœ. plectandum, loquitur in feudatario, vt liquet ex eius verbis, non autem in Burgense per
26 iuramentum pręstitum Regi, non ratione feudi, † sed iurisdictionis: nam tale iuramentum non dicitur fidelitatis, sed iuramentum assecurationis, de quo in const. regni, domini à vasallis. & magna est differentia inter feudatarium & Burgẽ
27 sem, cum feudatarius † teneatur in plus per iuramentum ligni, cum teneatur ad sex, de quibus in cap. 1. qual. vasal. iura. deb. fidelit. Burgensis autem tenetur ad tria duntaxat, de quibus ibidem. Item non iurat ipse personaliter, sicut feudatarius in manibus Regis, & primi domini sed ciuitas per sindicum iurat, quo casu reatus periurij non transit in singulos de vniuersitate, vt plene exorditur Affl. in d. c 2. qual. vasal. iura. deb. fid. vers. sed iuxta hoc quæro. & plurimum refert, si
28 collectiue † aut distributiue iuretur, vt plene Ray. in suo cõprehen. feu. in c. Imp. §. pręterea ducatus. de prohi feu. alien. per Fed. vbi dicit, quod si collectiue pręstetur, vnicum erit vasallaticum, quando autem distributiuẽ, plura erunt vasallatica. Itm Luc in d. l. deuotnm. loquitur in transfuga. ut depręhenditur ex iuribus. pet eum allegatus, & Feder. quando prętenditur

tenditur iurasse, erat in loco subdito hostibus, & sic nõ trãs-
29 fuga, qui proprie est, qui malo animo & proditoris consilio patriam dereliquit, & in hostes se conuertit, per tex. in l. postliminio, §. transfugam, ff. de capt. & postli. reuer. vel alias vt declarat Bart. in extrauagant. quoniam nuper. esse ille, qui se rebellat principi, trãsfugiendo ad hostes, & se in eos cõuertendo: Item adest insuper pro ipsa magn. Portia fideic. contentum in testamento eiusdem Ferder. comprehendens omnem casum, etiam simplicis obligationis. Item & secundo comprehendens casum etiam extremę necessitatis, peruentę ex turpi causa, ut est ex causa delicti. Tertio, & vltimo, quia fideic. prędictum respicit fauorem omnium coniunctorum, quos expræsse testator u ocauit in casu † alienationis, &
30 sic dicta bona pręseruauit à dicta publicatione ut plene Bar. in l. Imper. ff. de fideicomm. lib. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Moder. in l. filiusfamil. §. diu. ff. de legat. 1. & latissime per Alexand. in consil. 23. volum. 1. & per Decis. in consilio 442. volum. 3. Nec obstaret, si diceretur, alienationem fuisse prohibitam à testatore per contractum, & non per delictum, cum apud omnes scrib. sit vera † conclusio, quod prohibita alienari, non publicantur per delictum, & si verum esset. quod prohibitio testatoris intelligeret ad alienatione per contractum, & per consequens hominis, nunquam haberet locum conclusio prędicta nam semper dici posset, quod publicatio per delictum, non esset alienatio hominis, sed legis, & tamen nemo est, qui dictę conclusioni repugnet. Nã,
31
32 vt dicunt † pręfati doct. illa quę non possunt transire in extraneũ, non possunt transire in fiscum, qui tanco extranei successoris habetur, l. iura libertorum, & ibi Bar. ff. de oper. lib. cum alijs concordan. alleg. per Alex. in d. cons 23. vol. 1. Pro parte vero pręfati magn. Secretarij Vrsancha, adducebatur
33 pręfatum Ferdinandum fuisse † rebellem per iuramentum homagij pręstitum inuasoribus, ut decidit Luc. de Pen. in l. deuotum, C. de met delib. 14. per text. in l. 2. ff. ad l. Iulia. maiest. ibi, priuatus ad hostes. cum alijs per eum adductis, tum quia de rebellione fuit capta informatio, per quam rebel-
34 lis declaratus fuit per illustr. Principem Orangię, ut in † prouisionibus per ipsum expeditis manu questoris, & aliorum

dom.

dominorũ apparet, ac ẽt p Cæſ. priuilegiũ in actis ꝓductũ, quib. omnino ſtãdũ eſt, vt di. And. de Iſe. in c. 1. qui ſucc. ten. & in c. 1. §. ſed nec eſt alia, q̃ ſit pri. cau. benef. amit. & magis in ſpecie in c. 1. in fi. de contro. feu. apud par. rei. & no. Capit. in c. Imper. in 1. 2. no. de prohib. feu. ali. per Feder. & per con ſequens Ferdinãdus habuit fiſcũ in his introitib. ſucceſſorẽ, l. tutoris, & ibi no. C. ad leg. Iuliã de vi. alius nanq; ei hæres exiſtere non potuit, vt in l. quiſquis, C. ad leg. Iuliã maieſt.
34 Nec ſuffragatur eidẽ † indultus generalis, cũ in eo reſeruati ſint introitus regales, ut per Andr. & Affl. in verſ. portus, & in verſ. ripatica. & in verſic. vectigalia, in tit. quæ ſint regal. & in c. imperialem, §. ſed nec dñs, de ꝓh. feu. ali. p Fed. Itẽ, mercedes, & donationes apparẽt à pfato indultu ẽt exceptæ, & reſeruatæ, & introitus ipſi fuerũt donati quodã Ioãni Angelo ſancta ſe. vt in priuil. ex aduerſo producto & licet dicat̃ hos
35 fuiſſe permutatos cum bonis alias donatis, † nil refert, ſubrogatũ. n. ſp ſapit nãm eius, in cuius locũ ſubrogatur, vulg. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi qs cau. Attẽditur ergo principium, origo, per tex. no. in l. ſi donatio, §. ſi ſponſus, ff. de dona. inter vi. & ux. ſubſecuta, inſup Cæſ. declaratione, indultũ non comprehendere bona alteri conceſſa, etiam ſub conditione, proſecuta declaratione &c. verba ſunt clara, q̃ qõne non admittũt, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. ſed introitus prædicti fuerunt alienati Io. de Ventoſa, ante indultum: nihil obſtat, ꝙ conuentus non ſit hæres præfati Ioãnis, cum alijs titulis habilibus in proceſſu deductis ſit domi
36 nus, & poſſeſſor. Sufficit. n. bona prædicta ſemel ab † indultu excluſa fuerint, qa ſic perpetuo remanẽt vt dicit And. in c. 1. §. quin etiam epiſcopum, vel Abb. & in c. 1. §. penul. q̃b. mod. feu. amit. & ibi dicit Bal. ꝙ omnis excluſio, mors eſt: & ſi demum ad regẽ puenerint, non debent reſtitui indultato. Ita decidit And. de Iſer. in c. 1. in fi. de vaſ. decrep. æta. Nec militabit, ꝙ non appareat Io. de Ventoſa ſuperſtite tempore
37 publicationis indultus, † quia præſumitur uiuere vſq; ad annos 60. l. hæreditatum, ff. ad leg. Falc. imò vſq; ad centum, per tex. vulg. in l. ſi C. de ſacroſan. eccl. & hæc præſumptio vitæ, transfert onus probandi mortẽ in aduerſariũ, ut not. Bar. in l. 1. §. ſi dubitetur, ff. quemad. teſta. ape. & ſimiliter cũ Ioã.
de

de Ventosa fuerit dñus, & possessor, præsumit̃ durare. Bar. in l. quidã in suo, ff. de cõd. inst. & tex. cũ ibi no. in l. siue possidetis, C. de prob. Actrix contrariũ non ꝓbauit, ergo &c. vnde patet Ferdinandum fuisse rebellem, & sic suis successo-
38 ribus nullum ius competere. Et minime suffragari † potest fideicõmissum pp ꝓhibitã alienationẽ, arg. no. in l. imperator. ff. de fideic. libe. & not. Alex. in consil. 23. vol. 1. quia hæc prohibitio facta apparet fauore hæredũ institutorũ, ne dissiparent, vt in ea est videre, & in casu cõtrario non fuit contẽplatus testator certã pſonã, siue eius familiam, vt not. in l. fi-
39 liusf. §. diu. ff. de leg. 1. & sic seq̃t, † ꝙ prohibitus alienare ob sui fauorẽ, delinquendo, habet fiscũ in successorem. Ita Bar. in l. siquis in tantam, vers. debes scire, C. vñ vi. Alex. cons. 88. ver. 4. vol. 3. & no. Dec. ĩ reg. furiosi, ff. de reg. iur. Itẽ in casu p-
40 senti non est ꝓhibita alienatio † simpliciter, sed per contractũ duntaxat inter viuos, ut aperte in uerbis prohibitionis demonstratur, & in ſpẽ ibi alius contractus alienationis nõ prohibetur, ut no. Bal. & Pau. de Cast. in l. nõ solũ, §. quærit, ff. de procur. Ex quo seq̃t, ꝙ alienatio p delictũ nõ includatur, & ꝓinde ꝓdigus ꝓut erant filij, & hæredes præfati quondam Ioan. Angeli, quibus, vel cui erat inter dictũ bonis. li-
41 cet contrahere nequeat, tñ delinquendo alienat, vt per Ias. post alios in l. is cui bonis vers. 7. quæritur, ff. de verb. oblig. & Ripa ibidem, vers. in tex. ibi: promittendo, nu. 153. Et præmissis accedant not. per Imol. in l. si ita quis, §. ea l. ff. de ver. obl. quæ refert, & sequitur Alex. in l. si finita, §. si de vectiga-
42 libus, vers. vel refertur, ff. de dam. inf. qui voluit, † ꝙ prohibita alienatione per contractum, permittatur alienatio alio modo, puta per testamentum, arg. l. verba contraxerunt, ff. de verb. sign. & q̃d deterius est, apiretur via fraudibus: nã prohibendo alienationem, permitteretur impune respectu bonorum huic grauato rebellionis crimen committere, ꝙ satis
43 absurdum videtur, vnde si feudum alicui concedatur, cum pacto ꝙ ex sui culpa non posset eo priuari, hoc limitatur nõ ꝓcedere, vbi crimen siue culpa consistit in committendo, vt not. Aluar. in c. 1. § porro, qual. oli. feu. ali. pot. Quinimo dicit singulariter Bal in l. 1. vers. 12. quæro, ff. de rer. diui. ꝙ in
44 præmissa † quæst. nullatenus potest remitti id, quod debet

iure

iure personæ, non autem respectu rei concessæ, vt est in casu præsenti, quia hic debebatur fidelitas regi, non ratione feudi, sed ex sua persona, quia vasallus ligius, vt not. And. in c. 1. in prin. qual. uasal. iura. deb. fidel. concurrente maxime, cum hic tractetur de bonis regalib. concessis per regem, & si
45 in † feudum non tenerentur, sine tamen consensu regis forte alienari non potuissent, ut di. not. Bal. in l. indicium, ff. de aqua plu. arc. Præterea, dato qd' prohibitio procederet, etiā
46 si delinqueretur, qd' expresse negāt, † non est venendum, q̄ filius quātumcunq; prohibitus vsq; ad legitimā sibi competentē sine onere posset de bonis ꝓhibitis alienare, ut no. in d. §. diu. per text. in l. qm̄ in priorib. C. de inoff. test. qd etiam in dicta prohibitione est reseruatum, vt in testamento prædicto appareret, & per prius alienatū computatur in legitimā, l. Marcellus, §. si res, & ibi notatur, ff. ad Treb. & in l in 4. ff. ad l. Falc. & per Alex. in consil. 3. vol. 3. cum simi. & legitima, quæ præfato Ferd. spectabat in bonis patris, excedebat valorem dictorum introituum, ut liquet in processu inter actricem, & Andræam sancta fe, & ideo in hoc prohibitio alienationis nihil operatur. Nec refragaretur, ut prætenditur, fuisse solutum alijs creditorib. vsq, ad legitimā per iudicis decretum, quasi hoc fisco, & concessionario nocuerit, & præsertim cum prætendatur fisco in præfatis bonis ius aliquod nō competere ante conditionem, per not. Bart. in l. post contractum, ff. de don. quia respondetur pluribus modis. Et primo q̄ dicti introitus fuerunt concessi præfato Io. de Ventosa. ante graduationem, imò priusquā alij essent creditores, vnde legitima in eis confusa fuit d. §. si res. & iuribus supra alleg.
47 Si enim † post sententiam est ius quæsitum in re fisco, ita q̄ ad alienari non potest, vt not. Cy. Ang. & Sal. in l. si quis post hac, C. de bon. damn. Bar. in d. l. post contractum. not. in l. rescriptum, ff. de pac. ergo multo fortius post apprehēsam possessionem per fiscum, seu alium de eius mandato. Præterea
48 in crimine † læsæ maiest. statim eo commisso, bona sunt effecta, ita quod alienari, non possunt, & taliter delinquenti est interdicta administratio, l. ex iudiciorum, ff. de accusat. & in l. quæsitum, ff. qui & à quibus, & l. fin. ff. ad l Iul. maie-
49 stat. & hoc maxime procedit in regno, vbi † per ca. bona proditorum,

ditorum,& per c.die Mercurij. ipso facto dominium bonorum transiuit in fiscum, quæ capitula non distinguunt, an delictum sit notorium, & ideo nec nos distinguere debemus, l.de precio, ff. de publ. in rem actio. & sic hoc quoque delictum notorium, cum de eo constet ex actis, quę notoriũ inducunt, c.cum olim.de verb.sign.no.Abb.in c.vestra.de co hab.cler.& mul.patent namque prædicta ex supra allegatis priuil.quibus, vt dixi credendum est, vt per And.in c.1.in fi. de controuer.feu. apud pares termi. Nec de fideicommisso
50 † sermo haberi debet, cum hac via actum nõ sit, ne offendatur regula, l.vt fundus, cum similibus, ff.communi diuid.agitur enim, vt ab hęrede Ferdinandi, in cuius hęreditatate fi-
51 deicommissum non remansit, nec † ei opitulatur clausula, ad prędicta petens se admitti omni meliori modo, &c. quia hæc clausula non porrigitur ad non expressa in libello. Abb.in c.2.de ord.cogn.& in cap.examinata, de iud.& not. in l.vinum, ff.si certum petatur. Nec in hoc S. consil.vtetur dispositione not.in l.Aemilius Largianus, ff. de minor.at-
52 tendendo † veritatem vbicunque pateat, quia non apparet veritas, vbi conuentus se non defendit, vt not. dicit Claud.
53 de Seysil.in l.j.ff.de offic.asse.quinimò ipsi actrici actio † ad fideicommissum competere non potest, cum non appareat hoc fideicommissum ab honorato fuisse acceptatum, & consequenter ad extraneos non est transmissum, l.quoniam sororem, C.de iur.delib.l.j.C. de his, qui ante aperc.tabul l. vnica, C.de caduc.tollen.& not. per Bar.in l.ex facto.ff.de hæred.instit.& tanto magis, cum hæc actrix, quæ vellet forsan fideicommissum acceptare, non est illius fideicommissariæ hæres, vnde postquam prędfatæ magnific. Portiæ consultum est per instrumentum cessionis, quod si hos reditus recuperare non poterit, in alijs bonis satisfiet, non conuenit delicta remanere impunita, per l. si ita vulneratus. ff. ad leg. Aquilia & proinde quod deductum est in pœnam, remanere debet, & super alijs ius prætendens gressus dirigat, no.Ang. in l.j.in prin.ff.ad Syll.& sic absoluendus est magnificus conuẽtus: pro quo potuisset etiam adduci ad huiusmodi priua-
54 tionem bonorum legitime processum fuisse † cum as-

 sertione

4 plenius tenet ibi, Abb. & facit optima rō † quia licet promissio facti alieni teneat: qn̄ pœna interueni, tamen ex quo promittitur factum, quod non consistit in potestate promittentis, sequitur q̄ faciendo suam diligentiam, & omne id, qđ potest, euitat pœnam, & idem uoluit Abb. in c. significantibus in fi. per gl. ibi. de offō deleg. Frāc. de Are. in l. stipulatus fuero te sisti. ff. de verborum oblig. in §. possum, vbi subdit, q̄ ista opin. est communis, & q̄ in practica seruaretur. Idem te net Fel. in c. ex rescripto. vers. & no. q̄ promittens factū alienum. extra de iureiur. nam talis pœna committitur, dum q̄s promittens fuisset in mora faciendi, ut no. Bar. in l. si duo, §. hæc uerba, ff. de const. pec. & in l. ita stipulatus 7. opposit. 1. partis, ff. de verborum obligat. & Alex. ibidem idem tenet. vnde si interpellatus fecit quidquid potuit, non poterit sibi, bona imputari, si facere ulterius non potuit, & probatur in l. quod te, ff. si certum peta. & ibi Barto. declarat. Hoc idem in simili tradit Abb. in consil. 9. vol. j. videtur fideiussores,
5 vbi consuluit † quod promiserunt se facturos, & curaturos sub pœna, non incurrent pœnam, si fecerunt quod potuerunt,

runt difficultas impedit pœnam cōmitti idem firmauit Bar.
6 in consi.136. Martinus† promisit se facturum & curaturum, ut Bertha contraheret matrimonium sub pœna, & concludit, quod si fecit quidquid potuit excusatur à pœna. Idem consuluit Feder.de Sen. in consil.122. quia sicut promittens† face-
7 re cum iuramento aliquid, euitat periurium, si fecit quod potuit, per gl.in c.ex literis, & in cap.sicut de spon.ergo eodem modo debet euitare pœnę commissionem, & hanc opin.uti communem, sequitur & probat Aret.in consil.143.ex facto proponitur, uersic. uenio igitur ad primum, & istam esse cōmunem opin.inquit Aret.in l.si ita stipulatus, §.possum, ff.de uerborum oblig.& idem consuluit Deci.in consi.113.vol.2. promisit dominus Io. & licet idem Decius videatur cōsuluisse contrarium in suo consi.325.in casu proposito, attamē ibi in promissione concurrerunt alia verba, ut ibi Ias.in d.l. stipulatio ista, habere licere, uidetur esse in eadem opinione
8 ibi, uers.sed iuxta hoc cadit solennis, ubi subdit,† quod si casus accideret, ipse consuleret quod possit peti pœnæ licet omnis diligentia adhibita foret. fatetur tamen, quòd Canonistæ tenent contrarium opinio.& quòd pœna nullatenus committatur, tenet Th.Ferracius in cautela 43. anno præterito, &c. dando cautelam adhibendi diligentiam, & idem consuluit Gozadinus in suo consil.27.in causa conductorum, & idem Dec.in consil.37.nu.8.in 2.vol.& plenè nouissime Paribus nunc Cardinalis dignissimus in suo consil.76.ser Sergius.in 3.vol.& hanc sequor opin.tanquam veridicā, & iuri cōsonā.

1 *Iudex promittens impunitatem delicti delinquenti, si delictum ipsum fatebitur, an teneatur talem promissionem obseruare.*
2 *Iudex prohibetur à iure remittere pœnam corporalem delinquenti, cum ad solum principem spectet id facere.*
3 *Iudex potest punire delinquentem, non obstante securitate sibi data, & ideo si dedit saluum conductum homicidæ, & demum fecit ipsum decapitari, bene facit.*
4 *Iudex licet non teneatur obseruare promissionam impunitatis delicti in foro cōtentioso, attamen in foro conscientiæ tenetur obseruare.*
5 *Papa Alexander tertius promisit impunitatem simoniæ cuidā episcope*

scopo simoniaco, & sibi secrete confesso si idem confiteretur coram Cardinalibus & quia confessus est, ipsum deposuit.

6 *Iudex promittens delinquenti remittere delictum, si illud confitebitur si tamen confitetur illud, poterit ipsum damnare.*

7 *Persona publica tenetur suam promissionem, & fidem seruare cuicunque personae.*

8 *Confessus delictum, poterit suam confessionem reuocare, si in ea sponte non perseuerauit.*

Iudex omnino tenetur suam promissionem impunitatis delicti obseruare, ibid.

9 *Inquisitus, qui ad persuasionem iudicis confessus est delictum perpetrasse, si reuocat confessionem per ipsum factam modo praedicto asserendo fuisse extortam per iudicem, qui confiteri sibi persuasit ab honorem curiae, uel ob aliam causam, & quod poena non timeret, quia ipsum liberaret, alias quod torqueretur, poterit bene reuocare, nec condemnari poterit.*

10 *Confessus delictum ad persuasionem iudicis, qui promisit impunitatem ipsius delicti si confitebitur non poterit, si reuocat confessionem ipsam uirtute talis confessionis condemnari.*

QVAESTIO III.

1 Notabilis, & pulchra quaestio se offert, cuius virtutem hucusque decidere ausus non sum. An iudex habens aliquem inquisitum de crimine in eius fortia, ipsum persuadendo, & inducendo, ut crimen fateretur, quia eidem illud indulgeret, & liberaret non obstante confessione, si demum persuasione huiusmodi inductus delictum confessus est, possit iudex ipsum punire, nō obstante promissione impunitatis eidem facta. Et certe prima fronte uideretur dicendum, iudicem ipsum non arctari ad obseruantiam suae promissionis praedictae, per tex. in c. nō est obligatorium contra praestitum iuramentum, & in ca. in malis promissis, fidem non expedit obseruari, de regulis iuris in 6 maxime, cum sit contra bonum publicum, secundū q malesicia non debent inulta pertransire, l. per omnes, C. de defens. ciuit. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam. Hinc est, quod pacta contra publicam utilitatem, etiam si iuramēto vallata sunt,

sint minime seruari debent, ut dicit Bar. in l. siquis pro eo, ff. de fideiuss. & in l. 1. §. 1. ff. de dolo. concurrente præsertim iu-
2 ris dispositione † per quam prohibetur iudex remittere pœnã corporalem delinquenti, cum id pertineat ad solum principem, per l. fi. in fi. ff. de q. cum ibi relatis per gl. & in l. 2. C. de deserto. lib. 12. l. 2. C. de commerc. & in l. 2. C. ne S. Bapt. reite. Ita dixit And. de Iser. in constitutio. regni, si quis in poste rum, & refert etiam, & sequitur Paris de Puteo in suo tract. sind. in uerbo, tortura, in versicul. est aduertendum quòd iudex, & idem Paris in eo. tract. sind. in ult. uerbo, tortura, in c. sequitur q. quotidiana, sub finem d. tract. & idem ante ipsum tenuit Cynus, in l. præsenti. de his, qui ad eccles. con-
3 fug. & ibi dixit, † quòd possit iudex punire delinquentem, non obstante securitate sibi data, per l. 1. ff. de dol. & ibi subdit Cynus, ꝙ iudex, qui dedit saluum conductum homicidæ, & deinde fecit ipsum decapitari, bene fecit, per gl. in authent. de mand. princip. §. hominibus, & refert idem Paris in eodem tractat. sind. in verbo.: saluus conductus, subdit tamen, quòd alij tenent contrarium, quia debet sibi dari securitas, per l. is, qui reus, ff. de pub. iud. Bald. in l. 1. ff. de dol. & idem tenet Raphael in d. l. præsenti, referendo disputationẽ Oldr. secundum Alb. ibi. & idem tenet Cott. in memo. suis in verbo: dolum bonum, & dicit Imol. in l. is, qui reus, ff. de
4 publ. iudic. quòd licet † non teneatur iudex seruare dictam promissionem in foro contentioso, per id, quod habetur in l. ius publicum, ff. de pactis, & facit gl. in c. cupientes, in verbo, malignantium, de elect. in 6. tamen in foro conscientiæ putat oppositum, quia non licet mentiri, c. 1. 22. q. 2. & ideo dicit mirabiliter Arch. post Vgutium in c. vtilem, 22. q. 2. ꝙ
5 Alexand. Papa III. promisit impunitatem cuidam episcopo simoniaco ei secreto confesso, si idem confiteretur, corã Cardin. quod cum prædictus episcopus fecisset, fuit depositus per prædictum Papam Alexand. nec excusatur à dolo, secundum ipsos, per d. tex. vbi utilis simulatio laudatur: quod videtur procedere, etiam si iudex iurasset non punire, ut d. Paris in d. verb. & tortùra, & in c. quia plerunque, & in c. aduertendum est. ubi dicit, quòd non tenetur seruare iuramentum, maxime homicidæ. & idem citat idem Paris, in verbo, saluus

saluus

saluus conductus. Eandem opin.tenere uidetur Fel.in c.accedens.lo.2.vt lite non contest. & in c. afferte,de præsumpt. vbi refert idem de Papa Alex.I I I. & facit quod not.Dom. post Vgut.& Arch.in c.nos in quenquam in fi.2.q. 1.dicen-
6 tes † quòd iudex promittens delinquenti remittere delictũ, illud confitebitur,ex tali confessione poterit ipsum damnare,& excusabitur iudex à tali simulatione, per prædictum c. vtilem, tamen subdit se uidisse aliquos iudices,qui execrantur talem simulationem. Sed quod teneatur iudex dictam
7 promissionem seruare,† adduco,nam publica persona tenet suam promissionem,& fidem seruare cuicunq; personę, etiã hosti,per doctr.Bart.& omnium in l.conuentionem,ff.de pactis,& ibi expresse Ias.sed iudex dicitur persona publica,ergo &c.& ꝙ quod teneatur iudex dictam promissionem seruare,firmat Iaco.de Belu.in sua practia: causarum crim. in rubr.de q.Dynus in suo tract.de quæstio. ubi admonet iudices abstinere à præfatis persuasionibus in spẽ; sed generaliter interrogent, qui crimen commiserint,per text. in l.1.§. quæstionem habiturus,ff. de quæstio. ubi dicit text. quòd videtur magis extorquentis,& suggerentis, quam requirentis,& facit, l.1.§ persuadere. de seruo corrupto, & l.prius,cũ ibi not.ff.ad Sillan.& sequitur recte intuenti Paris in præallegato uerbo:tortura,in uers.sequitur,q.quotidiana.ubi con
8 cludit, quod potest † taliter confessus reuocare huiusmodi confessionem,si in ea sponte non perseuerauerit.Et ꝙ omnino teneatur iudex dictam suam promissionem impunitatis seruare, consul.Ioan.de Imol.in suo consil.109.uisa inquis. pręfata.ex quo uirtute talis confessionis dolose extortæ nõ poterit condemnari.& faciunt bene dicta Nicol. Mil. in repert.suo,in uerbo,confessio persuasione aduersarij.Idem tenet Paris in eod.tract.in verbo,saluus conductus.Mars.in l. 1.§ q.ff.de quæstio.& in sing.suo.201.in confessum.subdẽs, quod non meminit hoc dictum aliás uidisse,& est singul.& aureum,& quod non tenet talis cõfessio,& tenet idem Marsil.in sua pract. causarum crim.pro qua doctrina facit in arg. tex.not.in l.si supra.de consti.pec.& idem Marsil.in §. post-
9 quam,& ideo si inquisitus reuocat cõfessionem per ipsum factam modo prædicto, asserendo ipsam extortam per iudicem,

cem, qui confiteri sibi persuasit ob honorem curiæ, uel ob aliam causam,& q de pœna non timeret,quia ipsum liberaret,aliàs q torqueretur,& sic dicit. confessionem extortam per deceptionem iudicis, dicit.q potest reuocare, ita firmat Dynus,vt supra admonendo iudices,& idem sequitur Marsi. in l.si quis obrepserit,ff.ad l.Corn.de fals. & in rub.de prob. & idem consul in suo consi.14.& in consi.32.quia iudex,q taliter obripuit dicto inquisito, nihil egit, ut dicit Ioannes
10 de Imol.in prææalleg.suo consil.ubi etiam subdit,quòd† virtute talis confessionis,ita dolose extortæ,non poterit condẽnari.Et ista opinio uidetur uerior,prout refert, & firmat per multa Dec.in reg.ea,quæ,ff.de regulis iuris.Ob cuius præclarissimi uiri auctoritatem,eandem opinionem amplector,mihi uisam ueridicam,& iuri consonam, & magnam æquitatem continentiæ ex præmissis,&c.

Consilia duo eiusdem Dom. Thom. Grammatici in materia foriudicationis.

1 *Consanguinei,& amici citantur in actibus præiudicialibus,dum iudex vult procedere contra inquisitum absentem.*

2 *Citatus eo tunc quod quis est,potest comparere,& dicere,seu contradicere,seu allegare quæ sibi incumbunt, etiam quod alias esset inhabilis ad comparendum.*

3 *Nuncius si simpliciter refert se domi citasse, alis citatio non tenet, sed debet dicere se citasse domi solitæ habitationis.*

4 *Nuncius dum refert citasse quem domi, quoniam ipsum non reperit de persona,debet dicere in relatione cui de domo intimauit citationem,alias non valet intimmatio.*

5 *Nuncius debet citare in domo solitæ habitationis,vbi quis moriatur, cum uxore,& familia,& debet exigere iuramentum à familiaribus, ut quamprimum poterunt notificent citationẽ citato absenti*

6 *Nuncius debet referre perquisiuisse citandum, & non reperisse personaliter,& ideo domi citasse,alias si omittitur talis perquisitio, redditur citatio nulla.*

7 *Qualitas dum requiritur in aliquo actu, necesse est ante omnia de ea constare.*

8 *Cita-*

8 *Citatio si redditur nulla, pariter & contumacia ex ea prouenient.* *Citationis defectus est defectus iuris naturalis, ibid.*
9 *Actus iudiciales nulli, nullum producunt effectum.*
10 *Nuncij relatio est de forma substantialis citationis.*
11 *Nuncij relatio debet esse certa, & clara.*
12 *Nuncij relatio debet fieri iudici, vel actuario, nu. 13.*
14 *Nuncij relatio debet esse scripta per actuarium causæ.*
15 *Annus contumaciæ ad hoc vt bona perdantur per inquisitum, elapso anno ad hoc vt possit procedi ad foriudicationem, intelligitur incipere à die annotationis bonorum, & non à die prolatæ contumaciæ, nu. 16.*
17 *Foriudicatio ad hoc vt fieri, possit requiritur quòd bannum fuerit publicatum per loca publica ciuitatis, nec sufficit publicatum fuisse voce præconia in curia.*
18 *Stylus contrarius, seu consuetudo contraria constitutioni, non potest induci seu allegari, nu. 19.*
20 *Stylus, & obseruantia ad hoc vt seruentur requiritur confirmatio auctoritate principis, mediante sua constitutione, seu ordinatione.* *Iudex quod debeat facere antequam procedat contra contumacem, & ipsum ab omnibus exceptionibus, & iuribus excludat, ibid.*
21 *Defectus in syllaba solemnitatum quæ requiruntur, vitiat in totũ.*
22 *Ex ficta confessione per contumaciam nullam propter inordinatum processum, non potest sequi aliqua sententia.*
23 *Iudex dum vult condemnare absentem, debet considerare an absentia processerit ex metu vel ex conscientia delicti, vel si accusator causam fugæ dedisset.*
24 *Si ex forma statuti nemo in criminalibus debet admitti ad aliqua exceptiones, nisi personaliter compareat, tamen si est citatus clericus, potest implorari officium iudicis vt capiatur informatio qualiter inquisitus est clericus, vel quòd occisus ab eo erat bannitus, & sic poterat impune occidi.* *Si ex forma statuti quis non admittitur ad excipiendum nisi satisdet, poterit tamen implorare officium iudicis, cum officium, & exceptio differant realiter, & essentialiter, ibi.*
25 *Statuto dictante quòd in causa criminali non admittatur procurator ad aliquam exceptionem seu declinatoriam opponendam, sed debeat principalis personaliter comparere, poterit tamen procurator comparere implorando officium iudicis, nu. 26.*

27 *Princeps laicus, & iudex non possunt imponere legem personis ecclesiasticis, quia non sunt, nec esse possunt de eorum iurisdictione.*

28 *Statutum laicorum in fauorem ecclesiæ non valet.*

29 *Iudex laicus etiam de consensu episcopi non habet iurisdictionem in clericum, nec etiam de consensu Papæ.*

30 *Imperator non potest facere quòd clericus committens læsæ maiestatis, puniatur per iudicem laicum, tamen conuentum fuit inter regem regni & Papam, seu Romanam eccl. in inuestitura, quòd rex nullam habeat iurisd. in clericum, nisi ratione feudi, nu. 31.*

32 *Clerici, & eorum bona sunt exempta à legibus imperialibus. nec earum legem pœnalem recipere tenentur, nu. 33.*

34 *Clericus citatus per iudicem secularem, si non declinat forum, debet puniri extraordinarie tanquam transgressor canonis.*

35 *Clericus citatus per iudicem laicum non tenetur comparere, nec contumax reputari potest, nu. 36.*

37 *Clerici comparitio coram iudice seculari non est licita, nec possibilis prorogatio.*

38 *Citatus si non est de iurisdictione citantis, non tenetur comparere. Processus iudicis secularis contra clericum non tenet, ibid.*

39 *Reus licet non possit proponere defensiones suas nisi personaliter compareat, tamen non ex hoc videtur prohibitum, quòd pro eius parte opponi possit de incompetentia iudicis.*

40 *Exceptio quòd quis sit exemptus à iurisd. citantis, potest opponi per quemlibet etiam infamem, maxime quando talis exceptio est notoria, vt quia ex actis apparet.*

41 *Notorium est illud quod ex actis apparet, nu 42.*

43 *Statutum reÿciens exceptionem nullitatis, non reÿcit eam quæ ex actis apparet.*

44 *Clericus citatus per laicum non tenetur comparere, etiam ad allegandum priuilegium clericatus.*

45 *Exceptio incompetentiæ iudicis potest opponi per procuratorem. nume. 46.*

47 *Exceptio nullitatis ex incompetentia iudicis si de ea in promptu appa et, impedit executionem sententiæ. Nullitas ex incompetentia iudicis, est maior quæ possit esse in mundo, ibidem.*

48 *Exceptio nullitatis licet non admittatur contra tres sententias conformes, tamen admittitur quando est ex incompetentia iudicis.*

49 *Defen-*

49 *Defensio quæ constat ex actis, potest allegari quemlibet, etiam inhabilem, vt minorem, & mulierem.*

50 *Qualitas quæ requiritur in aliquo facto ex dispositione legis, vel statuti, non sufficit probari factum, nisi probetur etiam qualitas, nume.51.52.*

53 *Qualitas quæ fundat, & priuat iurisdictionem, debet ante omnia constare.*

54 *Iudex debet esse certus, & non dubitare de sua iurisdictione.*

55 *Lex siue statutum dictans bannimus omnes assassinos, seu latrones, habet locum in illis qui sunt culpati per sententiam, vel confessionem in iudicio factam, vel euidentiam facti, seu legitimis probationibus conuicti.*

56 *Iudex antequam procedatur contra contumacem, debet aduertere quòd si in eo sit aliqua qualitas delictum aggrauãs, quòd de illa qualitate vere constet.*

Inquisitus vt possit foriudicari, requiritur quòd fuerit citatus per iudicem habentem iurisdict. in eum tempore quo ipsum citauit.ibid.

57 *Lex faciens mentionem de aliquo actu faciendo per aliquem, intelligitur, dummodo ille fuerit habilis eo tempore, & non ex post facto, num.58.*

59 *Assassinus quis dicatur.*

60 *Mandatorem homicidij, seu assassinij licet non requiratur pronunciari incurrisse pœnas, de quibus in c. pro humani. de homic. in 6 tamen requiritur quòd declaretur ipsum mandatorem ita mandasse, & illud esse probatum, nu. 60.*

61 *Socius criminis, licet in aliquibus casibus probet contra socium malæ famæ, tamen intelligitur in socio criminis, aliàs non infami ex alijs delictis Statuto extante, in libro mercatoris plena fides adhibeatur pro scribente, intelligitur dũmodo ille mercator sit bonæ fame ibi.*

62 *Socius criminis in casu quo posset recipi in subsidium, quia aliter veritas haberi non potest, tamen quando esset criminosus, non admitteretur.*

63 *Iudex, etiam nemine petente, debet se informare de conditione inquisiti, quando nominatur per sociũ criminis, & si reperit ipsum esse bonæ famæ, talis nominatio non operatur aliquid contra ipsum.*

64 *Testis examinatus parte non citata, nullum facit indicium.*

65 *Talis quis non potest dici nisi fuerit per prius pronunciatus pro tali.*

67 *Argumenta quæ dicantur, nu.68.*

69 *Iudex debebat inquirere de innocentia inquisiti, etiam absentis, nu me. 70. 71.*
72 *Procurator, & informator de defensionibus absentis potest interuenire in causa criminali.*
73 *Exculpatio licet non prosit exculpanti, prodest tamen exculpato.*
74 *Constitutus in mortis articulo non præsumitur mentiri, nu. 75.*
76 *Exceptio declinatoria, quæ apparet notorie ex actis, potest opponi per procuratorem, etiam in causa crimin.*

CONSILIVM I.

INcomprehensibilis Dei suffragio repetito Amē. In cā magn. & venerabilis clerici Pyrrhi Loysij citati ad allegandū causam, quare ad sñiam foriudicationis contra ipsum ꝓcedi non debeat, ex cā contumaciæ, super inquisitione formata p magnam cur. vic. de homicidio, & assassinio, ipso in contumaciā ꝑsistente p anni circulū. Citatisq; igitur ipso Pyrrho Loysio in domo
1 ac ēt eius coniunctis † & amicis, prout de iure requiritur in actis præiudicialibus, dum ꝓceditur contra absentem, vt d. gl. in cle. 1. de iud. & in c. fi. vbi ēt Inn. extra, de eo qui mi. in poss. cau. rei ser. gl. in c. causam, extra, de do. & cont & ibi Io. And. Pau. dē Leaz. in cle. cām. de elec. & ꝓbatur bene in l. si fi nita, §. Iul. ff. de dā. inf. p d. Hos. in d. c. fi. de eo qui mit. in pos. & optime Inn. & Pan. in c. consul. de of. del. Sicq; cōparente mag. Ant. eius fratre, vno excitatis; aduersus citationē prædi ctā sibi, & alijs coniunctis intima tā vt supra, opposuit infra scriptas nullitates, allegando citatione primo loco, factā, & successiue contumaciā eius virtute secutā fuisse, & esse nullā ex plurib. vt infra. Præmittendo ante oīa, ꝙ cū Ant. ipse citatus fuerit ad hoc ad instantiā regij fisci, habet legitimā ꝑsonā comparendi & contradicendi aduersus citationē ꝑdictā;
2 cū eo ipso ꝙ quis fuit citatus, seu † intimatus, sibi cōpetit cōparere, & contradicere q̄ incumbunt, ēt ꝙ aliàs esset inhabilis. doctrina est pulchra Ang. in l. filiusfa. §. ad defendendum, ff. de ꝓcu. & clarius, & melius in l. si suspecta, vers. qn̄ vocatur, ff. de inof. test. & Bal. in l. ij. circa fi. C. de pact. post Inno. in c. cū inter possessorem, extra, de exce. sequitur Mar. Soci.

in

in c.qm̄ frequenter, §.quod si super.extra vt lite non conte sicq; allegantur per ipsum fiatrem infrascriptæ nullitates.

3 Et primo in calce ipsius citationis † nuncius citans, retulit ipsum domi citasse, nec dixit domi solitæ habitationis, prout requiritur ex doctr.Bar.in l.4.§.prætor ait, ff. de dam.inf. & est cōst.regni citationis literæ, & ibi An.de If.Luc. de Pe. in l.j.C.de cur.& statio.lib.12.Et maxime in casu p̄senti in quo nuncius ipse minime expræssit nomen alicuius de domo, cui citationē ipsam notificauerint prout in alia præcedenti citatione obseruauit, dicendo illam intimasse domi eius patris, & idem cōsueuit sp̄ magna cu.ipsa seruare, p̄ut ēt obseruauit in alia citatione super eodem facto emanata contra Federicum, in qua nuncius refert ipsum citasse domi

4 solitę habitationis concurrente igitur iuris dispōne, † vt in citatione domi facta, teneatur nuncius referre, & noīare cui de domo citationem ipsam notificauerit, vt dic.Ant.de But. in c.fi.extra, de eo qui mitti.in poss.refert, & sequit̄ Marian. Soc.in tract.citat.art.17.vers.circa septimam speciē subdens ita seruari de cōsuetudine, prout ēt seruauit ipsa magna cu. in præcedentibus citationibus, & iō non ab re emanauit notorium decretum S.cons.vt exprimi debeat nomen illius de domo, cui intimata sit citatio pro absente, alias citatio ipsa non teneat. Item & tertia nullitas, nam ex dispōne constō-

5 nis citationis literę, † cautū est citationem domi fieri posse dum hr̄i non pōt copia personæ citandæ, qa tunc debet fieri citatio in domo vbi moram trahit citandus cum eius familia, & vxore, recepto tñ iuro à familiaribus, vt quāprimū poterunt notificabunt citato prout est de mente. Bal.in l. diffamari, C.de ing.manumis.in ver.vocitasse, & ideo dum in citatione continentur verba illa, citet & referat in forma, recipiunt interpretationem, vt nuncius perquirere debeat citandum personaliter inuenire, & eo nō reperto citare in domo solitæ habitationis, ita ad literam Bar.in l.4.§.prætor ait.vbi etiam.Alexandr. ff. de damno infect. vbi Alexandr. subdit, hanc esse communem opinionem. Idem voluerunt Anton.de Butri & Abb.in capitu.cum causam, de dolo & contu.

6 † Et ibi subdunt citationem factam non seruata forma circa inquisitionem citandi non tenere, in tantum

quòd tunc sufficiet citatio facta domi, si nũcius facta debitã per inquisitione vt ipsum personaliter citare potuisset, non reperit, de qua perinquisitione nuncius ipse relationem facere debet in calce citationis, non reperisse de persona, & iõ domi citasse. Idem sequitur Dec. magistraliter locutus in c. cõparati. extra, de app. subdens, ꝙ citatio facta domi non tenet, nisi in subsidium. Et ideo pulchre dixit Pau. de Leaz. in clem. causam, de elect. ꝙ omissio talis perinquisitionis ad personaliter citandum, vitiat, & reddit processum nullum. Idem consul. Abb. in suo consi. 84. vol. 2. & plene Alexan. in consi. 2. vol. 3. circa primum. referens ex præmissis annullasse quendam processum. vnde cum nuncius simpliciter retulerit citasse Pyrrhum Loysium domi, nec apparet seruasse formam præmissæ perquisitionis, ideo huiusmodi citatio, relatio, & contumacia inde secutæ, ruunt, & sunt nullæ, ex quo de præmissa qualitate perquisitionis personalis requirebatur ante omnia apparere, ex quo dum in aliquo actu re-
7 quiritur aliqua † qualitas, necesse est per prius de qualitate ipsa constare, vt d. Ang. in l. j. §. si quis neget, ff. quemadmod. test. aper. sequitur Alex. consi. 82. 2. col. 1. vol. & sic data nullitate citationis, redditur contumacia nulla. vt dicit Bald. in l. j. in fi. ff. si quis dic non obtemp. per l. vir bonus, ff. de iud.
8 sol. & ideo vitiata prima † citatione non tenet processus in contumacia factus, ita Bal. in auth. si omnes, C. vt se ab hær. abst. Affl. in const. causas, in 5. not. in fi. defectus. n. citationis, est defectus iur. nat. clem. pastoralis, de re iud. Alex. in l. iuste
9 possidet. ff. de acq. poss. & ideo actus † iudiciales nulli nullũ producunt effectum, dixit Bal. in l. j. C. ne ex del. def. & ideo citatio minus legitime facta, habetur pro nulla, dixit Bal. in l. properandum, §. & siquidem, C. de iud. post Inn. quem ipse alleg. in c. præterea, de dil. & ad præmissorum corroboratio-
10 nem, † adducitur relationem nuncij esse de forma substantiali citationis, vt dicit Barto. in l. hęc autem. §. j. ff. ex quibus caus. in pos. eatur, & melius in l. multum interest, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, Phil. Franc. in c. cum parat. extra, de appel. ver. circa quartum. & ibi Præpositus, & quòd relatio præfata vt supra facta sit nulla apparet, quia relatio
11 † debet esse certa, & clara, vt d. Alex. in d. consi. 2. circa primum,

mum,3.vol.& Soc. in tract. citat. art. 13. circa fin. nume. 4.
12 Quod maxime procedit,& quarto, † cum non appareat cui dicta relatio facta sit,si iudici,vel actuario causæ, vt d.Bart. in l.si finita,§.Iulianus,ver.iuxta prædicta quęro. ff. de dam. infect.& ibi Ioan.de Imo.subdit opi.istam Bar.esse veram, & ꝙ eam consuetudo approbauit.& ipsam etiam tenet Sal. in l.præcipimus,§.in his,C.de appel. & ibi Bal. in vers. not. tex.ibi excipere.Ang.in l.cum satis.C.de agr.& cens. Fely. &
13 Abb.in c.quoniam † contra.extra,de probat Et minime apparet relationem ipsam fuisse factam iudici prout requiritur.Ang.in d.§.Iulianus,& const.citationes literæ, ibi dum dr̃ tanti rescribi.Item ruit,& quinto,ex alio,cum non appa-
14 reat relatio ipsa scripta per actuarium cãæ, † nec apparet p̃ qué scripta fuerit,vt dicunt Sal.& Bal.in l.dies festos, C. de fer.& sequitur Alex.in l.j.§.nunciatio,ff.de no.oper.nunc. & Ang.ante eum in d.§.Iulian.& Guid.Papę.in suo consil.36. in fi.ver.3 quæro,vbi subdit,ꝙ relatio nuncij debet scribi p̃ notarium in actis causæ,cum sit de processu,& actis.Idẽ con sul.Abb.in consi.112.& ita seruat ipsa magna cur. prout in eademmet causa seruasse apparet in religione nuncij facta in calce citationis factæ contra Fed.prætensum sociũ criminis,dum in religione ipsa dr̃,ꝙ nuncius retulit mihi Clemẽti copulæ actuario causæ se citasse prædictum Feder. in domo.Circa 6.fuit inquisitus ipse condemnatus ad tertiã partem bonorum suorum,& declaratum omnia eius bona tam mobilia,quam stabilia ad opus Aegij fisci vsque ad anni circulum esse annotanda,& describenda,& tamen nulla fuit facta annotatio,seu descriptio,ad hoc,vt potuisset ad foriud. procedi,ex quo vt possit quis foriudicari, dum per annum
15 †in cõtumaciam perseuerauit,annus ipse numerari debet, vt incipiat à die annotationis bonorum ipsius contomacis, vt d.const.regni,grandis vtilitas. sub rubr. de pœna contuma.in cau.crim.in ver.annotationis.vbi plenè Affl.in 6. no. declarat,& meminit d.constit.dicere,quòd annus ad purgãdum contumaciam datus citato contumacij, incipit currere a die factæ annotationis bonorum,& non à die quo declaratur contumax,& quòd requiritur, quòd dicta annotatio peruenerit ad sui notitiã,ex quo præsumitur peruenisse eo

ipſo quòd fuit citatus perſonaliter, vel in domo, iuxta conſtitu. citationis literæ, & ita etiam firmat ibi gloſ. ſuper d. verſicu. annotationis. & plus ſubdit Afflict. in tantum hoc
16 procedere, quòd † ſi bannitus non haberet bona, tamen curia debet ſcribi facere in actis, quòd non fuerunt reperta bona, & ſic non potuit fieri annotatio, & ſic ſi veniet in faciem, ſeu fortiam curiæ, punietur in corpore, vt in l. 2. ff. de pœn. ita concludit Afflict. in d. conſtitu. grandis, 5. colum. verſicu.
17 ſed quid ſi iſte. Septima, quod poſt contumaciam † contractam, & bannum, & effectum, vt quis poſſit foriudicari, requiritur bannum ipſum publicari per loca publica ciuitatis, vt tenet in ſpecie Andræ. de Iſern. in conſtitu. regni. pœnam eorum. vbi dicit, quod ad hunc effectum non ſufficit publicatio banni in curia voce præconia, ſed debet publicari per loca publica ciuitatis, & ita apparet pluries fuiſſe obſeruatum per ipſam magnam curiam annis elapſis, dum per ſedilia ciuitatis, & alia loca publica, contumaces publicari faciebat, & forbanniebat, & demum ob ſupinam ignorantiam, imò craſſam fiſci patroni id non procurantis, à tanto bono opere dicta magna curia deſtitit. Nec poſſet fiſcus, aut quærulator ſe tueri, quòd interdum in magna curia ipſa non apparent aliqua ex præmiſſis fuiſſe ſeruata, cum attendi non debeat quid interdum ſeruatum fuerit in præteritum, ſed quid ſeruari debeat, vt dicit pulchrè Abba. in capitul. cauſam, extra, de election. vbi ſubdit hoc facere contra fundantes ſe in obſeruantia, ſeu ſuper obſeruantia. Et ſi in aliquo caſu id ita fuiſſet vt prætenditur, potuiſſet procedere, quia oppoſitum, ſeu contradictum non fuit, & nihilominus allegare inconue-
18 niens non eſt ſoluere, maxime cum aduerſus † regni conſtitutio. & Andræ. de Iſern. Euangeliſtam in regno, allegari ſeu induci non poteſt abuſus, ſeu conſuetudo, aut obſeruantia in contrarium ipſis conſtitutio. per text. gloſ. & Andræ. in procem. ipſarum conſtitution in §. cum igitur, in verſicul. conſuetudinibus. & ibi gloſ. idem firmat. Andræ. in conſtitution. in locis demanij. & etiam in præludibus feud. in 6. q. in fi. & ambobus locis expreſſe ſubdit, quòd cõſuetudo contraria conſtitutionibus regni, non tenet, nec ſeruari

uari

uari debet, & maxime cum huiusmodi stylus esset contra ius,& sic tanto magis seruari non debet, cum non teneat,vt
20 pulchre d.Alex.in consil.36.vol.2.Item ad hoc vt stylus † siue obseruantia aliqua sit seruandus,requiritur quòd sit cõfirmatus auctoritate superioris, mediante sua aliqua constitutione,seu confirmatione,ut inquit Alb.de Ros. in dictionario suo,in vers.curia: vbi subdit non esse necesse allegare,q̃ ita seruet curia Romana,& ita seruandum sit, nisi de hoc appareat per modum declarationis & constitutione procedere. idem refert, & sequitur Iason. satis magnifaciendo hoc dictum, in l. prima. C. de summa Trinitat. & fide catholic. Felyn.in capitu.secundo rescriptis,in versicu.stylus, & in capitu.Rodulfus,eodem.tit.& ideo d.Bal.in l.fi.C. quæ sit longa consuet.q̃ practica alicuius curiæ confirmata auctoritate episcopi,aut alterius superioris dicitur stylus,seu ritus.allegat idem tenere Cy.in d.l.2.eod.tit. Et ideo satis pulchre, & prudenter locutus excellens doctor Guliel. Bened. in sua solemni repet.c.Raynutius,de test.in ver.mortuo itaq; testatore,nu 160.in terminis proprijs,quasi prophetando casum hunc,inquit formaliter, quòd antequam iudex contra contumacem ad sententiam procedat, & ipsum conuictum, & confessum de crimine habeat,& ab omnibus exceptionibus ipsum exclusum declaret, super omnia aduertere debeat vt recte,& bene fuerit ordo edictorum,& sic citationum seruatus,& debite executus,p l.4 §.prætor ait.& ibi Bar.ff.de dãn. inf.& l.ad peremptorium,cum sequ.de iud. alias sequi non posset condemnatio,cum nihil sit immutandum ex solenni
21 bus,& sic deficiatur † in syllaba, censetur defectum in tota causa , cum ea quæ sunt de forma, mutari,aut diminui non possint.

22 Ex quo ex ficta † & interpretata confessione ex contumacia surgente per inordinatum processum , nulla potest sequi sententia , & si ferretur esset nulla secundum Bald.singulariter in addit.Specul. in titul.de accus.§.& not. quòd actio.versicul.& not. quòd ibi libellus. & facit quod ipse dicit in l.errorum,in fin.C.de iur. & fac.ign. Ita magistraliter monendo iudices in casu præmisso, & proprie ac si esset regnicola, dicit Guliel. prædictus, & ibi plus subdit, quòd

23 q si reus citatus non comparet, debet iudex† considerare si illa eius absentia fuerit uoluntaria, & metu pœnę delicti se absentauerit, vel si ex alia causa recesserit, quia tunc non debet censeri contumax ex absentia iusta, & excusabili, vt si accusator causam fugæ dedisset, vt pulchre. consul. Pet. de Anch. in cons. 409. probata tanta sæuitia, & ibi loquitur de viro cuius sæuitia uxor aufugit, & demū ipsam de furto, & adulterio, & alijs accusauit. Idq. secutus quærulator puer male præcinctus, & pessime consiliatus, quærelam principaliter aduersus propriam matrem de adulterio cū incestu exposuit, & successiue de homicid. cum assassinio in personam eius patris, ut matrem ipsam dote propria ac iuribus dotalib. priuaret, prout in specie de priuatione prædicta litem mouit in S.R.C. & pertinaciter prosequitur coram domino Io. Martiali causæ commissario, & pariter quærelam de prætenso homicidio exposuit in eadem magn. cur. contra ipsum nobilē Pyrrhum Loysium, necnon contra nobilem Marcum eius patrum maternis eiusdem fratrem, & ipsos ambos in una eademq, citatione citari recepturos copia capitulorum super homic. præfato obtinuit. Quibus citatis dum comparuisset Marchus ipse, fuit careratus, quo audito per ipsum Pyrrhū Loysium cogitauit minime se committere periculo. i. discretioni iud. mag. cur. habentium amplum, & liberum arbitriū procedendi ad carcerem, & ad torturam, non datis defensionibus ob qd' quærulator nouissime nouam quęrelam cōtra eundem Pyrrhum Loysium, de adult. cum incestu inculcauit, ac etiam de assassinio, ut eundem timidiorem reddederet, unde sumus in simili casu cons. Pet. de Anch. qui concludit in præalleg. cons. 409. q talis sententia lata in contumaciam præfatæ uxoris, fuit nulla, cum eius absentia, seu fuga per metum processerit, & sic in proposito nostro ex causa carcerationis prędicti Marci detenti iam per bimestre, & plus, & demum excarcerati ob eius innocentia, & ex eisdemet actis quibus carceratus fuerat absque alijs defensionibus. Si Pyrrhus Loysius ipse expectare debebat, ipse quoq; carceri, vel accedere ad Cæs. prout eius excusator in petitione absentiæ allegauit, & minime auditus fuit, ob q nulliter processum fuit per dictam mag. cur. reiecta petitione absentiæ, &

eundem

eundem contumacem reputando,& ob qđ resultare apparet octaua nullitas,& ualidissimas. Nona,Allegātur acta notoria,fabricata in ea.mag.cur.& ibidem existentia,& iam decisa;& quæ ad maioris cautelæ suffragium reproducuntur implorato insuper officio iudicis,ut ex documentis,& actis in ea decisis,& cum notorio eius decreto, & recusatum fuit, acta ipsa reproducta recipere,sicq. velit mag.cur. ipsa se informare de bullis clericatus,& beneficij ipsius Pyrrhi Loysij, & de decreto remissionis ipsius,alias lato per eandem mag. cur.ad iudicem eccl.Neap. ad quē fuit p.o alia causa remissus per omnes quatuor iudices, etiam cum interuentu fisci patroni,quę acta originalia.& decretum,conseruantur in bācha egregij Massentij de Caro scribæ fiscalis tunc actuarij illius causæ.Ex quibus,& decima nullitate præmissa,declarari debet citationes prędictas, & contumacias subsecutas ex eis esse nullas,nulliusq. roboris,& momēti,ut infra plenius demostrabitur. Et licet acta notoria existentia in curia possint per quemlibet etiam inhabilem allegari, ut infra plenè in iure demostrabitur,fuit tandem officium mag.cur.imploratum,prout nos docet Ang.in l.planè.ff.de pet. her.& ideo
24 si ex forma†statuti in criminalibus nemo debet admitti ad aliquas exceptiones proponendas, nisi personaliter compareat,ꝙ tamen si ille qui citatur est clericus, poterit implorare officium iudicis, ut iudex ipse capiat informationem ꝙ ipse inquisitus est clericus,vel ꝙ occisus ab eo erat bānitus, & sic impune occidi poterat. Idem reperio tenuisse Angel. met.in l.filiusf.§.veterani.ibi,aliud est, ff.de proc.& Bal.in l. 3.vers.sed quęro tunc,C.de acc.Ita etiam singulariter voluit Ias.in l.ubi pactum,C.de transactio.& in l.1.ff.de iurisd.om. iud.& plus subdit Ang.in d.l.planè, ꝙ ipse fuit vsus d.pract. infinitis uicibus & allegat alios quamplures idem tenentes, & maxime:quia ille qui ex forma statuti non admittitur ad excipiendum nisi satisdet, ꝙ tamen potest implorare officiū iudicis cum officium,& exceptio differant realiter, & essentialiter.& ideo uolueret Spec.& Ioan.And.post eum in tit.de
25 instr.ed.§.fi.vers.sed quid si debitor,ꝙ stante statuto†ut in casa capitali non admittatur procurator ad aliquam exceptionem,seu declinatoriam opponendum, sed debeat principalis

-lis personaliter comparere, quod tamen si procurator compareat implorando officium iudicis, proculdubio admitti debet. Idem tenuit Alb. de Ros. post Iac. But. in l. si ff. de pet. her. Idem in omnibus punctualiter reperio tenere Mars. qui multa ex prędictis alleg. in repet. l. vnicæ. de rap. virg. & sic ex
26 supra relatis liquet, q † prohibita exceptione, seu appellatione non impeditur implorari officium iudic. vt se informare debeat de tali exceptione. & ideo aduocatus debet esse cautus in hoc, secundum Ang. Fulg. Mod. in l. nam & post ea, §. si damnetur, in fi. ff. de iureiur. Idem tenet Ang. in l. fi. ff. de pet. her. vbi subdit hoc esse menti tenendum, & q nunquam exeat de momoria. Nec suffragaretur fisco, aut quærulatori ritus magnę cur. vic. quo cauetur, ut clericus citatus teneatur personaliter comparere ad allegandum priuilegium clericatus, & curia ipsa cognoscit de clericatu allegato, nam nō ex hoc non audet ritus ipse vltra procedere, & non dicit, qd si clericus non comparet, possit magna cur. procedere contra ipsum citatum ad ulteriora, & contumacem reputare, cum
27 id minime facere potuisset, ex quo nec iudex laicus, † nec princeps potest imponere legem personis ecclesiast. cum nō sint, nec esse possint de iurisd. laici, nec potest aliquid eis imponi cōtra libertatem ecclesiæ, vt d. Pan. in c. graue, de sent. excomm. & in c. nouit. & in c. quæ ecclesiarum. de const. maxime, quia iurisd. non potest exerceri in non subditum, c. p venerabilem extra qui fil. sint leg. & firmat Fel. in d. c. quæ in
28 ecclesiarum, vers. 3. declar. gl. in c. dudum. de rebus eccles. nō alie. in 6. & ideo non valet statutum † laicorum etiam in fauorem ecclesiæ: quia Canonistæ non concedunt ut laici imponant falcem in messem eorum, ut not. in c. ecclesia S. Mariæ. de const. & tradit Arch. in c. 1. dist. 10. & ideo tex. in c. decimæ, 96. dist. inquit clericum non posse supponi diffinitionibus laicorum, vt late scribit Host. in summa. de iud. §. quæ
29 sit materia, & ibi concludit, quod etiam de consensu † episcopi non posset iudex laicus habere iurisdict. in clericum, ut in c. decernissimus, & in cap. quanto, de iudic. imò & plus etiam Papa minime id facere posset, ut clerici conueniantur, in curia seculari, & si faceret, minime posset eo casu iudex secularis de clericis cognoscere, ita dicit Card. & Abb.

in c.

in c.perpendimus,rep.de sent. excommun.refert,& sequitur Roma. in sing.suo,in verb. Papa, versic.quæro nunquid,ex quo clerici sunt exempti a legibus temporalibus, c.cum ecclesia,extra, de constit.secundum Bald. in c.clericus,de pace
30 tenen.& ideo princeps laicus,imò nec Imp.† nullam habet iurisdict.in personas ecclesiast.nec potest concedere legem, ꝙ clericus committens crimen læsæ maiest. puniri possit p iud.secularem,ita Bald.ubi supra,& hoc quia l.diuina cautũ est: Nolite tangere Christos meos i.clericus,ut not. in authen.de non alien.in princ. idem firmat Andr. de Iser. constit.regni,incip.de personis,sub rubr.ubi cler.in malef.conuen.deb.& alleg.consti.Fed.incip.statuimus.positam sub tit. C.de episc.& cler.& licet illam non loquatur quando cle-
31 ricus†commisit crimẽ læsæ maiest.tamen conuentum fait inter regem regni,& Rom.eccles.inuestitura,ꝙ Rex nullam aliquo casu habeat iurisd.in clericos,nisi ratione feudi,& tenet etiam Abb.in c.cum non ab homine. circa princ. extra, de iudic.& ita de conuentione prędicte in particulari dictat capit.regni,incip.Item statuimus ꝙ clerici,sub rubr.de non trah.cler. ad iudicia secul.nisi pro bonis feud. & l.1. dictum capit.Caroli esse ex conuentione habita inter S. Rom.ecclesiam,& dominum patrem nostrum,& est capit.Caroli principis Salerni primogeniti regis.Et facit bene quòd clericus legem pœnalem regis recipere non tenetur,vt dicit Inn. in c.
32 auditis.in princip.extra,de † in integ.restit.& quòd nedum personæ clericorum,uerum etiam,& eorum bona sunt exẽpta à legibus Imper.dicit Bald.in authent.licet nulla communitas,C.de sacrosanctis eccles.& not.in c.quamquam, de censib.in 6.Pan.in c.2.extra,de immu. eccles. & ideo clerici
33 † leges domini temporalis etiam in eorum fauorem dispo nentes recipere non tenentur,nisi per.ecclasiam Romanam approbatæ reperiantur,ut tradunt Ioan.Andr.& Ioan.Cald. in capit. 1.de not.oper.nunc Innoc.in capit. nouit, & in d. capitul.ecclesia sanctæ Mariæ, Alexand.in consilio 105. in quarto uolum. præsertim, quia personæ ecclesiasticæ non iudicantur secundum leges ciuiles, sed secundum Canones, vt nota. in capitulo quòd clericis, extra de foro competent. & in capitulo clerici, de iudic. & facit dictum

nec in pœnam contumaciæ,& minime obstabit bannum, licet sub nomine laici,cum non teneat,nec ualeat,ut d.Bald. in l.1.ff.si quis in ius uoc.non ierit Alexand.in consil.65.3. vol.& ideo dixit Bal.in l.si quis ex consensu.versicul.deinde not.C.de episc.aud.quòd citatus per iudicem incompetentem,si non comparet, & sit contumax,& ob contumaciam iudex illum ponat in banno,ex hoc non debet timere:quia ex quo acta sunt nulla, tanquam facta coram iudice incompetente,ex illa vera contumacia non orietur, nec aliquis pœnæ effectus. Vndecima nullitas:& urgentissima liquet, nam dum prætendatur ualida contumacia ipsius inquisiti sub colore quòd inquisitus fuit super prætenso assassinio, ut infra, nam cum appareat ex facie citationũ nunquam fuisse expeditam citationem aliquam contra ipsum super assassinio, & successiue nec super assassinio citatum fuisse, sequitur de necessitate,ꝙ citationes super homicidio prætenso, & successiue super adulterio,fuerunt nullæ,& pariter contumaciæ inde secutæ, unde citatis consanguineis ad allegandum causam, quare ad sententiam foriudicationis procedi non debuisset contra ipsum clericum Pyrrhum Loysium, comparuit eius patruus Marcus,unus ex citatis, & præmissas nullitates omnes allegauit,& quæ etiam in promptu per authentica documenta demonstrat, & ultra quòd notorie appareat ex actis eiusdem magnæ cur.denegari non potest quin admittatur,cum ex iuris dispositione omnino admitti debeat, prout singulariter dixit Bald.in l.reos,C. de accus.ubi dixit,
39 †pro licet reus non possit proponere defensiones in causa capitali uirtute statuti , nisi personaliter compareat, non ex hoc apparet prohibitus per alium proponere exceptionem imcompetentiæ iudicis.Idem refert,& sequitur Frã.de Aret. in c.ueniens.extra,de accus.& ibid.Maria.Soc.not.de causis,
40 & ibi subdit,†ꝙ admittitur excusator ad allegandum causas absentiæ iuris,ut quia citatus sit exemptus à iurisd.citãtis:in tantum,quod si exemptio illa patet ex actis, admittitur etiam infamis ad allegandum ipsam,& hoc quia dicitur notorium id,quod ex actis apparet,& in eo admittitur ex-
41 cusator etiam absq; mandato, & quòd illud quod †patet ex actis iudicij,dicatur esse notorium,firmat Innocent.in c.ex insi-

insinuatione de appell. & in c.per tuas de testib.gl.in c.euidentia de accusatio. tex.in c.cum olim de verb. significatio. Ita in materia nullitatis oppositæ, quæ ex actis apparet qđ
42 acta † ipsa inducant notorium, in proprijs terminis tradit Alex.ita consulendo,in cons. 77.vol.2.cons 38.vol.1. Idem tenet gl. sing.in c. significauerunt,& ibi Fel.de test.qui dicit id procedere, quando est conclusum in causa, multo fortius dicendum ergo erit,quando fuit sententiatum in causa, put in casu præsenti,cum super clericatu, & remissione prædicta appareat pronunciatum per decretum ipsius magnę curiæ in alia criminali,eundem clericum remittendo, prout realiter etiam remissus fuit,& ab eadem magna curia ecclesiastica sententiam absolutoriam, de qua in promptu, tanquam innocens reportauit.Et ideo voluit satis no.Bal. in l.2.C.vt nemo priuatus, quòd admittitur quis ad allegandum notorium quod patet ex actis ut supra hinc patet quòd statutum
43 reijciens exceptionem nullitatis, non intelligitur reijcere illam nullitatem,de qua euidenter constat ex actis,p id qđ not.gl.magna in l.vbi pactum.C.de transac.per no.per Inn. in c.1.de offic.vic.ita Alex.in d.consil.77.2.vol Hinc est qđ stãte statuto,ꝙ in aliquo casu nulla possit opponi exceptio, poterit tamen opponi exceptio notoria non obstante statuto.ita consul.Abb.in cons.44.in præsenti.q.2.dubio gl.in c. ex q.vbi Abb.in ult.not.de rest.spol.gl.in l.1.§.1.vers.imperfectum.de tab.exhib. & qđ de notoria nullitate not. Bal.in l.1.ne liceat ter.prouo.Aret.in l.naturaliter, §.nihil commune,6.col.ff.de acq. poss.ꝙ licet præcise realiter exceptio vel allegatio alicuius iuris excludatur,nunquam excludi intelligitur si talis allegatio notoria sit.tenet etiam Cald.in consil.8.in fin.de re.iud.Pet. de Anch. in cons.211.de iure communi in fi.Alex.in consil.113.visis.in 5.vol.Et ideo quando
44 iudex † laicus citat clericum,non tenetur clericus, comparere coram ipso ad allegandum suum priuilegium, ut tradit Arch.in c.2.15.q. 4. super gl.& facit gl.& ibi Dominicus in c.si episcopus.34.dist.Spe.in ti.de citatio.§.contra citamen. in fine.& plene Fel.in c.cum ordinem.vi.col. de rescr.Ita ēt concludit Afflict.in constit. priuilegia in 4. not.hinc dixit
45 Innoc.in d.cap.veniens.de testibus. quòd exceptio † incompetentiæ

petentiæ iudicis in causa capitali opponi potest per procuratorem,& sequitur pulchrè Bald. & magistraliter in l. seruum quoquoque.§.publicè, ff. de procurat. quod subdit esse menti tenendum,& idem reperio in proprijs terminis consuluisse Cast.in consil.1.fol.3.& 4.in ver. sed nec in totum, & in versicu.nunquid autem prædictus,in verb.contrarium, tamen licet nihil de prædictis alleget,sed per optimas rationes se fundat, & idem ante Bald. tenuit Barto. in l. penultima.§.crimen.de publ.iud.vbi formaliter dixit quòd si in causa capitali compareat procurator, & proponat hoc modo,ego dico quòd libellus iste non procedit, seu quòd tu nō es index meus,ista quidem opponi possunt per procuratorem,ex quo non sumus in exceptione,per quam crimen examinatur,& subdit plus ibidem Bar.post Iaco.de Arena, ꝙ si notorium est,exceptionem illam esse veram, procurator admittitur aliàs secus,arg.l. Fulcinius,§.cum actum.quibus ex cau.in pos.ea.& subdit idem tenere Cyn. in l.reos.C. de accusa.& Iac.de Beluiso in quadam q.quam disputauit, & idem
46 consul.Francisc.Tigri.Cyn.& ipsemet Barto.in ciuitate † illa etiam,& addidit rationem aliam, quia quando est notorium,quòd non debet procedi per ipsum iudicem, iudex ipse ex se etiam nemine petente id facere debet,per l.cum maior,§.libertus,& ꝙ ibi no.C.de bo.quæ lib. & quod not. in l. vbi pactum C.de transa.Et sic cum in causa,de qua agit,nulliter fuerit processum ad citationem,& successiuè ad contumaciam,& præsertim ob clericatum prædictum, de quo, vt dictum suprà fuit,constat per acta notoria, & decretū ipsiusmet magnæ curiæ,apertissimi iuris est, ꝙ nulliter hucusque
28 † Papa potest in omnibus dispensare, nisi vbi appareret sibi prohibitum,& si sine causa dispensaret, valeret dispensatio,sed ipse Papa remaneret oneratus, & teneretur Deo rationem reddere, & ideo in terminis consulendo tenet Petr. de Anchar.in suo consil.124.quod Papa contra l.canon. indistincte dispensare potest,etiam contra l.diuinam,dummodo non nutriat pactum, & nimirum cum dicatur Deus in terris,vt inquit Bald.in l.fin.C.senten. rescin. non possess. &
29 potest etiam † dispensare contra Apostolum,dummodo absque læsione fidei,vt dicit Abb.in cap. proposuit. de concess.
30 præben. & ideo † eius potestas nullis legibus seu regulis coarctatur,vt d.Bald.in cap.1.si de inuest.lis oria. int. dom.
31 & vassal.Hinc dixit Innocen.in cap. 1. de constitu. † quod conditori Canonis vicario Iesu Christi subdita est omnis creatura, & ideo dispensare potest secundum velle suum, cum possit etiam adæquare quadrata rotundis,vt inquit Ho
32 stien.in cap. nouit. de iudic. cum † Papa gerat vices Iesu Christi in terris,capit.vt nostrum, vt ecclesi. benefic. & dicit

Host.

33 Hostien.in cau.quanto, de translat. episcopi. † quod Papa cum Redemptore nostro facit vnum tribunal.& in cap.cum venissent.de iudi.dixit,quod non puri hominis,sed veri Dei vices gerit in terris,& est super omnia, vt etiam dicit Bald.
34 in l.Barbarius,de off.præt.in fi.Et intantum † Papa non ligat legib.positiuis,ꝙ si aliter faceret,q̄ ꝓmiserit,tenet actus factus,c.sola,cũ §.seq.ad fi.14 q.3.c.si Papa, 11.dist. & qđ ibi no.1.q.7.§.nisi rigor.13.q.2.c. non licet. Ita punctualiter ꝑ nonnulla ex p̄missis iurib.tenet Catal.in p̄dicto suo trac.de
35 ptāte Papæ,ver.plus dico,ꝙ ēt † auctoritas Papæ tanta est, ꝙ pōt solo verbo absoluere.Ita d Spe.in ti.de eit §.5.ver qđ si iudex.iuxta illud quodcunq; ligaueris sup terrā,&c.refert, & seqtur Lud.Bol.in add.ad d.trac.Catald.in ver.vlterius Pa
36 pa regit.Et intm̄ extendit eius ptās,ꝙ iudicat secundũ conscīam suam,& non secundũ alleg.& ꝓbata,vt d Bar.in l.vnica,C.vt q̄ des.aduoc.& ibi subdit Theologos ita tenere, & hoc ex quo eius dictũ hr̄ ꝓ lege,imo & fortius tenet Pau.de cit.in suo trac.de iu.patr.vers.ꝓ 6.cā quæro,in 5. vol. tracta-
37 tuũ,ꝙ papa † pōt dispensare nedũ contra ius positiuũ, sed ēt contra l.Euangelicā,quod ēt ꝑ multa cōprobari pōt. Dn̄s em̄ ops oīa commisit Petro,& successorib.suis,vt dicit Hos. in sum.extra qui fil.sint lḡimi,§.qualiter,& à quo, ver. ergo.
38 Ideoq; oīa iudicaturus,à nemine † iudicandus,c. nemo,9. dist.aliorũ hoīum cās Deus voluit ꝑ hoīes iudicari, sed sedis istius p̄sulē,suo sine qōne reseruauit arbi rio 9. q. 2.c.si. & c.aliorũ.Ita dicit Vgo.in suo trac.de off.quatuor p̄latorũ, in ti.de papę superior.circa prin.in 6 vol. tractat. Nam papa
39 † solus legib.solutus est,l princeps,ff.de leg. licet de honestate leges seruare dēat,l.digna vox C.de leg.c.licet,de suppl. negl.p̄lato.Ex quo hēt ꝑ enitudinē ptātis,c. quo ad honorē, extra de vsu pal.& dummō non faciat contra fidē,pōt facere quidquid vult,& sibi placet,ēt auferendo suum cui vult, qa non est,q ei dicere possit,cur ita facis, c.in memoriā 19.dist. cum apud ipsum sit ꝓ rōne voluntas,§ sed & quod prin. in-
40 sti.de iu.nat.gen.& ciuit.pōt † ēt oē ius tollere,& contra ius dispēsare,qa non habet superiorē,nisi Deũ, vt in c. licet, de elec.sed ipse sup oēs est,& non pōt ab aliquó iudicari, ca. in nouo.20.dist.& in c.nunc aũt hīt n.celeste arbitrium,l.j.C.de

sum.Tri.& fid.cath.habet.n.cœlestis,& terreni iura imperij, vt in c.1.dis.22.ita formaliter,inquit Spe.in ti.de leg.§. nūc
41 ostendendū,vers.89.Est.n.papa † caput oīum, ꝙ ad maioritatem,nā & vnus Deus tm̄ est caput nr̄m, dn̄s spūalium, & tpalium,qa ipsius est orbis,& plenitudo eius,c. tua nobis.ex tra de decim.c.solitæ.extra,de maio.& obe.c. significasti, extra de elec.in fi.hinc dicit tex.in c.cuncta p mundū 9.q.3.ꝙ
42 fas est ei de oīb. † iudicare,& ab eo appellari minime licet, ꝙ sine synodo pōt contra synodū statuere, & nimirū videat id ab eo agi,agit.n.ꝓ suo principatu,,quē B.Pet.Apost. dn̄i
43 tenui sp,& tenebit,& in c.seq.dr̄,ꝙ ipsa † sedes B.Petri, ius hēt resoluendi quorūlibet suījs ligata pontificum,& iō videmus ꝙ papa solus dispensat circa canones pœnam irrogantes,in enormib.delictis,vt cum homicida,vel simoniaco, in ordine vel bn̄ficio,ꝓut magistraliter tradit Ant.de Rosel.in suo trac.de concil.in vers.solus ēt pōt.in 4.vol.tract.alle.no. in c.post translationē,in fi.de renun.& facit c.at si clerici.ex tra de iud.§.1.Et sic non obstaret quatenus diceret de c. pro humani,quod nedū emanauit à papa solo, sed ēt à concilio Lugd.Ex quo in idem reincidit,vt supra, cum papa tanquā
44 † maior reuocet statuta concilij,ꝑ tex. in c.cuncta p mundum 8.q.3.& c.non debet,de consan.& aff.c.cor epi, 68.dist. & in c.non licuit 17.dis.& sic si papa p̄bet auctoritatē concilio,sequit̄,ꝙ ipso maior est,qui auctoritatē p̄stat, q̄ ille, cui p̄stat̄.Ita p hoc decidit gl.in c.vbi periculum, de elec.in 6.in vers.cōcilio,refert,& sequit̄ Ant.de Rosel.in p̄alle.suo tract. de ptāte.Imp.& papæ,in 4.vol.trac.in vers.circa primū dicē
45 dum vr̄.Et ꝙ papa † dicat̄ esse maior concilio, ꝓbat tex. in d.c.sicut sancti.& in c.non licuit 17.dist.cle.ne Romani,§.sanè,de elec.c.electionē,& in c.statutū,extra de sen. excomm. Ita cōsuluit Catald.de Boncōpag.in d.suo trac. de pote. papæ,vers.apostolicum.quē habeo separatum ab alijs tract.Nā
46 solius summi pontificis † est, posse vti claue in qbuslibet, qa eius ptās non est limitata,sed oēs fideles ad eius iurisd. ꝑ tinent ordinarie,c.cuncta p mundū 14.q.3.cum seq.Et dicit
47 S.Tho.in 4.dist.19.q.art.2.Et iō cum † papa ptātem limita tam non habeat, sed concurrat cum quolibet ordinario, vt refert,& sequit̄ Car.Alex.in p̄dicto c. sicut sancti 15. dist. &

cunctorum

cũctorũ ordinarius ſit,& totus mũdus dicaẽ eius diœceſis, vt
48 in c.hortamur 71.diſt.†nõ teneẽ geſta per ſuos anteceſsores ſeruare,cũ de iure non ſubijciaẽ cõſtõnib.aut ſtatutis ſuorũ pdeceſsorũ,nec ẽt ſuis ꝓprijs, p tex.in c. ꝓpoſuit,de cõceſs. pb.qa par ĩ parẽ nõ habet imperiũ,vt in c.innotuit,de elec. Ita pũctualiter firmat Io.de Seluagalli,ĩ ſuo trac.de iureiu. in 4.parte,in prin.in ver.3.papa,in 10.vol.trac.Idẽ tenet Io. Rãd.in ſuo trac.de caſib.in qb. ſummus põtifex nõ põt aut non dẽt diſpenſare,de quo ſupra,& nihilominus in caſu, de quo agiẽ,papa nõ tollit, nec deſtruit ſtatuta,nec ipſius derogat conſtõnib.aut capitulis cõciliorũ,ſed ſolũ diſpenſat, & diſpẽſatio eſt iuris cõis,ſeu rigoris relaxatio,ut in c.ſicut q̃dã 14.diſt.& 1.q.7.§.niſi rigor diſciplinæ,in gl.& Hoſt.dicit,
49 ꝙ diſpẽſatio†eſt rigoris iuris pe ã, ad quem ſpectat miſericors facta relaxatio.refert & ſeqĩ Io.de Turre Crema. in d.c. ſicut quædã 14 diſt.& intelligiẽ de rigore iuris antiquo ſui ꝓdeceſsoris, vbi id exprimit, ut in c.eccleſia 2. de electio,&
50 in c.priſcis 55.diſtinctio.& ibi ſubdit,ꝙ cõtra ius cõe†liceet papa nõ diſpẽſet ſine cã,tñ ꝓ libito uolũtatis diſpẽſare põt, p c.ꝓpoſuit,de cõceſ.pb.ita concludit Card.Alex.in d. c.priſcis 55 diſt.Et ex pmiſſis ad laudem omnipotẽtis Dei ſuccido telam,quã orſus ſum,Rectius ſentiẽs iudicaturus,rectius iudiciũ ꝓferat,cui me ſubmitto,ſi qd.n.minus cõgrue dictũ ſit ſupplex ignoſcẽdũ,& coniunctionis affectionis aſcribendũ rogo,qm̃ viris tã ampliſſimi Cæſarei conſiſtorij, nõ ſolũ auctoritatis maximæ,eminentis ſcientiæ, magniq.conſilij, verum etiam.& ſingularis uirtutis, huiuſmodi nugæ næniolæq. leues eſſe uidebuntur.Th.Gram. V.I.D.

SEQVVNTVR DECISIONES DVAE NEMpe.106.107.ab eod.auctore in hac editione additæ.

1 *Scriptura notarij reperta inter eius ſcripturas,etiam ſi mortuus ſit notarius & teſtes,põt de uolũtate Iudicis in publicãformã redigi.*
2 *Conſtitutio etiam correctoria,reducens diſpoſitionem,ad ius commune, dicitur fauorabilis.*
3 *Princeps poteſt concedere priuilegium in præiudicium iuris alteri quæſiti,ſi per illud res reuertatur ad ius cõe,ſeu ad eius naturã.*
4 *Statutum quod agnati debeant cauſas compromittere, extenditur*

tur ad filiam emancipatum.

5 *Protocolli appellatione quæ veniant.*

6 *Dispensationes dicuntur odiosæ, nisi per illas rs reeducatur ad ius commune, nu. 7.*

8 *Concedens uidetur concessisse illud, de quo si fuisset interrogatus ut que concessisset.*

9 *Instrumentum præsumitur solenne si fuit obseruatum.*

10 *Inuocatio diuini nominis an sit de substantia instrumentis.*

11 *Nomen imperatoris si omittitur instrumento, non uitiatur.*

12 *Dictio &c. apposita in principio instrumenti operatur, quòd uidentur in eo apposita omnia requisita tam de iure quàm de consuetu dine, nu. 13.*

14 *Omissio millesimi an uitiet instrumentum.*

15 *Notarius præsumitur rogatus si instrumentum reperitur descript ũ in actis notarij, uel si reperitur in filza, ubi sunt aliæ scripturæ habentes talem rogitum, nu. 16.*

17 *Instrumentum habens additionem in margine, quam notarius non asserit esse sua manu scriptam, redditur suspectum, nu. 18.*

18 *Signum notarij an requirantur in notis seu abbreuiaturis, nu. 27.*

19 *Signum notarij quare apponatur in instrumentis.*

20 *Testamentum si reperitur extra protocollum, & absque signo notarij an possit reassumi, nu. 30.*

21 *Nota testamenti carens aliquibus solemnitatibus, an possit redigi in publicam formam.*

22 *Possidens rem sibi relictam in testamento minus solenni, potest agẽtem exceptione repellere.*

23 *Nota non præsumitur lecta seu stipulata nisi probetur.*

24 *Notarius debet asserere se fuisse rogatum, aliàs non præsumitur, nu mero 25.*

26 *Testes testamentarij debent esse rogati.*

28 *Subscriptio notarij an requiratur in notis, nu. 29.*

31 *Dictio quando, importat conditionem.*

32 *Clericus vtens statutis laicorum, debet uti eo modo pro statuta loquuntur.*

33 *Testes deponentes aliquam scripturam scriptam videri manu talis notarij non probant, nisi deponant uidisse notarium illam scripsisse, nu. 34.*

35 *Scriptura notarij continens hæredis institutionem, & legata, si non*

*appare*t

apparet testatorem plus scribere uoluisse vel non, puta per subscri ptionem notarij vel per eius signum, etiam quòd fuerit reperta in ter notas seu abbreuiaturas notarij, non potest reassumi.

36 *Notarij quolibet anno debent conficere librum suarum rogarionũ.*

37 *Instrumento non creditur, nisi repertum sit in protocollo.*

DECISIO CVI.

IN causa honorabilis Leonardi Pisçę de baruló cum honesta muliere Iacoba de pomis, prætendit Leon.ipse se substitutum hęredem quondam Angeli magistri Petri sui patrui in quodam suo vlt.nũcupatiuo vite eulogio, in quo iudex, notarius, & testes nominati decesserunt, ob quod Leonardus ipse oblato memoriali Illustriss.proregi petendo testamentum prędictum in publicam formam redigi virtute capituli nouiter cõcessi per Cęs.Maiestat.ad supplicationem inclytę ac fidelissimę ciu.Neap.quo cautum apparet, ut defunctis notario, iudice, & testibus, reperto contractu in protocollo notarij defuncti eius manu scripto, & ꝙ sit bonę famę, condõnis & vitę, Illu. ꝓrex cum opi.S.regij consi. possit illũ reassumi facere, & sic remissa cã ipsa reassumptionis in S.cõsilio, & mihi cõmissa, ac intimata ṗdicta Iacoba hęrede ṗtẽsa ṗdicti q.Angeli ac possedritrice hr̃ditatis ṗdictę, dicebat ꝓ parte ṗdicti Leonardi omnia requisita ad obtinendum reassumptionem ṗdictã concurrere. Et in primis fuit comperta nota eiusdem quondam notarij Stephani granatę eius manu scripta in eius faciscul is, & scripturis cum alijs notis testamentorum, & codi cillorum. Secundo apparet uerificatum eundem fuisse optimę uitę, conditionis, & famæ. Et pręmissa dispositione capituli prędicti non odiosa, sed fauorabili, tanquam conseruan te uoluntate testatoris, cuius amplius non redit arbitrium, quod fauorabile est, ut per illum text.inquit Bal.in l.gallus, §.quid si is, ff.de lib. & posth. cui committatur text.in l. vel negare, ff.quemadmod.test.ape. dum dicit, reip.interesse suprema hominum iudicia existentium habere, maxime, cũ per illud videatur res ad ius commune reduci, quo dispo-

1 nitur quamlibet scripturam † notarij repertam inter scriptu

ram

ras notariorum seu notas, quantuncunq; essent mortui notarius, iudex, & testes, posse per aliũ notarium de voluntate iudicis in publicam formam redigi, ut cantat tex. in c. cum P. tabellio. extra de fide instrumentor. cum cæteris concord. 6
& demum alteratum ius commune per subsecutam constitutio. regni Baiulos omnes per quam permissa erat reassumptio si duo saltem testes superfuissent superstiles, & eandem subsequente capitulo præmisso, quo omnibus decedentibus permissa est reassumptio modo quo supra uidetur res redacta ad ius commune, & antiquum succedit bene gloss. in capitu. statutum, in uersicul. numerandum, 7
2 de præbend. in sexto. dum dicit quod † constitutio etiam correctoria, per quam res ad ius commune reducitur, fauorabilis iudicari debeat, cum res de facili ad eius naturam veterem reuertatur, l. iurisgentium, §. pactus ne petere, ff. de pactis. cum vulg. hinc dicebat Abb. Panormit. in ca. 8
3 veniens colum. 8. de præscrip. quòd potest † princeps in præiudicium iuris alteri quæsiti concedere priuilegium, si per illud res reuertatur ad ius commune antiquum, & sic ad suã naturam, & multa ad propositum cõgerit Romanus, in suo consil. 118. quæritur an iste Christophorus, & Decis. in l. fi. C. vnde cogna. & in c. cum accessissent, de cõstit. Et sic præsupposito d. c. fauorabili, in eo contenta large, & improprie capienda sunt, per textum in c. cum dilecti. extra, de donat.
4 per quem textum dixit † Bald. in l. qui se patris, vltim. col. C. vnde liber. quòd statutum disponens, quòd agnati teneantur compromittere, ex quo fauorabile est, extendi debet ut comprehendat filium emancipatum, & nepotem natum, & conceptum post emancipationem, quamuis large, & improprie sint agnati, quod dictum reputant singul. Roman. & Alexand. ibi. vnde quantumcunque stricte sumpto vocabulo protocollum dicatur liber, vbi seriatim notarius scribit per ordinem instrumenta, ut doctores considerãt in lege, si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edendo. tamẽ
5 large † intelligendo & improprie, rogatio, nota, & imbreuiatura, ac protocollum, idem sunt, ut dicit Abb. in c. 1. in princ. de fide instrumentor. Salyc. in l. contractus, C. eod. tit. 3. col. nec obstaret quatenus diceretur capitulum istud derogatorium

rium constitutionis esse odiosum, cum contineat quod possit illustriss. prorex dispensare cum opin. S. regij consil. & di
6 spensationes † videntur odiosæ, ut in c. 1. 2. de filijs præsbyt. quia hoc non obstat quominus fauorabile iudicari non de-
7 beat, cum † per dispensationes res reducatur ad ius commune, & antiquum: ita in particulari consuluit Aym. Crauet. in consil. 135. vbi loquitur in principe concedente priuilegiũ de aliquo feudo alicui pro se, & primogenito, subdendo hęc verba, uidelicet. Reseruata nobis potestate dispensandi cum alijs filijs, quòd si demum dispensauit cum alijs filijs, dispensatio hæc iudicatur fauorabilis, cum per eam reducetur ad ius commune antiquum. Item præsupposito, quod ut plurimum testamenta, & codicilli non describuntur per notarios, in protocollis, sed in fasciculis, ut plenè probatum est, & testatur Affl. in dec. 165. ita esse de more notariorum. in-
8 fertur ergo, quòd † non expræsso aliquo per concedentem, de quo si fuisset interrogatus concedens, pariter concessisset, illud habetur pro expresso, & concesso, vnde si Cæsar noster interrogatus fuisset, si testamentum repertum in fasciculis manu fidelis notarij scriptum, stante dicto more, & stylo notariorum testamenta in fasciculis apponere, an reassumendum esset, absque dubio idem concessisset, & sic pro expræsso haberi debet, iuxta gloss. in lege tale pactum, ff. de pact. & text. in l. fin. secundum Bart. Bald. & Angel. ff. de hære. instru. & in l. Barbarius, vbi Bald. 5. colum. ff. de offic. præt. Accedit prædictis, quòd nonnulla legata contenta in nota ipsius testamenti, eorum debitum sortita sunt effectum, ut liquet in legato facto monaster. Sacr. Dominici de quadam vinea pro celebratione, anniuersarij pro anima ipsius testatoris ibi sepulti, quam vineam monasterium prædictum ex tunc tenuit, & tenet, hinc consuluit Bald. in consilio 36. quidam tabellio 1. volum. quod dum dubitatur
9 † de ualiditate alicuius instrumenti, seu rectius de solennitate. & reperitur obseruatum prout in eo continetur, quòd solenne præsumendum est, & fides ei adhibenda est & idem consuluit Bal. in cons. 302. an per solam diffamationem, & sequitur consulendo Aym. Crauet. in suo consilio 158.

Nec

Nec obstare posse videtur, quòd ex parte alterius partis di ci tur de nullitate ipsius notę ob deficientiam diuini nominis
11 vt videtur tenere gl in auth.ut præp.nomen imper. in†verbo,auct.nam ex communi opin.concluditur id non esse de substãtia,sed ad bene esse,ut refert Alex.in rub. de noui ope. nunc.& modern.ibi dicentes hanc esse communem opin. & conclusionem,& tãto magis cum non sit nota instrumenti, sed testamenti nuncupatiui, in quo de cõsuetudine nõ cõsueuit apponi,sed in authenticis,& publicis instrumentis,vt liquet ex fide quamplurium notariorum in actis producta. Et pari modo nec officit,ꝙ deficiat nomen Imperatoris regnantis,quia similiter huiusmodi omissio non habet testamentum seu eius notam vitiare,per textum in d.auth ut pp. nomẽ imper.prout consuluit Abb.in consil.53. si recte eius consilium consideretur,in 2.parte.Et eadem ratione respondetur hoc procedere in instrumentis redactis in publicam formam,& ita videtur loqui tex. in d.§.1.non autem in nota testamenti nuncupatiui,in qua non consueuit nomen Im
12 peratoris apponi. Et nihilominus†per illa verba &c. posita in principio dictæ notæ,intelliguntur apposita omnia requisita, tam de iure quam de consuetudine. ita Bart.& omnes, quos refert,& sequitur Alex.in l.Gallus,§.idem credendum, ff.de lib.& post.& tenet,in specie Lancello.Hisp.in rep.eiusdem,§.obiurgando.Bal.in c.cum in iure peritus.extra,de of-
13 fic.deleg.dum dicit, † quòd si notarius in principio testamenti dicat tali anno, indictione &c non ualet instrumentum.imò dicit communem opin.esse in contrarium, & eius præceptorem tenere,ꝙ instrumentum valeat,cum subdictione,&c.censeantur apposita omnia,quæ de iure & consuetudine solẽt apponi.Et sic aut postquam sumus in nota testamẽti,omissio talis vitiare nõ debet,vel considerata dictione &c. non est omissum nomen Dei nec Imperatoris . Et simi-
14 liter non habet aliquid officere notæ prędictæ†omissio millesimi:ut per gl.in dicta auth.ut præponat nomen imper.super uerbo,auct.nam ut dicit d.gl.& clarius in l.iurisgentiũ, §.quod ferè de pactis,quam refert, & sequitur Abb. in c.1.de fide instrum. quod licet in Italia de consuetudine apponat nomen domini, & sic millesimum, est de cõsuetudine.& sic circun-

circunſcripta tali conſuetudine, ſi aliter eſſet conſuetum, vltima conſuetudo attendenda eſt, & pariter ſeruanda, iuxta textum, & ibi not. per doc. C. quæ ſit longa conſue. l. ſi & not. Bart. in l. de quibus, uerſ. ſed quid infra decennium, de legi. de qua conſuetudine ſatis oſtenſum fuit in actis, etiam per ſpectionem teſtamentorum, ex quorum productione notoria conſuetudo ꝓbata liquet, ut dic. Bal. in l. 1. col. fi. verſ. ſed hic quæro, C. ad Velleia. Et quatenus adduceretur pro defectu teſtamenti, non apparere per notam prædictam de rogitu notarij, & ſi non expreſſo, ſaltem præſumpto prout demõſtratum eſt fuiſſe manu eiuſdem notarij ſcriptam & inſuper
15 repertam in eius ſede, actis, ob† quod in ea rogitus præſumitur, ut in terminis tenet gl. in d. §. nos autem, quam ibidẽ ſequitur Ang. per quam ita conſuluit Bald. in conſ. 157. vol. 2. ſi inueſtitus chartulam, dum dicit, ꝙ ex cartula reperta inter acta notarij dum liquet, quod fuit propria eius manu ſcripta, poteſt reaſſumi publicum inſtrumentum, cum in ea rogitus præſumatur, ita etiam conſuluit Aymo. in d. conſil. 158. & eo magis, cum in caſu de quo agitur, fuerit ſcriptura ipſa reperta in faſciculis ubi cetera teſtamenta. & ultimæ voluntates conſeruabantur per prædictum quondam notariũ Stephanum, ſeu eius notas habentem, rogitum notarij, & cæteras ſolemnitates, hinc dicit Aret. in l. ſciendum, ff. de ver bor. oblig. 9. colum. verſic. 3. adde unum caſum ſingul. quod
16 † ſi in filza notarij reperitur unum teſtm̃, in quo deficiat rogitus notarij, ſi in illa filza ſint alia teſtamenta habentia rogitum, eo caſu præſumitur rogitus, allegat ita dixiſſe Bal. & Ang. in. l. patris, & filij, ff. de vulg & pupilla. ſubſtit. Suffragatur inſuper, quod in nota prædicta ſunt deſcripti filij teſtatoris hæredes, & ſic veriſimiliter inſtitui debent, tunc in eo preſumitur rogitus, peritia notarij ſemper præſumitur,
17 vt ibi dicunt doct. Poſſet etiam adduci, quod in margine notæ prædictæ ſit † quædam additio, & non aſſerit notarius eſſe ſua manu ſcriptam, & ſic redditur ſuſpecta, prout dicit Ioan. And. in addit. Spe. in §. oſtenſo, in addit. incip. Rolandinus, poſt Spec. in verſicu. item excipitur. nam ut dicit gl. ſingul. quam omnes ſequuntur in l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. quod ſi uitium non ſit circa ea de quibus quæritur, tale vitium

tium additionis nõ urget,prout hic est , cum nulla speretur quęstio de contentis in illa adiectione,& idem dum appareť ꝙ additio fit in margine scripta manu ipsius notarij , certe probat, & est ei fides adhibenda,& non erit suspecta,sed poterit ex ea sumi publicum instrumentum : ita Bald.in rubr. C. de fide instr.vers.modo incidit quæstio.idem Bal.in l.Labeo.§.1.ff.de pac.ita in particulari consuluit Alex.in suo.cõ
18 sil.14.col.4.in 9.vol.Vltimo†quatenus dicatur notã ipsam carcere signo notarij ac eius subscriptione,quo casu videtur nulla,per dicta Spec.in tit.de instrum.edit.vers.item quia nõ est à tabellione signatum. nam de consuetudine notariorũ plenè probata,non consueuit in notis seu abbreuiaturis signa seu subscriptiones apponi:& sic talis consuetudo attendi debet per prælleg.doctrinam Bald.in l.1.in col. fi. C.ad Velleia.quam in similibus terminis refert,& sequitur Deci. in consil. 11.4.5.col.vol. 1.quoniam iudicandum, & sic cũ in nota prædicta adsint nomina & cognomina testiũ, uidetur testamentum ipsum completum,cum signum notarij apponi non consueuit,nisi ad denotandum perfectionẽ actus, vt inquit Bal. in auth.ꝙ fine,C.de testam.& nihilominus signum notarij si omittitur apponi in instrumento, nõ uitiatur instrumentum, vt dicit Alex. in rub.de oper. no.nun.5.
20 colum.subdens hanc esse communem conclusionem,†& ꝙ in specie ubi reperitur testamentum absque signo notarij,& extra protocollum,& ꝙ ex eo reassumi potest publicum instrumentum,consul.Alexand.in cons.14.volum.6. Curt.iunior in con sil.162.& Aym.Crauet.in consil.158. visis actis. qui subdit hanc esse communem conclusionem. idem ante eos tenet Cyn.& post ipsum Salic.in l.contractus, C.de fide instrument. Ex quibus præmissis non videtur vera opinio Luc.de Pen.in l.iura,C.de omni agro des. Paul.de Cast.in l. hac consultissima,C.de testam.dum dixerunt, quòd ex nota testamenti, in qua non adest signum notarij, nec subscriptio, non posset sumi publicum instrumentum , & Bald.tenet contrarium in consilio 464. uolumen 4. dubitatus an dicta scriptura , & accedat pulchrum dictum Imola in lege prima gloss. in verbo, imperfectæ, ff. quemadmodum testament. aper. dum dixit , quòd si deficiunt aliquæ solennitates

nitates in nota testamenti, tamen debet notarius eam redigere in publicam formam, cum illa tamen, quali solemnitate reperitur, & præmissa nedum videtur vendicare sibi locũ de iure cõi, sed ẽt attentis verbis capituli, in quo continetur vt illustr. prorex possit ex causis legitimis dispensare, quę causæ legitimæ ẽt si imperfectum esse testamentum, ipsæ videntur esse, nam ex testamento imperfecto declaratur voluntas testantis, vt in l. fi. C. de reb. cr. Item ex testamento imperfecto oritur naturalis obligatio, vt d. Bar. in l. j. ff. de cond. ind. & in l. cum quis, C. de iur. & fac. ign. & intantum, hoc est verum, † q̃ possidens rem in minus solemni testõ relictã, poterit agentem exceptione repellere, ita Bar. in l. nemo põt, ff. de leg. 1. pe. col. Tertia causa legitima erit: nam Leonardus iste est nepos testatoris, & de eius prosapia, & familia, ex qua resultare apparet affectio, per tex. in l. humanitatis, C. de excus. tut. & testator eundem substituit filijs suis, in quo ẽt magna consideratur affectio. vt d. tex. in l. Publius, ff. de cõdi. & demon. hinc dicebat Barb. in rep. l. cum acutissimi, C. de fideicom. q̃ dispositio d. l. habet locum in alijs fratris, & sic in nepotib. rõne affectionis, & sanguinis. quo casu concedenda est dicta reassumptio, & ita ex maiori parte præmissorum firmabant aduocati prædicti Leon. actoris. Pro parte autem honestæ Iacobæ dicebatur, q̃ prædicta nota, ex qua petitur instrumentum testamenti reassumi, non apparet, q̃ aliter fuit † lecta aut publicata, nec præsumitur nisi attestetur, ẽt q̃ constaret fuisse scriptam per eundem quon. notarium, vt inquit Bal. in l. statutis in prin. C. de sen. ex breuic. recit. per tex. in l. fideicom. §. 1. ff. de leg. 3. refert, & sequitur Ias. in l. sciendum, 13. col. vers. tu confirma. ff. de verb. obl. imò nec apparet † notarium ipsum fuisse rogatum, prout est de substantia, ad hoc vt eius scriputra probet, vt in §. nos autem. in auth. de tab. & ibi no. & in c. cum P. tabell. de fid. instrumen. Nec sufficeret respondere, quod præsumitur rogatus, licet de rogitu non liqueat, prout d. gloss. in d. §. nos autem, cum communis opinio sit in contrarium, vt not. Innocen. & alij post ipsum in d. capitu. 1. de fide instrumen. vbi subdit esse vtile † notarium attestari in d. instrumento se fuisse rogatum, alias si non faceret, & aliter constare non posset

22 (margin, at "rum, † q̃ possidens")
23 (margin, at "ter fuit † lecta")
24 (margin, at "apparet † notarium")
25 (margin, at "esse vtile † notarium")

derogitu,instrumentum non valeret,vt tenet Spec.& post ipsum Io And.in d.tit.de instr.edit.§.breuiter. vers.& no.& in tit.de teste,§.1.vers.quid ergo si dicat,in fi.Bar.& Ang.Imol. & Alex.& Mod.in l.sciendum,circa fi.ff. de verb.obli.& licet Bar.sequatur illam gl.in d.§.nos autem,ꝙ præsumant rogatus,quando concurrit alterum de tribus uidelicet,vel ꝙ notarius dicat,publicaui, vel ꝙ dicat, rogatus scripsi,vel si simpliciter,scripsi,& reperiatur in quinternis rogationum instrumentorum, cum quo in omnibus transeunt præalleg.in d.l.sciendum, attamen omnia prædicta tria deficiunt in casu pręsenti.Item minime reperta est in lib.seu quinterno ro-
26 gationum,sed in facisculo,seu filza.Nec†apparet testes fuisse rogator,prout in testamentis requiritur, iuxta l. hæredes palam.ff.de testa.§.testamẽtis.quod non præsumitur,ut not. Dyn Bar.& cæteri ibi.& ante eos Spec.in tit.de testa. §.1.ver sic.quia ergo,& cæteri in l.sciendũ,& in l.Dom.ff.de testam. Præterea nota prædicta minime apparet signata signo no-
27 tarij,quo†casu fidem non inducit.vt dixit Bal.in l. Lucius, ff.de testa.mil.in princip.idem Bal.in rub.de fi.instr.col.12. vers.3.quæritur nunquid imbreuiatura, & in l.nemo. C. de
28 assess.†Item deficit subscriptio ipsius notarijs. & sic minime probat,ut sit.Bal.in l.2.C de conuen. fisci deb. lib. 11.& in l, contractus,C.de fi.instr.& ante eum Spec. in tit.de instr. edi.§.instrumentum,vers.item ꝙ non est tabellione. Iac.de Aret.& Bal.in l,ad testium §.si quis,ff.de test.& licet Cy. Bal. & Sal.in l.contractus,C.de fi.instr.videantur tenere contrarium.attamen pro concordia vide Alex.in cons.153.vẽ.pri-
29 ma consideratione,in 2.vol.dicendo id procedere,†quando constaret per testes vel per expræssionem nominis tabellionis in scriptura,ꝙ talis tabellio , cuius manu erat talis scriptura,tanquam rogatus illam scripserat,seu coram partibus publicauerat,alias impossibile esset illud procedere , si non
30 appareat in scriptura ꝙ notarius fuit rogatus. † Idem non fuit nota illa reperta in lib.seu quinterno protocolli, sed in folio separato in quãdam filza seu fasciculo, una cum alijs abbreuiaturis ut prætenditur absq; anno, & absque nomine notarij,& absq; rogitu, nec aliter publicata aut subscripta seu signata,& sic cum in facisculo seu folio de per se , nihil
pro-

probat,ita Bar.Bal.& Ang in l.si quis ex argentarijs,§.initiũ, ff.de eden.Clarius,& melius Imol.in l.sciendum, vlt. col.ff. de verb.obl.& consuluit Alex.in consil. 133. videtur prima consideratione dicendum,in 2. vol. Item aduertendum est, ꝙ capitulum Cæs. maiest.concessum,ut contractus seu scripturæ,in quibus notarius,iudex & testes nominati decesserunt possint reassumi a protocollis iuxta formam regiæ decretationis in eo contentæ, procedit qñ in ipso protocollo reperiuntur ascripti, prout ita extitit in prædicto capitulo
31 suę Cæs. Maiest. supplicatu † & sic prodicta dictio,quando important conditionem,ut per Bar.in l. 1.7.col. vers. quæro de dictione quando,ff.de cond & dem.& probat bene tex.in l.quod pupillo, ff.quand odies lega. ced.vnde concessio ipsa refertur ad supplicationem, & secundum eam intelligi debet.i.quando in protocollo testamenta reperiũtur,iuxta tex. in l.si defensor,§. qui interrogatus ff.de inrerrog.act.& in c. inter dilectos,de fide. instr.in §.cæterum. & sic cum nonus in protocollo nota prædicta repetta fuerit, sed in filza seu fasciculo an per se,reassumi nõ poterit.maxime cum ipsemet Leonardus in suo memoriali ita supplicauerit, iuxta dictũ. Bal.in l.in l.omni nouatione,C.de sacrosan.eccl.ibi,de cleri
32 cis utentibus statutis†laicorum,nam debent uti eo modo quo statuta loquuntur,sequitur Dec. in l.cum fundus §. seruum tunm imprudens 3.col. 5.no. ff.si cer.pet.& sic concurrentibus tot & tantis defectibus supra expressis,nullatenus potest imbreuiatura seu nota prætensi testamenti reassumi, vt longe & per minores defectus prædictorum consuluit in proprijs terminis Alex.in cons. 159.uidetur prima consideratione dicendum in 2.vol. Et si nihil deficit minime probatum apparet notam prædictam seu imbreuiaturam fuisse scriptam manu ipsius quẽdam notarij Stephani, cum testes non deponant vidisse notarium prędictum notam prædi-
33 ctam scribentem † prout requiritur, sed solum deponunt ꝙ eorum iudicio sit scripta manu ipsius notarij, cũ eius manum notam habuerint ꝙ non sufficit, cum ad hoc vt testes ad pręmissa inducti probent, requiratur quod deponant se fuisse pręsentes tempore quo notarius scribebat,per tex.in auth. si quis igitur de instr. cau.& fide. & plenè doct.

post Bar.in l. si admonendi,ff.de iureiur.& in l.si scripturas, C.qui potio.in pign. hab. Cum id solum procedat in literis missiuis,vt in literis,& epistolis quę transmittuntur absenti, quæ probari possunt per testes tales qui non interfuerunt scripturæ ipsarum,si tamen habuerunt notam manum scribentis,vt tenent Bar.& doct. in l.nuda ratio,ff.de dona.& in repet.l.admonendi,ff.de iureiur. & hoc per rationem, quia pōt imputari absenti,cui epistola transmittitur,cur testes nō induxerit,vt in abbreuiatura de qua agitur,vbi consueuerūt semper testes adhiberi,cum pateat etiam in ea testes esse descriptos,repertam esse in folio de per se in filza,& fasciculo, & non in libro rogationum,vt sic per testes qui eius scripturæ interfuerunt comprobari potuisset, & q̄ testes taliter deponentes non probent, nisi deposuerint vidisse notarium scribere illam scripturam,consuluit Alex.in consil.150.col. 7.vol.5.& consil.80.viso processu causæ vertentis, in 4. vol. Iac.Butr.in d.authent.& si contractus.Bar.in l.scripturas,C. qui pot.in pign.hab.Panor.in cap.2.de fid.instrum.Et nimirum
34 si testibus † dicentibus se habere notam scripturam illius qui scripsit non credatur,quia ut di. Barth.in d. auth. & si contractus,col.2.in vers.opp.dicitur hic,& doct.in d.c.2. de fide instrum.testes possunt de facili decipi propter similitudinem literarum, & quia potest quis de facili literas alienas contrafacere, & idem in particulari consuluit Bertr. in consil.140.incip.locatio seu arrendamentum,in 2.vol.Accedat bene prædictis, quòd si dicta nota fuisset scripta manu
35 quondam notarij Stephani Granati, non scripsisset in trib. locis dictæ notæ hæc verba,videlicet manu notarij Stephani,sed scripsisset manu mei notarij Stephani,& non in tertia persona,prout scriptum apparet ibi,dum dicit debere cō sequi à Nicolao a maria vnciam vnam,& tarenos 10.vigore instrumenti manu notarij Stephani granati, & nō dicit mei notarij Stephani,& demum magis infra subdit habere instrumenta domorum, & vinearum celebrata per notarium Stephanum, & in originali erat appositum cognomen de Granata,sed reperitur cancellatum, ex quo etiam oritur verisimilitudo non fuisse scripum manu ipsius notarij Stephani,

ni,quia non dixisset per notarium Stephanum, sed per me notarium Stephanum,& vltimo dum testator dixisse fertur, vt in omnibus pertractandis per eius hæredes habeant consilium cum magn. Rentio de Marra,& cum notario Stephano de Granata eis compatre,& non dicit cum me notario Stephano,ergo non eius manuscripta. Vnde cum dicta nota concludenter non appareat probata, q̃ fuerit scripta manu ipsius notarij Stephani,deficientibus insuper nomine regnātis,millesimo,ac rogitu uocarij, & testium, ac etiam signo, & subscriptione ipsius,nec fuerit dicta nota aliter lecta, & publicata, & tum quia non nominatur in ea ipse notarius, nec reperitur,in protocollo rogationum, sed in folio separato à protocollis, tum maxime quia capitulum concessum fundatur in protocollo principaliter,prout etiam ipse Leonardus principalis actor, se fundat in suo memoriali seu supplicatione porrecta illustr.proregi,dicendum est nullatenus posse testamentum prædictum reassumi, prout in specie consuluit Ioan.de Ana.in consil. 35.circa primum, in 1. dubio, & ibi sequitur Ludo Bolog. in suis addit. & plenius idem Bolog in suo consil. 30.& ideo magn.colum. 1.& fi.& comprobantur prædicta per consil.Ang.220, ad hoc vt scriptura sit publica consil.Corn.126. in 3.volum. licet in hac consultatione.vbi consimilem scripturam chartulam vocāt & ei omnino publicationem prohibent,& cum hac conclusione apparet pertransire Paul.de Castr.in l. hac consultissima 1.colum. C.de testam. dum inquit, † quòd si reperitur scriptura notarij continens hæredis institutionem,& etiam legata,nec apparet q̃ testator plus scribere uoluerit, & ibidē etiam apposita sint nomina testium , non tamē fuerit ibi subscriptum nomen notarij,nec apparet appositum signum licet reperiatur inter notas seu abbreuiatutas ipsius notarij prædefuncti, & petitur reduci in publicam formam.per illum cui sunt commissæ abbreuiaturæ notarij, ad hoc vt fidem faciat, (alias non faceret si produceretur in iudicio illo modo,ut not.in l. contractus,C.de fide instrum.& ibi per Cyn.in fi.) quæritur an sit reassumenda,& dicitur q̃ non q̃a non dicitur pfectā respectu uoluntatis,ex quo non adest ibi

ſubſcriptio notarij, quæ deſignat finem vt hic. & hinc eſt, ꝙ conſueuerunt ſemper notarij ſe ſubſcribere, & dicere, Hoc actum tali loco in præſentia mei notarij &c. Quibus ſuffragatur Luc. de Pen. in d. l. rura 2. col. verſi. 7. quæritur, C. de omni agro deſer. li. 12. vbi in ſpecie commemorat formam
36 datam in regno, † vt tabelliones ſingulis annis conficiant quinternos ſeu libros rogationum ſuarum, & iurent, quòd ſi quid inuenerint præter hanc formam ſcriptum, non habeat effectum rogationis, & protocolli vt valeat publicari, ita conſuluit Ang. in conſi. 175. vbi ad ſaturitatem. Alex. in conſi. 153. vol. 2. & plene Ioan. Rub. Alex. in conſil. 94. vbi pleniſſime. Dicebam igitur ego inhærendo præmiſſis, quòd cum non reperiatur ſcriptura ipſa in protocollo, redditur inſtrumentum ipſum ſuſpectum: ita dixit Bal. in l. Caſſius, ff.
37 de Senato. refert, & ſequitur Iac. † de S. Georg. in l. fi. C. de edicto diui Adr. & ibi ſubdit minime credendum eſſe inſtrumento, niſi illud appareat in protocollo, maxime dum petitum fuit protocollum ipſum exhiberi. idem conſulendo tenuit Caſt. in conſi. 63. col. 9. & quòd non apparente inſtrumento in protocollo nulla debeat ei fides adhiberi, conſuluit Roma. in ſuo conſi. 174. vlt. col. ampliſſime doct. ex quibus omnibus, & eorum ſingulis communi voto concluſum fuit me referente, Illuſtriſs. domino proregi eſſe referendum petitam reaſſumptionem non eſſe concedendam prædicto Leonardo.

1 *Stuprum non committitur niſi cum virgine, & vidua honeſte viuente.*
2 *Mulier honeſta dicitur, quæ ab alio cognita non fuit*
3 *Stuprum commiſſum cum muliere ſoluta non eſt punibile.*
4 *Iudex attenta qualitate inquiſiti poteſt pœnam ordinariam minuere.*
5 *Rapiens mulierem per vim licet puniatur pœna mortis, tamen ſecus eſt, ſi talis mulier fuit prius ab alio cognita.*
6 *Coitus habitus cum muliere non nupta, & quæ nomen honeſtæ mulieris non retinet, æquiparatur coitui habito cum meretrice.*
7 *Scholaris habens acceſſum ad mulieres, quæ fanteſchæ appellantur, non debet puniri.*

8 *Qualitas honestatis vel inhonestatis est maximi ponderis in crimine stupri.*

9 *Testes singulares admittuntur ad probandum mulierem fuisse ab alio cognitam.*

DECISIO CVII.

IN causa Augustini Scoppę cum Antonia de Masso,& regio fisco introducta per remedium appellationis in S.consilio à sententia lata in magna curia vicariæ condemnante prædictum Augustinum ad dotandum eandem Antoniam, vt prætenditur,per eundem stupratam in domo sui patroni, necnon ad relegationem triennalem in insulam Liparis, est videndum an condemnatid ipsa de iure subsistere possit, cum liquido ex processus meritis appareat Antoniam prędictam esse vilem,& leuissimæ vitæ,& famæ, & hoc vltra testes de visu, qui de nocte ad lumen candelæ per rimulam ostij iunus post alium viderunt eandem Antoniam commiscerim & carnaliter cognosci in eadem domo per quendam iuuenem satis longe ante prætensum stuprum:ob quod satis apparet tempore prætensi stupri cum Augustino prædicto, prædictā Antoniam non fuisse virginem, vnde succedit quòd dum mulier, quæ stuprata dicitur, tempore stupri non est virgo
1 † nec vidua,non poterit dici nec figurari stuprum cum ea fuisse commissum,l.inter liberos.§.1.& l.stuprum,in fi.ff.de adult.& sic non vendicabit sibi locum pœna à iuris dispositione imposita contra stuprantes,cum stuprum cadat in virgine seu in vidua honeste viuente,vt consuluit Alex.in con.
2 sil.13.col.2.vol.7.& sic cum † liqueat Antoniam prædictam per prius fuisse ab alio cognitam,non potest dici mulier honesta,vt dicit tex.in l.stuprum,in fi.ff.de ritu.nupt. quem ad hoc propositum allegat Pau.de Cast.in consi.303.viso dicto
3 statuto.Alb.in l.raptores,circa fi.C.de episc.& cler.dicit † ꝙ si stuprum committitur cum muliere honesta soluta, non est punibile,per l.si ea.ff de adul.& l.quæ adulterium,ff. eod. tit.& in l.verum,ff.de furt.& not.in §. eadem lege Iulia instit.de publ.iud.hinc est,quòd.dum quidam honestus iuue-

nis carnaliter cognouiſſet quandam puellam in domo patris,& repertus ac captus fuiſſet cum ea in domo prædicta, & confeſſus fuiſſet coram iudice eandem carnaliter cognouiſſe,ſed quòd non cognouerat illam virginem, ſed quòd fuerat ab alio cognita,prout proprie in omnibus in caſu pręſenti contigit:tandem fuit iudicatum non poſſe pœna ſtupri conueniri:& ita refert,& ſequitur Affl. ex aliquibus ex præmiſſis in conſtit.regni,ſiquis rapere, in 4. col. ſubdens hanc quęſtionem habuiſſe de facto. Concomitantur huic Auguſtino boni mores,honeſtas,ac optima fama eius, & vita bene probatæ, non conſueto, alias delinquere in ſimilibus, nec in alio genere delictorum, vt per infinitos teſtes probatum fuit nunquam delinquere conſuetum, quo caſu etiam
4 dato abſque veri præiud. † quòd non probaretur prædictam Anton.fuiſſe ab alio cognitam,attamen ex huiuſmodi qualitate,& bonitate ipſius inquiſiti poterat iudex pen.ord. minuere,imò indulgere,l.ſi Poſſidonium,& l.& ſi ſeuer.C. quibus ex cau.inf.irrog.ita dix.Gand.in tract.malef.in verſ.vtrũ
5 pęna poſſit augeri. † Suffragatur præmiſſis, ꝙ licet alias rapiens mulierem per vim puniri debeat pœna mortis, hoc tamen intelligendum erit non habere locum in muliere alias carnaliter cognita per alium, quia pręſumendum non erit quòd eam per vim cognouerit cum alteri aſſenſerit,ita conſuluit. Paul. de Caſtro in ſuo conſilio 103. ſequitur Marſilius,dequo facit magnum feſtum in conſilio 47. & in l.maritus,in fin.ff.de quæſt.Gandin.in rubric.de aliqui. quæſtio. 2.colum. verſicu. quęro de facto. ſubdens ita conſuluit Dynum,& tenet Alber.in 3.parte ſtatut.quæſtio.52.ver. ſed pone
6 ne aliquis. Item potiſſime huic † intentioni ſubmittitur, quod de coitu non violento habito cum muliere non nupta,quæ nomen honeſtæ mulieris non retinet,iudicandum eſt ꝑut de coitu habito cum meretrice,adeo ꝙ ex iuris diſpōni nōn eſt punibile,tex.eſt,quem ad hoc ibi ponderat Bar.& Ang.in l ſi vxor.in prin.ff.de adult.& bene facit l. quę adulterium,& quæ ibi no.& in l.ſi ea.C.eo.tit. & quod not. in l. mater.& ibi Ang.ff.de adul.& quod no.Barto.in l.verum,in prin.ff.de fur.& Bal.in l.pe.C. de adult. ita conſulendo decidit Alex.in pręalleg.conſi.13.col.2.circa medium, in 7. vol,

vbi etiam adducit Ang.in d.l.si vxor.dicentem q non debet puniri scholares habentes accessum ad istas mulieres, quæ fantescha vulgo appellătur,quę stant cum ciuibus, & in domib. eorum minus honeste viuūt licet sint liberæ mulieres,
8 & ibi plus subdit Alex.in 3.col. † q qualitas honestatis, vel inhonestatis in muliere est maximi ponderis in hoc crimine,quia qñ cum muliere retinente nomen honestę mulieris poterat de iure communi imponi pœna corporalis, per d.§.item,l.cum seq.tamen si erat mulier inhonestę vitę,contra quam tam de plenissima inhonestate in multis capitibus vltra testes de visu probatur concubitus tam de iure cōi q̃ municipali impunitus apparet,& sic ob inhonestatem resultat maxima alteratio,quę est apta facere delictum aliàs punibile,nunc impunibile,concurrentibus maxime illis testibus de visu deponentibus vidisse per rimulam ostij eandem se carnaliter cognosci facere per alium iuuenem, & tamen hoc non erat de necessitate probandum,cum iam sufficiebat docuisse per diuersos,& plures actus in genere ipsam fuisse, & esse inhonestæ, seu infamatę vitę, iuxta id quod habetur in d.§.item l.Iulia. cum simi. quo casu † etiam testes singu-
9 lares sufficerent ad id probandum, quod plus est, & quorum vnus deponeret de vna re inhonesta, & alius de diuersa,per not.per gloss & doctor.in l.ob carmen, §. fin. ff. de testib.per gloss.3.quęstio.8.capitu,nihilominus, per Innocen. in capitu.qualiter,& quando.lo 2.de accusa. Specu. in titul. de inq.§.1.ver.quòd si vnus,& in §.nunc tractemus. versicu. item sufficit. & ista est communis conclusio secundum Ioan.de Imol.in d.capit. cum oporteat. ita plene post relatos, & alios quamplures tenuit consul.Alexan.in prędicto consil.13.ex quibus concludo minus bene iudicatum per mag. cur.vic.contra prędictum Augustinum,& bene appellatum ad Sacrum reg.consil.& sic eundem absoluendum tam à cōdemnatione consignationis dotis quam relegationis in insulam,verum pro iniuria illata patrono,seu domino domus prędictę Antonię, cum in domo prędicta repertus fuerit cum prędicta Antonia, vltra carcerationem ferè annalem

esse

esse condemnandum ad exilium per annum continuum extra ciu. Neap. &. eius districtum, ita sententiam dictæ magnæ cur. ui cariç reformadnum, & ita communi voto me referente tanquam regio consiliario, & causę prędictę commisario pronunciatum fuit per Sacrum Regium Consiliū, & executum nemine discrepante. Thom. Gram.

FINIS.

REGISTRUM,

abcdefghiklm, ABCDEFGHIKLMNOP QRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

AAa BBb CCci.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS,
Apud Ioan. Baptiſtam à Porta.